R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

LIBRI

DONATI DAL

Dottor ANNIBALE GIULIONI

GIURISTA

Nato a Firenze il 7 Febbraio 1807
e morto il 1º Dicembre 1895 in Firenze.

16 Maggio 1896



SIBRANDI TETARDI SICCAMA

BOLSVERDIANI FRISI

DE

IVDICIO CENTVMVIRALI

LIB. II.

ITERVM RECENSVIT,

ANIMADVERSIONIBVS ET OPVSCVLIS,

ARGVMENTVM ILLVSTRANTIBVS,

AVXIT

CAROLVS FRIDERICVS ZEPERNICK

I. V. D.



HALAE

IMPENSIS IO. CHRISTIAN. HENDEL

MDCCLXXVI.

LECTORI BENEVOLO
S. D. P.
CAROLVS FRIDERICVS ZEPERNICK.

Iudiciorum apud Romanos cognitionem, civili iuri operam dantibus, omnibusque veterum auctorum ſcripta intelligere cupientibus, oppido neceſſariam eſſe, non eſt, quod comprobem, commemorem. Multarum enim legum explicationem fruſtra quaeris, multorum iuris auctorum, aliorumque ſcriptorum loca, exquiris fruſtra, niſi iudiciorum formam conſtitutionemque cognitas habeas, atque perſpectas. Adpoſite ſcripſit Vir magnus *Jo. Georg.* GRAEVIVS *): *ſine illa doctrina velle priſcorum Romanorum orationes, & alia ſcripta legere, perinde eſt, ac in magna caligine per Hercyniam ſylvam, ſine duce ac comite, velle iter facere.* Quod quam vere dictum ſit, concedent omnes, qui huius rei aliquam modo ſibi compararunt notitiam. Neque igitur ſunt audiendi, qui hanc, ad percipiendam veram ac maſculam civilem prudentiam, adeo neceſſariam ſcientiam, ſusque deque habeant, ne dicam alto deſpiciant ſupercilio, & ad coetum inutilium fere relegent. Res ſuas ſibi habeant, nobis enim magis placet, quae fuit ſemper doctiſſimorum hominum, & in arte

* 2 noſtra

*) *In Praefation. ad Tom. II. Th. Antiq. Rom. init.*

nostra Principum, opinio, sine status rei Romanae publici cuiuscunque aetatis cognitione, leges romanas recte solideque intelligi non posse. Atqui iudiciorum ordo ad reipublicae constitutionem pertinet haud dubie, illaque mutata, vicissitudinem etiam est experta. Gratias igitur habeamus Viris egregiis, qui, stupenda diligentia, magnaque eruditione, fori romani formam, ordinemque iudiciorum exposuerunt, cum, licet quaedam praetermiserint, eorum tamen conatus non vehementer solum laudandi sint, sed excitare alliceréque nos debeant, ab illis omissa, supplere, parum recte curateque prolata, emendare, & hoc modo vberiores reddere illorum libros fertilioresque.

Jure meritoque ad eos *Sibrandus Tetardus* SICCAMA, Bolsuerdianus, referendus est, qui quidem non omnium iudiciorum formam depinxit, at Centumuiralis magnitudinem & praestantiam, aestimauit tanti, vt peculiari libello oculis nostris subiiceret magnificum illum & venerabilem iudicum consessum. Reliqui, de iudiciis apud Romanos, scriptores, illud contemplari non praetermiserant; verum, inprimis sua aetate, leuiter tantum attigerant, nec pro rei grauitate satis explicauerant. At enim cum, temporibus praesertim reipublicae Romanae, Centumuirorum consessus supremum rerum priuatarum tribunal constitueret, eiusque constitutio singularia haberet multa, quibus a reliquis se discerneret; operae pretium erat omnino, vberiori calamo istius formam describere, & inprimis, quaenam fata sit expertum, notare. Accedit, coram Centumuiris arduas perplexasque caussas esse tractatas, in qui-

bus

bus inofficiosi testamenti querela eminet, in quarum innumera multitidine reliquas etiam de hereditatibus, tum legitimis, tum ex testamento, quaestiones inuenimus: harum doctrinis ipsius iudicii notione lux accenditur, sicut illa, neglecta multis difficultatibus obnoxiae sunt, earumque diuersa indoles vix percipienda. *Sibrandus* noster SICCAMA primus ergo, quod sciam, separatim de Centumuirali iudicio egit, ac de industria, mansitque solus. Neque defuerunt, qui propterea ILLVM prosequerentur laudibus, quibus eo magis dignus est, quod tam egregie, tunc temporis, vbi felix humanarum litterarum cum iurisprudentia non ita diu renata esset coniunctio, spartam absoluerit. Vixit enim floruitque seculo vergente, post Seruatorem natum, decimo sexto, quo pristinus splendor iurisprudentiae Romanae inprimis est restitutus, at eodem quoque seculo, quo elegantiores, & Cuiacianae scholae Jureconsulti, non raro, tamquam inutiles reipublicae vitaeque ciuili, sperni solebant ab aliis. Possem ego, voluique antea, de vita SICCAMAE reliquisue scriptis IPSIVS, varia enarrare, nec inutilia nec inamoena, praesertim posteaquam beneficio Viri Illustris, Excellentissimi, Consultissimi *Joan. Fr.* JVGLERI, Magnae Brittanjae Regi a Consiliis, & Academiae Equestris, Luneburgi florentis meritissimi, Inspectoris, variis supplementis, haud vulgaribus, sed prorsus egregiis, instructus sum: verum quoniam Illustris Vir, mecum hac de re communicatis litteris, significauit, se SICCAMAE vitam iam exaratam, paratam, habere, eandemque, in tertio *Biographiae JCtorum* volumine, proxime in pu-

blicum esse prodituram; lubenter ego, Lectoribus ad praestantiorem narrationem ablegatis, abstinui: Quid enim aliud, nisi praestantissimum, a tali tantoque viro, qui dudum inter Biographos JCtorum palmam tenuit, expectandum est? Interim ego non possum non Illustri Viro, pro tanto humanitatis & erga me beneuolentiae suae specimine, publicas, easque optimas, persoluere gratias. Nihil igitur a me iam exiges B. L. nisi quae ad nostri libelli notitiam pertinent. Cuius prima editio lucem vidit *Franequerae MDXCVI.* forma octuplicata *), neque tamen, saltim exemplar, quo vsus sum, a nitore se valde commendat. Postea librum recepit *Jo. Georg.* GRAEVIUS in *Thesaurum Antiquitatum Romanarum*, Ipse rationem his verbis reddidit **): *Sigonii de iudiciis libris addimus S. T. Siccamae de iudicio Centumuirali libros, quos a multis audieramus desiderari;* cum procul dubio authentica libelli editio in multorum non amplius versaretur manibus. Inuenitur in Thesauri *Tomo secundo* ***), sed impressus cum vitiis, quae, praeter in fine notata, in originaria reperiuntur. Quamquam autem nunc opusculum SICCAMAE ab obliuione tutum, & ab interitu tectum esset, tamen, quia tanti pretii collectiones paucorum, & certe non illorum, quibus inprimis iste *Sibrandi* labor est commendandus, vsui patent, ab obliuione ita quidem vindicantur libri inserti, at commodum non

*) Hoc titulo: *Sibrandi Tetardi Siccama, Bolsuerdiani FrisI de iudicio Centumuirali Libri II. Franekerae excudebat Aegidius Radaeus Ordinum Frisiae typographus.* Continet VIII. plagul.

**) In praefat. Tom II. Th. Antiq.

***) a pagin. 1824. vsque ad pag. 1862.

non praestant vsum, omnibusque communem. Atque hanc ob causam forte, ante quinquaginta, & quod excurrit, annos, anno scilicet MDCCXXV. in forma quadrata, hic HALAE, abs typographi Patre, libellus noster typis repetitus est; cuius consilio aut opera, plane ignoro, nec huc vsque expiscari potui. Sed haec editio negligenter impressa & correcta est, vt mendis haud paucis scateat; non solum enim in numeris multis errores, sed plura saepe verba omissa esse deprehendi. Ignotus tamen editor duobus locis *) notulas adspersit, quas, etsi non sint magni pretii, omittere dubitaui. Deinde *Jac.* CVIACII *de Lege Glicia* obseruationes, & *Just.* LIPSII *de Recitationibus Veterum* epistola, adiectae sunt, & index additus. Huius editionis exempla, iam aliquot abhinc annis, ab ipso Editore desiderata sunt, & iam tunc Vir honestissimus *Jo. Chr.* HENDEL, cuius diligentia in recudendis libris vtilibus, praesertim ad iurisprudentiam spectantibus, laudabilis, satis nota est, SICCAMAM formis mandare in animo habebat. Hoc consilio mecum communicato, excidit mihi, fore non invtile, si quis animaduersionibus scriptum recenseret, augeret, suppleret. Sed caruit consilium euentu, vsque dum nuper Fautorum Amicorumque nutu, precibusque typographi motus, egomet ipse, quod numquam antea putassem, hanc spartam suscepi, nouamque libri, saepe lecti commendatique, editionem curaui.

*) Vid. *Lib. I. Cap.* 12. *p.* 105. nostr. Ed. Et *Lib. II. Cap.* 7. *p.* 161. nostr. Ed.

Habes negotii historiam B. L., iam accipe quaeso, quam rationem, in adornanda hac editione, secutus sim. Vitium est, a Criticis merito reprehensum, si quis aliorum scripta prelis iterum subiiciat, nec antiquioribus curatiorem editionem lectoribus reddat, nec, legibus neglectis, necessario obseruandis, officio suo faciat satis. Operose hoc evitare studui. Exemplar igitur meum, ad authenticam editionem, a Fautore quodam atque Amico acceptam, cuius nomen publice compellare modestia Ipsius prohibet, exactissime correxi, emendaui, iterumque cum nouissimo exemplo diligenter contuli. Quum vero ne in prima quidem editione, accurate satis omnia impressa esse, obseruarem, & inprimis allegationes Auctorum veterum speciales, quod olim vtplurimum fieri solebat, omissas animadverterem; locos omnes, tam iuris nostri, quam veterum Auctorum, quos habui, euolui, diligenterque contuli, qua occasione plures detexi errores, & emendaui, cui rei vt fidem habeant Lectores, capitum numeros, & interdum, si videbatur opus esse, paginarum notaui, vnciisque inclusos, contextui adieci. Noli putare, arrogantiae, nescio cuius stolidae, causa haec esse dicta: neutiquam; officii suscepti ratio id exigebat, eiusque memor, quam taediosum saepe fuerit, indefesse laborem ad vmbilicum vsque perduxi. Ipsa SICCAMAE verba nuspiam mutaui, contextus ab emendatione mentis purus est, nisi quod interdum legum vel classicorum scriptorum verba, pleniora, quam allegata erant, dederim: nam saepe e memoria adposita mihi visa sunt, &

pro-

propterea adeo confuſa, aut abrupta, vt talis mutatio prorſus eſſet neceſſaria. Hanc igitur emendationem, ſi eo nomine adhuc digna, condonabunt mihi peritiores, quantum ab integritate loci, teſtimonii gratia laudati, pendeat, intelligentes. Nihil omiſi praeter vnam allegationem *), in omnibus editionibus aequaliter expreſſam, ſcilicet *L. 12. π. de Priſ. Jud.* quod profecto nihil eſt; per diuinationem aliam ſubſtituere non potui, res ipſa, cuius gratia laudata, ſatis aliunde quoque probata eſt. Sed omnia enarrare putidum eſſet, facile quae praeſtititimus, e comparatione huius, cum Halenſi priori, editionis videbis.

Quid autem de ſubiunctis *animaduerſionibus* dicam? Vereor, ne quibusdam nimiae videantur, quibusdam ſuperfluae, quibusdam aliter. Auctorem vetuſtiorem typis repetitum, notis illuſtrare, emendare, & a recentioribus factis obſeruationibus augere, vtile non ſolum eſſe, ſed poſtulari poſſe, a Viris doctis monitum legi: Horum conſiliis praeceptisque probatis, & cum *Sibrandi* noſtri labor variis egeret emendationibus, periculum feci, meas qualescunque, inter legendum factas, obſeruationes, Eruditorum placido iudicio ſubiiciendi, monſtrandique, quantopere huius generis inſtituta probem. Praeſtitit multa SICCAMA, at ſi perpendimus, quanta intra ducentos fere annos, & iurisprudentia, & antiquitatum romanarum ſcientia, ceperit incrementa; facile GRAEVIO accedemus, de Noſtro ſcribenti: *Tantum abeſt, vt hoc argumentum exhauſerit, vt multa in eo ſuperſint,*

 a ſo-

*) Alleganda fuiſſet *p. 23. lin. 18.* In editione prima, inter corrigenda, legitur eodem modo, quo in contextu apparet.

a ſolertibus ingeniis inueſtiganda, quae legentibus priſca monumenta, multum negotii faceſſunt *). IPSE quaedam in SICCAMA reprehendit, quas Viri ſummi obſeruationes omittere nefas fuiſſet; paucas, in *Praefatione Tom. II. Theſauri* factas, loco debito deſcriptas dedi **), excepta litis Centumuiralis narratione, alibi a me poſita ***), atque refutatione. Cap. IV. & VI. Lib. I., quam in fronte opuſculorum, ſuo ordine Lectorum oculis ſubiicere, quam rupta fragmenta ſpargere, ſatius eſſe duxi. Velim tamen obſeruet Lector, paginarum numerum, in margine notatum, ad praefationem Theſauri ſpectare, & a me opportunioris allegationis ergo adpoſitum, & quo citius, in animadverſionibus laudata, GRAEVII verba poſſint inveniri. Optandum fuiſſet, vt doctiſſimus Vir plura notaſſet, cum praeſtantiſſima eſſe ſoleant. De meis autem obſeruationibus pauca dicere ſatis erit: praeter ſpem & opinionem in maiorem numerum, quam antea putaueram, creuerunt, neque tamen me ſine ratione notis Auctorem obruere & ſuffocare, Lectoremque paene voluiſſe enecare, cenſeas rogo. Contrarium e multis locis, vbi varia potuiſſem addere, luculenter apparebit, cum vt plurimum, ad rem ipſam iudiciorumque formam haud ſpectantia, praetermiſerim. Inprimis autem iſte mihi finis propoſitus erat: ad iudiciorum ſpeciatim priuatorum cognitionem, omnia fere quoniam breuiter propoſuerat SICCAMA, compendii huius doctrinae a tyronibus inſtar haberi poteſt, e quo le-

*) *Praefat. cit. pag. ſi num. III.*
**) Vid. *p. 41 44. 45. 46. 132.*
***) In diſq. *de Cauſis CViralib.* §. XIII. *p. 269.*

leuem harum rerum ſibi comparent notitiam; quem in finem, vt aptior libellus fieret, quae deeſſe mihi viſa ſunt, ſuppleui, indeque varia, ad formam Centumuiralis iudicii licet directe non tendant, ad iſtius tribunalis tamen pleniorem cognitionem, &, ad vniuerſam de iudiciis doctrinam penitius percipiendam, neceſſaria ſint, adieci. Interdum, me iudice, argumentum accurate non tractauerat SICCAMA, quid igitur? num, quae falſa mihi perſuaſeram eſſe, intacta relinquenda, poſt Auctoris tempora melius propoſita, rectius monſtrata, & ab ab aliis notata, ſupprimenda erant? omnium minime; ita enim merito, me mei officii immemorem fuiſſe, ſupinaeque negligentiae reum eſſe, recte decernerent & pronunciarent peritiores: vt praeteream, animaduerſiones ſibimet ipſis tunc fuiſſe contrarias, fruſtraque ſolutionem quaeſiuiſſent hi, quorum in vtilitatem totum eſt negotium a me ſuſceptum. Ne quis ergo ex hoc capite meum deferret nomen, vbique ſedulo circumſpexi, aliine, *Noſtro* recentiores, aut SICCAMAE tradita impugnauerint, aut in genere alia propoſuerint. Quo reperto ipſorum verba potius, quam meam reprehenſionem, ſubiicere malui, indeque *Jo.* MASSONI *), *Abr.* WIELINGII **), *Jo.* HOPPII ***) verba notis intexta aliis tamen litterarum formis diſcreta, videbis, quae vel ipſe probaui, vel contra, fidem Auctoris mei defendere, conatus ſum. Sperabam ſimul, aliorum ſcriptorum allegatione, illud commodum me conſecuturum eſſe, vt facili nego-

tio

*) Vid. pag. 79.
**) Vid. pag. 63.
***) Vid. pag. 85.

tio praestantiorum Auctorum sententias, inuenirent Lectores, aut locorum saltim indicem haberent. Interdum plane a SICCAMA discedendum, ideoque argumentum elaborandum erat, quare materias, de Decemuiris stlitibus iudicandis *), de consilio Praetoris **), de iudicibus priuatis ***), aliasque, prolixiores expositas, videbis. Numquam tamen e sola carpendi contradicendique libidine, & a *Sibrando* nostro, & ab aliis Viris doctis recedi; reprehensiones, e QVINCTILIANI †) praecepto, factae sunt: *Modeste tamen*, inquientis, *& circumspecto iudicio, de tantis viris pronunciandum est, ne, quod plerisque accidit, damnent, quae non intelligunt.* Praecipue iuris ciuilis capita explicare, aut iis lucem affundere, nec non auctorum veterum loca illustrare, annisus sum propterea, quod animaduertebam, *Nostrum* haud raro perversam legis afferre interpretationem, & eiusmodi fundamento infirmo tunc imponere alia, quae, illo ruente, vel amplius consistere non possunt, vel

*) Vid. *pag. 73. seq.* Propositam ibi, de origine Xvirorum stlitibus iudicandis, sententiam, nuper demum, eadem fere ratione expositam, reperi in *J. N.* FVNCCII progr. de *Decemuirûm ab Romanis creandorum diuersa ratione*: quod in IPSIVS *Dissertationib. academic. coniunctim edit.* Lemgou. 1746. locum occupat. LIX. ibique *p. 313.* Allegauit *Alex. ab* ALEXANDRO *Genial. Dier. III, 6.* & FENESTELLAM *de magistratib. Rom. cap. XXIII.* at eos rem distincte non enarrasse Ipse profitetur. FVNCCIVM certe me haud adhibuisse, & suppresso nomine ipsius sententiam, tamquam plagiarium, exscripsisse, e diuersitate rationum, quibus nos vsi sumus, satis apparebit. Interim Eum hic saltim laudare, quoniam loco congruo fieri non potuit, opus omnino mihi videbatur. Quoad FENESTELLAM & *Alexandrum ab* ALEXANDRO iudicio FVNCCII subscribo, etenim sine vlla addita causa opinionem proposuerunt.

) Vid. *pag. 84.* *) Vid. *pag. 28.*

†) *Institut. Orat. Lib. X. Cap. 1.*

vel robore destituuntur. Nunc iudicent peritiores, etenim plura addere supersedeo, pronuncient, quibus sententiam dicere licet, an propositum finem feliciter assecutus sim, & cupidae Legum iuventuti his conatibus vtilis esse queam.

Restant *opuscula*, quorum syllogen, vt Lectores, quae ad Centumuirale iudicium spectant, simul haberent, adieci. *Primum* locum GRAEVII notae & reprehensiones occupant, de quibus iam antea me dicere memini. *Alterum* est *G. H.* AYRER progr. *de iudicio Romanorum septemuirali* Goetting. MDCCLVII. editum, plausu doctorum merito exornatum. Ego vero, quoniam septemuirale iudicium, e Centumuiris compositum, iudiciique Centumuiralis delegatio fuisse videtur, SICCAMA autem totam rem omisit, sperabam, fore, non inutile, elegantis commentationis copiam in appendice reddere, praesertim quoniam nec vulgatissima, nec in beati Auctoris opusculis, huc vsque editis, reperitur. Sequitur *Jo. Nic.* FVNCCII prolusio *de L. Aebutia Legum XII. Tabb. non derogante*, Rintel. MDCCXLIV. edita, late sententiam de L. Aebutia, a SICCAMA propositam, exponens: nam licet ipse non vbique Viro docto possim adsentire, tamen, quoniam alii vberiorem tractationem huius opinionis legere forsan cuperent, desiderantibus satisfacere cogitaui. Equidem scio, libellum quoque in Dissertationibus, iunctim editis, legi *), vereor autem, vt ista collectio in omnium, praecipue studiosae iuuentutis, manibus sit, eumque ideo recudendum curaui. Succedit praestantissima absolutissimaque Viri Illustris, Excellentissimi, Consultissi-

*) Locum occupat LXXXIII. *pag.* 504. *seqq.*

simique *Jos. Lud. Ernest.* PÜTTMANN, JCti & Antecessoris Lipsiensis celeberrimi, prolusio *de Iudicio Curiano* Lips. MDCCLXV. edita. Pace Viri Illustris, cuius an doctrinam summam magis admirari, an beneuolentiam, qua me semper excepit, laudare nescio, SICCAMAE meo ornamentum exquisitum doctissimo scripto comparare potui: secutus nouissimam editionem, e *Probabil. Lib. II. cap. 14.* ex eaque Illustris Auctoris notas, postea additas, adposui: Hac disquisitione perlecta, doctiores recedent omnes, aliamque sibi huius causae notionem formabunt, Lectores, quam e paucis, a SICCAMA adductis, sperare poterant. Ego vero, summa voluptate animi, dulci fungor officio, ac Illustri ac Consultissimo Viro, pro hoc insigni, Suae in me beneuolentiae, cui me etiam atque etiam commendo, documento, publice gratias optimas maximasque ago. De mea, *quintum* locum occupante commentatione, statim loquar. Transeo ad *sextum* opusculum, *Jac.* CVIACII *obseruationes de Lege Glicia*, sistens, exstabant, vt dixi, in Editione priori Halensi, illasque ne omitterem, flagitauit typographus, quam in rem facile consensi, inprimis quoniam SICCAMA in Viri summi transiit sententiam. CVIACIVS in *Recitationibus ad Papinianum* sententiam repetiit, at cum eadem ibi, quae in obseruationum altera dicta erant, deprehenderem, loco tantum congruo in animaduersione noua adieci. Ne vero studiosi iuris, (peritiores enim meliora sciunt) nihil aduersus CVIACIVM dictum esse, monerique posse, putent, e *Corn. van* BYNKERSHOECK Obseruatione, eidem Legi Gliciae dicata, variam lectionem inscriptionis *L. IV. D. de inoffi-*

eios. testament. aliunde auctam adhuc, adposui, & quasdam animaduersiones adspersi. Disquisitiones autem duae, *quinto septimoque* loco collocatae, a me exaratae, prima vice lucem vident, ea modo si dignae sunt. Altera *de causis Centumuiralibus*, praecipue quidem SICCAMAE opinionem, sub Imperatoribus hereditarias tantum caussas Centumuiros cognouisse, debilitare intendit; at simul in genere, de his, quae apud Centumuiros acta sunt, tractat; in fine quorumdam adhuc iudiciorum, seu litium Centumuiralium, constitutionem enarraui, quorum plura num in *Annaei* ROBERTI *rebus iudicatis*, aut in *Petr.* AERODII *Pandectis rer ab omni aeuo iudicatarum*, exstent, ignoro, etenim vtrumque librum hactenus frustra quaesiui, nec eo mihi licuit vti. Altera est diatriba *de rerum perpetuo similiter a Centumuiris iudicatarum ctoritate, disputationis fori nobilissima specie fonteque iuris ciuilis*, ideo conscripta, quoniam apud Auctorem altum de hac re deprehendebam silentium, citra dubitationem vero Centumuirale iudicium & ea propter notatu dignissimum est. Facta paulo prolixior, partim quoniam multa de auctoritate rerum iudicatarum & disputatione fori in genere dicenda essent, & delibanda, si recte de Centumuirorum iudicatis vellemus iudicare; partim quoniam nobilem hunc legum romanarum historiae locum, inprimis Caesarum aetate, a Viris doctis praetermissum fere reperiebam: Atque eam ob rationem de valore decretorum Principum, & natura iuris, illis inuecti, mihi quoque dicendum erat. Lubenter autem, omni parte nondum esse tractationem absolutam, confiteor, interim harum rerum

in-

intelligentes mecum conuenient, his in rebus errores euitari vix posse, affirmante. *Iust*. LIPSII epistolam, agmen claudentem, certe omissurus fuissem, si HENDELIO persuadere potuissem, eam remotissime tantum ad nostrum argumentum pertinere; at hoc mihi non contigit, firmiter enim sibi persuaserat, omissa hac epistola aliquid defuturum editioni nostrae: ceterum nec inutilis, nec Auctore suo indigna est.

Ne vero diutius B. L. detineam, finis praefamini, mei potius, quam SICCAMAE, gratia conscripto, inponendus. Nihil enim superest, nisi vt Fautoribus atque Amicis gratias agam, quam possum, maximas pro beneuola, ex instructioribus apparatibus librorum quorundam concessione; quibus Viris summo colendis opere, aestumatisque, quamquam gratia tanta a me referri non potest, quanta debetur; habenda tamen tanta est, habebiturque, quantam animus meus capere potest.

Ita vale B. L. & mihi, meisque conatibus, fave. Scrib. Halae d. 1. Octobr. MDCCLXXVI.

SIBR.

SIBRANDI TETARDI SICCAMA

DE

IVDICIO CENTVMVIRALI

LIBRI II.

CVM

ANIMADVERSIONIBVS

D. CAROL. FRIDER. ZEPERNICK.

AD

ILLVSTREM ET MAGNANIMVM

PRINCIPEM

GVILIELMVM

LVDOVICVM,

COMITEM NASSAVIAE,

CATZENELLENBOGEN, VIANDEN,

DIETS, GVBERNATOREM FRISIAE,

GRONINGAE, OMLANDIARVM,

ET DRENTIAE

PRAESIDEM,

ET

NOBILISSIMOS,

AMPLISSIMOS, PRVDENTISSIMOS,

ET

MAGNIFICOS DOMINOS

SENATORES

CVRIAE

PROVINCIALIS FRISIAE.

In muneribus dandis tria maxime ſpectari ſolent, ILLVSTRIS ET MAGNANIME PRINCEPS, Vosque MAGNIFICI DD. SENATORES. Primum, vt munus ipſum quibus offertur gratum ſit, deinde, vt eorum vitae generi conueniat, poſtremo, vt eo ſint digniſſimi. Et munus hoc quidem ſi perſonam Veſtram ſpectetis, exiguum eſt, ſi vires, & aetatem, mediocre, ſi animum INL. GEN. ET MAGN. Veſtrae deuotum, magnum. Libellus eſt non magnus, ſed de magna, & illuſtri, ac nondum ſatis explicata materia, dico de magnifico Centumuirali iudicio, cuius Romae olim ſumma dignitas, auctoritas. Quidni? an magnificum quidquam, & illuſtre magis ſpectari potuit, quam plurimos prudentia, & iure ciuili praeſtantes Ciues Romanos, in ſpacioſis, & admirandae ſtructurae Palatiis ſeu Baſilicis, in excelſis Tribunalibus aſſidente Praetore, cum imperii ſui ornamentis, & Decemuiris litibus iudicandis ad haſtam ſupremae poteſtatis indicem conſidere? Ibidemque in maximo Populi Romani concurſu clariſſimos Oratores eloquentia ſumma cauſſas agentes audire? Et Iudices illos magnos, non ſimplicis facti, ſed perplexi iuris controuerſias, plenas ſpe & exſpectatione, populi ſumma auctoritate definire? Quamobrem, ita animo mecum conſtitui, hanc materiam ſummis patriae noſtrae iudicibus fore gratiſſimam, quae de ſummis P. R. iudicibus tractat. Itaque INL. GEN. ET AMP. Veſtrae ea qua poſſum animi veneratione, hunc libellum DONO, DICO, CONSECROQVE: tum quia vitae Veſtrae profeſſioni maxime conuenit, tum quia eſtis digniſſimi. Quod vero Vobis conueniat, Centumuiros cum Veſtro magnifico Iudicio breuiter conferamus. Prae-

tor Vrbanus, cuius tota vrbe apud P. R. in iure dicundo summa erat auctoritas, Centumuiris praeerat: sic TV, INLVSTRIS AC MAGNANIME PRINCEPS, summo patriae iudicio, & Magnificis DD. SENATORIBVS, singulisque eorum actibus, si non corpore, cum TE saepe exercitus auocet, saltem auctoritate TVA praesides. Centumuiri eam in iudicando obtinebant auctoritatem, vt ab eorum sententiis discedere non liceret: VOS quoque Amplissimi & Magnifici DD. SENATORES quidquid iudicatis, iubetis, decernitis, ab omni prouocatione ratum manet. Centumuiri in spaciosissimis Basilicis conueniebant, inque Tribunalibus considebant: VOS in splendidissima Caesaris Basilica, inque magnifico Tribunali, cum maxima circumstantium reuerentia sedem capitis. Centumuiris iudicaturis hasta, supremae in iudicando potestatis index, praefigebatur: VOS cum capitale Iudicium exercetis, quod VOBIS prae Centumuiris eximium est, qui priuatas tantum caussas iudicabant, hastam rubeam, grauitatis Vestri iudicii signum, praeferri iubetis. Quoties itaque hoc splendidissimum Centumuirorum iudicium consideratis, toties VESTRI magnifici conuentus vestigia, & Romanae antiquitatis exempla, in iudicando animaduertitis. Quae cum ita sint, quis est qui, non dico de huius leuidensis munusculi, sed maximarum rerum dignitatem in VOBIS non suspiciat, colat, veneretur? Etenim cum in TE, INLVSTRIS AC MAGNANIME PRINCEPS, omnia cumulate possideas, quae in terris eximia videri solent, Antiquissimam *Familiam*, cuius seriem si per innumeros Heroas, auos, atauosque, perque illustres cognatarum stirpium imagines retexamus, inde ab Illustrissimo ADOLPHO Caesare dedu-

ducis. Maiorum TVORVM in re militari, & re publica Gloriam, quam TV, cum INLVSTRISSIMO & EXCELLENTISSIMO Principe MAVRICIO, Patruele TVO, non tam imitari, quam obscurare, contendis. Dignitatem, qua nunc Frisiae, Groningae, Omlandiis, & Drenthiae ita praees, vt maximos ex felici TVA gubernatione fructus & singuli persentiant. Bellicam Laudem, quam singulari TVA in periculis prudentia, in hostibus superandis felicitate, multis annis omnium consensu immortalem comparasti, atque etiam nunc cum INLVSTRI & MAGNANIMO PRINCIPE MAVRICIO ad Rhenum contra Hispanos bello fulminans, auges & confirmas; tamen haec omnia clarissimo pietatis, modestiae, comitatis, & doctrinae, quo splendes fulgore, adeo obscurasti, vt qui TE laudant, hoc in maximis TVIS ornamentis ponant, quod his omnibus, quae extollit leuis aura popelli, contemtis, veram ac constantem laudem ex pietate, religione, doctrina, modestia, aliisque tali Heroë dignis virtutibus, praecipue vero, amabili quadam comitate, quam ipse saepe, cum ad TE Reipublicae Hasselensis nomine, cui a Secretis sum, legatus venirem, incredibilem sum expertus, consecteris. Quae res effecit, quod nunc multo maiora laudum praeconia de TE perferantur, quam TV IPSE, etsi nondum satis sint exposita, pro TVA generosa modestia velis agnoscere.

In VOBIS autem MAGNIFICI & AMPLISSIMI DD. SENATORES, quoties contemplor Nobilitatem, qua inter omnes Patriae nostrae Ordines fulgetis; Iustitiam, qua tanquam religiosi THEMIDIS Sacerdotes, per legitimos tramites, omnes calumniantium iniquitates finibus nostris expellitis;

Prudentiam, qua diuerſos rerum caſus quae ad vos quotidie perferuntur, ponderatis; Doctrinam, qua intricatos Iuris nodos, tanquam gladio diſſecatis; Humanitatem, cum admirabili, & modeſta grauitate coniunctam, qua bonos allicitis, ſceleratos terretis; Poſtremo hoc Auguſtum Tribunal quo vos, iuſtitiae gladio armati, publica auctoritate conſidetis: toties equidem agnoſco, eſſe vos, illudque ipſum Tribunal, non modo florentiſſimae VESTRAE Prouinciae ornamentum, verum etiam concordiae & iuſtitiae cuſtodem, quo florente, floret concordia & ſalus ſubditorum, boni rebus ſuis tuto fruuntur, improbi in officio continentur, ſcelerum omnium memoria exſtirpatur, vigent ſtudia, ipſa denique Reſpublica ab omnibus inteſtinis diſſenſionibus ſecura defenditur. Ideoque exigi propemodum a me, arbitrabar, hunc libellum de ſummis P. R. Iudicibus ad vos ſummos P. F. Iudices deferre. Accipite igitur, TV, INLVSTRIS AC MAGNANIME PRINCEPS, VOSQUE MAGNIFICI DD. SENATORES, haſce ſtudiorum meorum primitias, tam grato & beneuolo, quam humili & VOBIS deuoto animo offeruntur, meque ipſum in INL. GEN. & AMP. VESTRAE clientelam ſuſcipite. Valete. Haſſeleto Tranſiſulaniae ad Vidrum XIV. Kalend. Octob. Anno CIↃ IↃ XCV.

INL. GEN. ET AMP. VESTRAE

deditiſſimus

SIBRANDVS SICCAMA.

SERIES CAPITVM.

LIB. I.

CAP. I. Laus & fructus studii Antiquitatum. Roma vera vbi Pandectarum laus. Praefationum vtilitas.

CAP. II. Iudiciorum diuisio. Cognitio Praetoria. Cognitionis quae fuerint. Vbi & quomodo Praetor cognosceret.

CAP. III. De cognitione planaria. Tribunal quale. Planum, aliaque ad hanc rem.

CAP. IV. De iudiciis priuatis. Iudices priuati qui, & quomodo dabantur. Album Praetoris duplex. Formulae actionum, sententiarum. Sententiae quomodo & a quo recitabantur.

CAP. V. De publicis iudiciis. Crimina publica quae. Quaesitor. Iudicum ordines tres secundum leges a populo latas.

CAP. VI. Centumuiralia iudicia quae sint, & qualia, breuiter definitum, probatumque non esse eadem cum priuatis iudiciis contra *Car.* SIGONIVM.

CAP. VII. Centumuirale iudicium non habuisse formam publici iudicii.

CAP. VIII. De origine Centumuiralis iudicii, & Centumuirorum electione.

CAP. IX. De Decemuiris stlitibus iudicandis qui & quales fuerint, & quando instituti, contra *Iacobum* RAEVARDVM.

CAP. X. De iudiciis decemuiralibus, Praetoris consilio, & de munere Decemuirorum in iudicio Centumuirali.
CAP. XI. De Quaestoribus qui cogebant Centumuiros.
CAP. XII. De Praetore Vrbano qui praesidebat Centumuiris.
CAP. XIII. De Aduocatis & Patronis caussarum in iudicio Centumuirali.

LIB. II.

CAP. I. Dierum feriatorum, iudiciariorumque diuisio, quibusque Centumuiri conueniebant.
CAP. II. Vbi conuenirent Centumuiri, & quaedam de Basilicis dicta.
CAP. III. De hasta centumuirali, & diuersis hastarum solennitatibus, & differentiis.
CAP. IV. De subscriptione & forma iudicii Centumuiralis.
CAP. V. Quibus de caussis & quaestionibus Centumuiri iudicabant.
CAP. VI. De querela inofficiosi testamenti, quomodo & quando competebat, deque lege Glicia & eius origine.
CAP. VII. Quae praecipue Centumuiri in iudicando obseruarunt.
CAP. VIII. Controuersiarum aliquot enumeratio, quae olim apud Centumuiros fuerunt actae.



DE IVDICIO CENTVMVIRALI.

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Laus & fructus studii Antiquitatum. Roma vera, vbi Pandectarum laus. Praefationum vtilitas.

MAGNAM, hercule! iuris ciuilis scientia veterum rerum memoriam desiderat, & haud facile a quopiam, nisi qui rempublicam Romanam, qua leges, qua Magistratus, ad vnguem nouerit, pro dignitate illustrari, describi, explicari potest. a) Hoc adeo verum est,

Vt quisquis contra sentiat, nil sentiat.

Quodsi

a) conf. *Chr.* THOMASII diss. proëmial. *de Vsu vario studii Antiquitatum inprimis in studio iurisprudentiae romanae*, praemissa

Quod si inficias non eant, omnes Iurisprudentiae nostrae riuos, ex immenso legum Romanarum & rituum flumine, deductos, quod certe facere non possunt, quis neget, eum, qui in veterum ICtorum libris cum fructu, cum voluptate versari, & *rempublicam in partibus eius credendam sibi, gubernare* volet totum Romanae Reip. statum, tanquam in Appellaea tabula depictum, in animo atque oculis circumferre debere? Ite vos calidi & feroces animi Romam per mille discrimina & humentibus illic oculis legite paulisper dispersa in salebrosis lustris ossa DOMINAE quondam TERRARVM, cuius reliquias, & cineres dissipatos a Crono, Vulcano & Marte, tribus potentibus Diis, manum ori admouentes, adoratis. Non illic nunc ROMA, sed AMOR Scantinii; non Catones, Scipiones, Fabii, Marcelli, sed ab inferis reuersus Imperii conditor Romulus, fratricida, latro, virginum raptor, vrsae alumnus.

ROMA CAPVT MVNDI *quondam* FVIT *inclyta, sed* NVNC
Inuentrix scelerum EST, *&* DAEMONIS *impia* NVTRIX.

Romam quaeritis, & Topographiam eius? MARLIANVM, LIPSII *tabulam*, & BLONDI *Romam triumphantem* inspicite. Theatra? legite LIPSII *Saturnalia* & *Amphitheatrum*, ibi vere commissa Gladiatorum paria, & ordine ludos spectantem populum, videbitis. Magnifica aedificia? VITRVVIVM adite: is Vos media Roma florente sistet. Comitia? *Nicolaum* GRVCHIVM consulite, qui Vos mediis comitiis.

missa editioni halensi *Car.* SIGONII *de antiquo iure Populi Romani*, quae prodiit 1715. *Io. Gotl.* HEINECCII praefat. *de vtilitate studii antiquitatum in iurisprudentia* praefix. *I.* PERIZONII *Triad. Diss.* Hal. 1722. & *in Opuscul. minor* (Amstelod. 1738.) *N. II. p. 15. seq.* Et *Io. Gotl.* OLEARII Pr. *de historiarum & antiquitatum scientia in iure summopere necessaria.* Regiom. 1721.

mitiis per Candidatorum turbas & suffragiorum pontes deducet. Magistratus? SIGONIVS, MANVTIVSque Consules & Praetores in sellis currulibus considentes, praecurrentibus lictoribus, exhibebunt. Rem militarem? VEGETIVM inspicite, in quo, integras legiones armis telisque instructas, cernetis. Sacra & Sacrificia? *Lilius* GYRALDVS hostiam victimamque cum Sacrificio & Popa prae oculis ponet. Iudicia? SIGONIVS Vos ad forum, Rostra, & Tribunal Praetoris inter medias litigantium turbas locabit. Leges? *Antonius* AVGVSTINVS & MANVTIVS, omnem legum ferendarum rationem ipsasque leges, explicabit. Legum & Iuris Romani scientiam? adite PAPYRII IVSTI, SALVII IVLIANI, NERATII PRISCI, IVLII AFRICANI, HERENNII MODESTINI, VLPIANI, IABOLENI, atque aliorum Veterum libros, quorum fragmenta etiam nunc sarta tecta in Libris Pandectarum seruata supersunt:

Scilicet annorum series, nec flamma, nec ensis
Aeternum potuit hoc abolere decus.

Haec ipsa ruta & caesa spirant adhuc florentem Romam, & velut scintillas emittunt prisci splendoris. Ex horum ruderibus, restituerunt paene nobis veterem Iurisprudentiam, *Antonius* AVGVSTINVS, LIPSIVS, CVIACIVS, BRISSONIVS, FABER, HOTMANVS, RAEVARDVS, aliaque nostri aeui lumina. Quorum ego vestigiis licet longo interuallo insistens, vt probem, me eandem viam ad veterem Romam & Iurisprudentiam inire, conscripsi nupere, hybernis lucubrationibus, quibus a Rep. fui vacuus, paginas aliquot de illustri & magnifico Centumuirali iudicio. In quo si quid laude dignum praestitum, deuncem adscribo iis, qui mihi in hoc iudicio quasi a consiliis fuerunt; vnciam mihi vendico, quod primus hoc stadium serio curram, praeter RAEVARDVM, qui ita cucurrit, vt aliis lampadem non neget:

get: nam nec omnia dicit, (quanquam nec ego) nec quae dicit, ad palatum omnium, *ἄλλοις γὰρ τ᾽ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.* Si quid erratum, culpa careo, quod in tanta antiquitatis caligine vix quisquam multis in locis, non dico facem, sed nec radium lucis praetulerit, multaque coniecturis fuerint fulcienda, quibus nonnunquam aliquid tribuere ingenui & liberalis animi est. Collegi omnia quae sciui, potuique, nec nego quaedam esse, in quibus aqua mihi haeret. Verum ne illotis, quod aiunt, pedibus in hoc magnificum Iudicium irrumpamus, pauca praefabor de veterum Iudiciorum formis & differentiis. Etenim *praefationes istae libentius nos ad materiam interpretationis perducunt, &, cum ibi venerimus, euidentiorem praestant intellectum:* b) & demonstrabimus eo, Centumuirale Iudicium cuius formae, quibusque terminis fuerit circumscriptum.

C A P. II.

Iudiciorum diuisio. Cognitio Praetoria. Cognitionis quae fuerint. Vbi, & quomodo Praetor cognosceret.

Iudicia a) apud Romanos alia erant extraordinarii, alia ordinarii Iuris. b) Extraordinarii iuris erant, cum

b) Verba sunt ICti CAII *L. 1. D. de O. J.*

a) Inter varios iudicii significatus, quorum recensum dare hic non attinet, inuenimus etiam illum, quo, *Sententiam* a iudice latam, denotat, CICERO *ad Diuers. Lib. V. Ep. 10.* qui, licet adeo placuerit *Nostro*, vt in sequentibus, omnia ferme iudiciorum genera, ipsius formauerit auxilio; tamen huius loci nequit esse propterea, quod plura sub verbo iudicii, in vernacula *ein Gericht*, quam sententiam iudicis, comprehendere solemus. Placet igitur, quoniam omnis disputatio de iudiciis futura est, ante definire, quid sit iudicium. Difficile autem, e mente Romanorum in vniuersum

cum Magistratus ipse, nullo dato iudice, caussas leuiores cognosceret, & cognitiones proprie dicebantur,

sum exactam iudiciorum finitionem dare; verumtamen, mea opinione, iudicia in genere erant, instituta in quibus causae forenses disceptabantur & tractabantur. Causa vero monente TVLLIO *de Inuent. Lib. I. c. 6.* est *res*, quae *habet in se controuersiam in dicendo positam cum personarum certarum interpositione*: quod de causis forensibus haud inique praedicatur. Iam quia causae vel ad ipsam spectabant remp., vel ad salutem priuatorum, s. rem familiarem, indeque vel *publicae* erant, vel *priuatae*; iudicia quoque aut *publica* erant, aut *priuata*; e causarum enim diuersitate optimam discernendi rationem proficisci, probat CICERO *Or. pro Caecin. cap. 2. omnia*, inquiens, *iudicia*, *aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa, reperta sunt*: maleficiorum scilicet coercitio causam iudiciorum publicorum constituebat, cf. Ven. ERNESTI *Clau. Cicer. v. causa.* Vtraque iudicia pro diuersitate modi, causas in ipsis tractandi, vel *ordinaria* fuerunt, vel *extraordinaria. Siccama* hoc & sequenti cap. de iudiciis priuatis tractauit.

b) Discrimen ab *A.* in sequentibus recte constitutum; animaduertendum autem, illud ab initio adfuisse non videri; sed Reges, Consules & Praetores simul controuersiarum notionem absoluisse. Hoc exinde colligo, quod in iudiciorum priuatorum exemplis apud DIONYS. HALICARN. *Lib. III. in f.* & LIV. *Lib. I. c. 40.* iudicum mentio desideretur; deinde in XII. Tabb. scilicet *Tab. I*, verbis NI TA PAICVNT - CAVSAM CONSCITO, illi data sit causae cognitio, penes quem iuris dicundi potestas erat, nimirum Praetori, quo nomine Consules olim venisse, propter FESTI *de V. S. v. praetoria* & LIVII *III, 55.* auctoritatem neminem fugit, monstrauitque *Iac.* PERIZONIVS *de Praetorio Diss. I. §. 4.* seq. (Ed. Lugdun. 1696.). Neque tandem vlla subest ratio, cur Praetori recens creato, Romani concessissent plura, quam Consulibus? Atque haec argumenta potiora videntur eo, quo, ad idem euincendum, vsus est *I. A.* BACH *histor. iurispr. Rom. Lib. II. c. 1. §. 25.* nimirum in iudicio Virginiae iudicem adhibitum non esse; quidni enim stolidus fuisset Decemuir Appius, si iniustissimae causae cognitionem reliquisset alii? Postea vero crescente populi multitudine, & controuersiis difficilioribus factis, Praetores adhibuerunt alios, siue ad facti cognitionem, siue ad definiendum id quod iustum esset; hi

tur, differentiae caussa a iurisdictione, quae ordinarii iuris erat. SVETONIVS in *Claudio Cap. XV. Alium interpellatum de propria lite, negantemque cognitionis rem, sed ordinarii iuris esse, agere caussam confestim apud se coëgit.* Apertius IDEM in *Nerone Cap. XV. In iurisdictione postulatoribus, nisi sequenti die ac per libellos, non temere respondit. In cognoscendo eum morem tenuit, vt continuis actionibus omissis singula quaeque per vices ageret.* Vbi liquide distincta *iurisdictio a cognitione.* c) Cognoscebat autem Praetor

hi *iudices* dicti, iudiciumque *Ordinarium*, vbi talis ordo seruatus, est nominatum. Discessum igitur feci a *Gerh.* NOODT *de Iurisd. & Imp. Lib. I, cap. 6.* iam sub Regibus iudices datos, statuente: enimuero DIONYSII HALIC. loci ab *Eo* laudati, in quibus, Romulum quaedam iudicia Senatoribus reliquisse, quod postea Seruium imitatum esse, refert, tantum probant, hos Reges priuata iudicia non adeo obseruasse, quam criminum coercitiones, eaque ab aliis, auspiciis eorum, esse habita. Quod autem ad XII. Tabb. attinet, quibusdam in casibus arbitros a Praetore datos esse, largior, v. *Tab. V. VIII. XII.* verumtamen hae exceptiones magis firmant regulam; recuperatorum enim dationem in litibus inuenimus, Praetorem quae auocassent a tribunali, inprimis si extra Vrbem earum erat obiectum v. c. in finium regundorum iudicio.

c) Add. SVETON *in Claud. c. 15. in cognoscendo autem & decernendo mira varietate animi fuit, modo circumspectus & sagax, modo inconsultus ac praeceps.* Interdum vero cognitionem etiam iudicandi viam ordinariam complecti, notauit ERNESTI *Cl. Cic. h. v.* Sub Impp. frequentiores factae cognitiones extraordinariae, vt in Digestis (*Lib. L. tit. 16. de extraord. cogn.*) nominantur, & partim ab ipsis Caesaribus, partim a Magistratibus habitae sunt. Neque vero praetermittendum, iudicia extraordinaria saepius notare ea iudicia, vbi leuis causae cognitio adhibetur v. *van* ECK *ad Dig. tit. de Iudic.* §. 7. 8. Ceterum causae, in quibus ipsum Praetorem cognoscere oportuit, definire certo nequeunt, & eos errare, monuit NOODT *c. l.* C. 7. qui, quaenam ordinarii & extraordinarii iuris fuerint causae, terminare satagunt: Multos tamen casus, e comparatione fragmentorum ex VLPIANI libris *de Omnibus tribunalibus*, qui iidem sunt cum

tor pro Tribunali, cum Aſſeſſoribus & Conſiliariis d) cauſſas leuiores, & quae voluntariae iuriſdictionis

cum libris *Protribunalion* in Indice florentino allegatis, v. *L. Th.* GRONOV. *hiſt. Pand. auth. c.* 25. *p.* 76. (Ed. Hal. 1730.), erui poſſe mihi perſuadeo, cum in his libris ICtus de induſtria de iis egiſſe videatur, v. *J.* CVIAC. *Obſeru. Lib. VII. cap.* 23. licet etiam in libris ad Edictum idem, exigente retractauerit, vid. *L.* 1. 3. 5. 7. *D. de reb. cor. qui ſub tut.*

d) Erant hi Iuris periti ſ. Iuris ſtudioſi, quorum conſilio vtebantur Magiſtratus, iudices, ipſique Imperatores. Quoad *Magiſtratus*, iis aderant tam ſub Rep., quam ſub Caeſaribus, tam in Vrbe, quam in prouinciis, praeſertim vbi cognoſcendum, decretumue interponendum erat, Eleganter enim TACITVS *vit. Agric. c.* 9. *credunt plerique militaribus ingeniis ſubtilitatem deeſſe, quia caſtrenſis iurisdictio ſecura & obtuſior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exerceat.* Sic Craſſus, ſe Praetori Q. Pompeio aſſediſſe refert. ap. CICERON. *de Orat. I,* 37. Sic VLPIANVS profitetur idem *L.* 9. §. 3. *D. quod met. cauſ.* Talis fuit etiam Tiberius, v. SVETON. *in Tiber. c.* 33. & TACIT. *Annal. I.* 75. nec non Claudius, SVETON. *in Claud. c.* 12. Pariter Praefectus Vrbi, & Praetorio conſiliarios habuerunt, v. PLIN. *Lib. VI. Ep.* 11. SIDON. APOLLIN. *Lib. V. Ep.* 10. SPARTIAN. *Peſcen. Nigr. c.* 7. *L.* 40. *D. de Reb. cred.* LAMPRID. *Alexandr. c.* 26. *L.* 3. *D. de vſur.* Quoad prouincias LACTANTIVS *de mort. perſecutor. c.* 22. conqueſtus eſt ita: *Iudices militares, humanitatis litterarum rudes ſine aſſeſſoribus in prouinciis immiſſi.* Habes igitur primam conſilii Praetoris ſpeciem, in cognitionibus abſoluendis adhibendam. A *iudicibus* adhibitos eſſe conſiliarios videndum e CICERON. *Or. pro Quinct. cap.* 6. & 10. vbi Iudex Aquillius tres ICtos in conſilio habuit; in cauſa Roſcii Comoed. iudici Piſoni, M. Perperna erat a conſiliis: idem adparebit e GELLIO *N. A. XII.* 13. PLINIO *Lib. I. Ep.* 20. et aliis locis. Denique ICtos *Imperatoribus* adfuiſſe e SPARTIAN. *Hadrian. c.* 8. LAMPRID. *Alexandr. Seuer. c.* 67. & libris ICtorum conſtat. De Aſſeſſoribus, ſi plura legere volupe eſt, poſt *Commentat. ad tit. D. de Offic. Aſſeſ.* adi *Fr.* POLLETTI *hiſtor. fori Roman. Lib. V. cap.* 6. NOODT *l. c. Lib. I. c.* 11. *Rad.* FORNER. *Rer. quotidian. Lib. IV. c.* 10. & quae habet *I. Diet. van* LEVWEN d. I. *de Iuris ſtudioſis* (Traiect. ad Rhen. 1757.) *Cap.* 2. in OELRICH. *Nov. Th. diſſ. Belg. V. II. T. I.* p. 358. Laudatur

 etiam

ctionis & proprii imperii erant. IVLIANVS in *L. 39. (pr.) D. de Euict. Iustam rem Seius postulat: nam si ei fundus praetoria cognitione ablatus fuerit, aequum erit per eundem Praetorem, & euictionem restitui.* VLPIANVS in *L. 1. D. de Rei Vindic. Petuntur autem* (filiifamilias) *aut praeiudiciis, aut interdictis, aut cognitione praetoria.* Nec aliter accipio VLPIANVM in *L. 13. D. de Minor.* cum scribit: minorem posse *desiderare interdum aduersus possessorem restitui, ne rem suam perdat, vel re sua careat, & hoc vel cognitione praetoria, vel rescissa alienatione, dato in rem iudicio.* Ecce, discernit aperte cognitionem praetoriam a dato iudicio. Etenim ordinario iudicio Iudices priuati dabantur, qui caussam diiudicarent, vt *cap. IV.* docebimus: tum iudex datus, aut iudicium datum dicebatur, acceptumque *L. 46. L. 34. D. de iud.* e) Cognoscebat itaque Praetor, vel cum intendente litem actore, reus nihil contradiceret: vt si a Seio exigerem decem, is debitum fateatur, dabitur illi cognitione praetoria dies cum competenti cautela ad soluendum, *L. 21. D. de Iudiciis:* vel, cum praesente quidem reo caussam ipse cum consilio expendebat & exequebatur, vt possessionis bonorum datio, f) quod postulationum die fiebat, vt eleganter RAEVARDVS (*Protribunal. cap. 1.*) docet ex *L. 2. D. Quis ordo in bon. poss.* aliisque mul-

tis

etiam THE BRINCK d. *de Assessoribus*, quam tamen hucusque nondum inspicere mihi licuit.

e) litem actor *contestatur*, reus *accipit* v. *L. 9. D. de V. O. L. 35. §. 2. de Iureiur. L. 28. de Iudic. L. 16. de Procurat.* Iac. CVRTII Εικας. *tom. I. Lib. I. c. 30.* contra quem disputauit *N. H.* GVNDLING de *lite contestata commod. plerumque incommod. numqu.* (Hal. 1720.) *Cap. 1. §. 8.* add. *C. G.* WINCKLER d. *de discrimine litis contestat. veter. & hodiern.* Lips. 1751.

f) Quae nimirum causae cognitionem exigebat, & decreto interposito dabatur, vnde decretalis, quorsum Carboniana *L. 1. pr. & §. 8. D. de Edict. Carbon.* Ventris nomine *L. 1. pr. & §. 7. D. de Ventr. in poss. mit.* quae litis ordinandae gratia datur *L. 8. pr. D. de inoff. test.*

tis in cauſſis, de quibus vide *L. 3. (§. 3. 4.) D. de liber. exhib. L. 43. D. de Minor. L. 2. C. ſi aduerſ. rem iud. L. 3. §. 1. D. vt in poſſeſſ. legat.* & cauſſa cognita fieri dicebatur. Fiebat autem non niſi pro tribunali, *L. 3. §. penult. D. de bon. poſſeſſ. Si cauſſa cognita bonorum poſſeſſio detur, non alibi dabitur quam pro tribunali: quia neque decretum de plano interponi, neque cauſſa cognita bonorum poſſeſſio alibi quam pro tribunali dari poteſt.* Atque haec de cognitione Praetoria.

CAP. III.

De Cognitione planaria. Tribunal quale. Planum, aliaque ad hanc rem.

Sed & de plano ſubinde Praetor ius reddebat poſtulantibus, hoc eſt, cum animi vel negotii cauſſa ambulans, vel ad theatrum iens & balnea, ſella poſita eo in loco, *vbi ſalua maieſtate imperii ſui, ſaluoque more maiorum* ius reddere poterat, a) controuerſias extra ordinem diſceptabat, ſed quae leuioris momenti erant. b) De *plano* quidem fieri dicebatur

 quod

a) Verba ſunt IVLII PAVLI *L. 11. D. de I. & I.* vbi inter varias verbi iuris notiones, eam quoque exhibet, qua denotat *locum vbi ius dicitur, appellatione collata ab eo, quod fit in eo vbi fit.* add. *L. 4. §. 1. D. de Interr. in iur. fac.* ex qua patet, ICtum tribunal ſolum haud intellexiſſe, quod affirmare videtur *Gu. van der* MVELEN *Exerc. ad T. de Iuſt. & Iur. p. 318.* (Trai. ad Rh. 1723.) cf. *I. C.* STIEGLITZ. *Fontes iur. civ. rom. ſec. Ord. Pand. collect. p. 107.* (Lipſ. 1756.) Praetori & aliis in locis maieſtas tribuitur v. *L. 9. D. de Iurisdict. L. 11. D. Eod. L. 1. §. 5. D. de poſtul.*

b) Saltim ea, quae ne ſummariam quidem exigebant cauſae cognitionem, in plano expedire poterat Praetor: hinc vides, quare de plano alienationem rerum minorum non decernat, nec excuſationem abs tutela concedat, nec in integrum

quod non in tribunali, sed in plano, & inferiori loco peragebatur. PAVLVS *L. 18. D. de Quaest. Custodiae non solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt & damnari.* SVETONIVS *Tiberio Cap. XXXIII. Et si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat, Iudicesque aut de plano aut e quaesitoris tribunali legum, & religionis, & noxae, de qua cognoscerent, admonebat.* c) Eodem traho SENECAE illud *ad Lucill. epist. CVI Itaque dubitaui, vtrum differrem te, an donec suus isti rei veniret locus, ius tibi extra ordinem dicerem.* Extra ordinem enim fit, quod de plano fit, quo Senecam allusisse non dubito. De vtroque igitur breuiter dicamus.

Tribunal erat in excelsiori loco positum. LIVIVS *Lib. VIII. (cap. 32.) Tum silentio facto, praeco Q. Fabium Magistrum equitum citauit, qui simul ex infe-*

tegrum restituat, etc. huius enim generis negotia, vrgent causae cognitionem. Adeuntibus per libellum supplicem, per subscriptionem respondebat magistratus *L. 15. D. de in ius voc.* hinc per libellum & de plano expedire, ICtis sunt eadem, & sic intelliges VLPIANVM *L. 9. §. 1. D. de Off. Proc. e lib. I. de Off. Proc. Vbi decretum necessarium est, per libellum id expedire Proconsul non poterit: omnia enim quaecunque causae cognitionem requirunt, per libellum expedire non possunt:* quae verba regulae instar repetita sunt *L. 71. D. de R. I.* solideque a *Iul. a* BEYMA explicata, in *Comment. ad t. de V. S. & de R. I. p. 331.* Ceterum e dictis ad animaduertendum facile, summatim cognoscere, & in plano expedire, distare a se inuicem, nam summaria cognitio, vt alia quaecunque, pro tribunali erat instituenda. Vid. *Iac.* CVRTII Εἰκαστῶν *T. I. Lib. III. c. 41.*

c) Haud apte huc relatus est locus SVETONII, fefellit *Nostrum*, vt & TORRENTIVM, τὸ *de plano.* TRANQVILLVS non loquitur de cognitione planaria, sed, Tiberium saepe in plano, sc. in relatione ad tribunal, siue in subselliis sedentem, iudices de administranda iustitia monuisse, narrat. Idcirco tamen haud est negandum Impp. de plano etiam cognouisse.

inferiori loco tribunal accessit. d) ISIDORVS *Lib. XV. Tribunal est locus in sublimi constitutus, vnde vniuersa exaudiri possunt.* Alludit QVINCTILIANVS *Lib. XI. (Instit. Orat. cap. 3. p. 1028. Ed. Burm.) Multa ex his, quae praecipimus, mutari necesse est, ab iis qui dicunt apud tribunalia: nam & vultus erectior, vt eum, apud quem dicitur, spectet; & gestus, vt ad eum tendens, elatior sit, necesse est, & alia, quae occurrere, etiam me tacente, omnibus possunt.* Et SENECA *de Clementia Lib. I. (cap. 5.) Haec tamen magnanimitas in bona fortuna laxiorem locum habet, meliusque in tribunali quam in plano cognoscitur;* hoc est, melius in magistratibus, quam in plebe. Spaciosum quoque erat, & multorum hominum capax, curuatum paullulum, vt conciperet quasi in circuitu astantes. VITRVVIVS *de Architectura Lib. V. (cap. 1) Idem Tribunal est, in ea aede hemicycli schemate minore curuatura formatum. Eius autem hemicycli in fronte est interuallum pedum XLVI. introrsus curuatura pedum XV. vti eos, qui apud magistratus starent negociantes in Basilica ne impedirent.* e) In eo tribunali Praetor ius dicturus,

d) LIVIVS laudatus de tribunali in castris accipiendus; etenim iudicium Dictatoris L. Papirii Cursoris, in Q. Fabium Magistrum equitum, ideo exercitum, quod, spreto Dictatoris imperio, cum Samnitibus, etsi feliciter, dimicauerat, ibi relatum est; probat tamen in castris etiam excelso loco erectum fuisse tribunal; imo, tribunalis vocem interim excelsum locum designare, notauit ERNESTI *ad* TACIT. *Annal. II. 83.* In vrbe vero, iam inde a Romuli temporibus, tribunal in loco maxime conspicuo fuisse, auctor est DIONYS. HALICARN. *Lib. II. p. 53.* diuque in foro illud mansisse, ex EODEM *Lib. X. p. m. 548.* & LIVIO *Lib. XXVII. c. 50.* colligendum, quamobrem notauit Patauinus *Lib. XXIII. c. 32.* tamquam singulare, A. V. 537. *Praetores - tribunalia ad piscinam publicam posuisse ibique eo anno ius dictum esse.* cf. PERIZON. *de Praetorio diss. II. §. 28.*

e) Commendanda Ill. C. F. HOMMEL prolus. *de forma tribunalis & maiestate praetoris.* Lips. 1763.

rus, sellam currulem ponebat. VALERIVS MAXIMVS *Lib. III. c. 5. (ex. 2.) Quamquam quidquid interfuit, vtrum repulsam, an sic adeptam Praeturam domum referret? quam cum propinqui ab eo pollui animaduerterent, id egerunt, ne aut sellam ponere, aut ius dicere auderet.* QVINCTILIANVS (*Institut. Orator.*) *Lib. VI. cap. 3. M. Caelius Praetor cum sellam eius currulem Consul Isauricus fregisset, alteram posuit loris intentam. f)*

Planum vero erat locus in plano & inferiori loco. Vnde leges edictaque Praetorum statui olim iubebantur, V. D. P. R. L. P. id est: *Vnde de plano recte legi possunt g)* Expressit idem SENECA *in Nat. Quaest. Nos interim tentemus*, inquit, *alias probationes, quae de plano legi possunt.* VLPIANVS *L. 11. (§. 3) D. de Instit. Act. Proscribere palam sic accipimus, claris litteris, vnde de plano recte legi possit, ante tabernam scilicet, vel eum locum, in quo negociatio exercetur; non in loco remoto, sed in euidenti.* Addo fragmen-

f) Sellam, quam Reges habuisse, testes sunt LIVIVS *I, 8.* & DIONYS. *Lib. III, p. m. 104.* in qua sedentes iudicant, Consulibus relinquendam esse, suadet Brutus, apud DIONYS. *Lib. IV.* Summae dignitatis signum erat, inque tribunal positam fuisse ex Veterum locis constat v. c. DIONYS. Lib. VIII. p. m. 274. hinc MARTIALIS Epigr. XI, 99.

Sedeas in alto tu licet tribunali,
Et e curruli gentibus iura reddas — —

Vtebantur ista magistratus vbiuis, & SVETON. *Aug. c. 43.* Augustum, spectacula videntem, *laxatis sellae currulis compagibus, cecidisse supinum*, refert. Fuit etiam ritus, talem honoris caussa in theatris ponendi, de quo vid. *Iust.* LIPSIVM ad TACITI *Annal. II, 83.* Ceterum simile ei, quod *A.* e VALERIO *M.* narrauit, de Caio Albutio Silo notauit SVETON. *de Clar. Rhetor. c. 6.*

g) Ita has litteras, & tanquam formulam edictalem, interpretatur VALERIVS PROBVS in *Notis* add. *Barn.* BRISSON. *de formul. & Solennib. P. R. Lib. III, c. 2.* et I. G. HEINECCII *Histor. Edictor. Lib. I. c. 2. §. 3.*

mentum aeneae Tabulae in quo sic: EX EA DIE QVA TRIBVTVS FACTVS ERIT, APVD FORVM PALAM VBEI DE PLANO RECTE LEGI POSITVR, PROSCRIB- - - - h) Et AVSONIVM *gratiarum actione ad Gratianum* (*cap. 21.*) *Has ego litteras tuas, si in omnibus pilis atque porticibus, vnde de plano recte legi possunt, instar edicti pendere mandauero.* *Sella* vero *posita*, fieri dictum fuit, quod sella Praetoris in eo plano loco poneretur. Moris enim erat, vt post Praetorem per regiones vicosque vrbis ambulantem sella veheretur, quae, cum adessent, qui Praetoris opera indigebant, in plano loco ponebatur, vt ita, non stans, sed sedens Praetor, in tanta populi multitudine ius redderet. Differebat autem haec planaria cognitio, a superiori cognitione praetoria, quod illa pro tribunali, haec in plano loco; illa sollennibus sessionum diebus, haec etiam feriis fieri solebat, *argum. L. 11. ʃʃ. 6. D. ad L. Iul. de Adult. & L. 8. C. de Feriis.* Dixi Praetores leuiores caussas de plano cognouisse, id ex legibus manifestum est. Poterant enim leuia crimina cognoscere. *L. 6. D. de Accusat.* custodias de plano audire & damnare, *L. 18. ʃʃ. 10. D. de quaest.* Parentibus & Patronis obsequium exhiberi iubere, *L. 9. ʃʃ. 3. D. de Offic. Procons.* Seruos manumittere, *L. [illegible] D. de Manumiss. vindict.* Bonorum possessiones dare, *L. 2. ʃʃ. 1. Quis ordo in bonor. possess.* Breuiter, de plano expedire licuit, quaecunque parti aduersae non facerent praeiudicium. i)

h) Haec, e tabula antiquae legis aenea bibliothecae Regiae, proposuit *Iac.* CVIACIVS *Obseru. Lib. VII. cap. 29.* vltima verba sunt PROSCRIPTAM HABVERINT.

i) Monendum videtur quoad manumissionem, post L. Aeliam Sentiam dominos XX. annis minores, in transitu seruos manumittere non potuisse *ʃ. 4. I. quib. ex caus. manum.* bene vero his annis maiores, add. §. 2. *I. de libertin. L. 8. D. de manum vind.* Quoad bonorum possessiones, in-

C A P. I V.

De Iudiciis priuatis. Iudices priuati qui, & quomodo dabantur. Album Praetoris duplex. Formulae actionum, sententiarum, sententiae quomodo & a quo recitabantur.

Ordinaria iudicia erant, quae consueto iuris ordine peragebantur. Eorum alia erant priuata, alia publica, alia centumuiralia. *Priuata iudicia erant decreta seu sententiae, quae iudices priuati a Praetore ex albo iudicum dati, de controuersiis priuatis, secundum ius ciuile, & propositam actionis formulam, ferebant, & pronunciabant.* a) Dico *Iudices priuati*, loquor enim de mere priuatis, quae non ideo solum priuata dicebantur, quod causae priuatae iis ventilarentur, sed quod homo priuatus iis iudicandis daretur; nec qui cum imperio, aut potestate erant, dari

intelligendas esse Edictales, in quibus nulla causae cognitione erat opus. Tandem verba VLPIANI e *L.9. §. 3. D. de Offic. Proconf.* merentur adscribi: *De plano autem Proconsul potest expedire haec, vt obsequium parentibus & patronis liberisque patronorum exhiberi iubeat; comminari etiam & terrere filium a patre oblatum, qui non vt oportet conuersari dicatur. Poterit de plano similiter & libertum [illegible] obsequentem emendare aut verbis aut fustium castigatione.*

a) Ad iudiciorum priuatorum ordinariorum contemplationem iam progreditur *Auctor*: fuissent ergo publica plane omittenda, quae, vti priuata, tam ordinaria, quam extraordinaria sunt. Deinde Centumuiralia iudicia separauit a priuatis, exque iis peculiarem speciem constituit: qua in re me adsentientem non habet, cum CVirale iudicium ad priuata pertinuisse verius sit, vt ex infra dicendis adparebit. Hic ergo notasse sufficiat, priuata iudicia, pro varietate eorum, quorum auxilio Praetores in ferenda sententia sunt vsi, diuersa fuisse, nos sustinere posse: nam ii vel iudices, vel arbitri, vel recuperatores, vel Decemuiri stlit. iudic., vel Centumuiri fuerunt. Ex his iudices & arbitri plerumque iudices priuati s. pedanei solent appellari,

dari poterant, vt ex *Verrina II.* conſtat. b) Ideoque grauiter fallitur TORRENTIVS, qui priuatos Iudices interpretatus eſt Praetores & Centumuiros, cum maxime inter ſe differant iudex priuatus & centumuir. Iudex priuatus eſt homo priuatus, qui cauſſas priuatas & ciuiles diiudicat: Praetor eſt, qui ſententiam eius exſequitur, ipſumque refutant SVETONII verba in *Claudio cap. XIV.* quae interpretatus eſt: *Nam & iis, qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones.* Apud priuatos enim iudices ad formulam contendebant, qui a Praetore dabantur. Dico *a Praetore.* Praetor enim iudices dabat, poſtquam ab eo poſtulaſſent. Poſtulabant autem iudices litigatores ipſi in haec verba: PRAETOR IVDICEM ARBITRVMVE POSTVLO VT DES. quae ſingularibus hiſce litteris P. I. A. V. P. V. D. ſcribebantur. ASCONIVS: *Cum in rem aliquam agerent litigatores, & poena ſe ſacramenti peterent, iudicem*

lari, vt facilius diſcernantur a reliquis: de ſingulis autem in ſequentibus agendum erit. Denique ad finitionem *Siccamae* veniamus, in ea *ſententias* genus conſtituere, differentiam autem, quam vocant ſpecificam, ita formatam vides, vt iudiciis, in quibus pedaneus iudex cognoſcebat, tantum aptari queat notio. Arctior adeo ſuo definito. Mihi ſunt iudicia priuata ordinaria, ea, in quibus de cauſis priuatis magiſtratus ius dicentes cum iudicibus adhibitis cognouerunt, deque iis iura reddiderunt.

b) Nominantur pedanei *L. 1. §. 5. D. de poſtul. L. 3. D. ne quis eum. L. 38. §. 10. D. de poen. t. t. C. de Iud. pedan.* vel quia humiliora *negotia diſceptant*, ceu loquitur Imp. IVLIANVS *L. f. C. d. t.* vel, quod magis eſt, quia ad pedes Praetoris ſedent in ſubſelliis. Praeter meritum autem TORRENTIVM a *Noſtro* eſſe notatum, monuit *I. G.* GRAEVIVS in *Praef. T. II. Th. Ant. R.* pag. ſi numer. 29. verba vide infr. in *Syllog. Opuſc. nr. 1.* Legi meretur *Io.* HOP d. *de Iudicibus a Praetore & Prouinciarum Rectoribus ad cauſſas priuatas diiudicandas dare ſolitis.* Lugd. Bat. 1729 in OELRICH *Nou. Th. diſſ. Belg. Vol. I. tom. 2. n. 8.* Add. *I. W.* DIETMAR *Iudex pedaneus.* Ien. 1743. & C. G. KNORR *de Vſu pr. doctr. de Praetore & iudic. pedan.* Hal. 1756.

dicem poscebant. CICERO *in Verr. Act. III. cap. 58. Coepit Scandilius recuperatores aut iudicem postulare.* Praetor vero dabat iudicem *L. 3. D. de iurisd. L. 1. §. 3. D. de Appellat. L. 15. pr. D. de Re Iud.* & MODESTINVS *in L. vlt. D. Qui & a quo appell.* c) Dabat certe in haec verba: SI PARET FVNDVM. *Q. D. A. P.* TITII EX IVRE QVIRITIVM ESSE, NEQVE IS FVNDVS EI A MAEVIO RESTITVITVR, SEMPRONIVS IVDEX ESTO. d) Dico *ex albo*, habebat enim Praetor album

c) Laudatae Leges rem probant, quibus aliae possent adiici v. c. *L. 12. D. de Off. Proconf. L. 23. §. 1. D. de Appellat*, ni res esset manifesta; etenim spectat ad ius dicentis officium *iudicis dandi licentia L. 3. D. de Iurisd.* quod fuissem praetermissurus, nisi minuenda foret opinio *Fr.* POLLETTI *Hist. for. R. Lib. III. c. 1. p. 204. &c. c. 2. p. 211.* (Ed. Frcf. 1676.) corrupte ita legi, substituendumque *iuris dicendi potestas*, existimantis. Male. VLPIANVS *L. 1. D. eod.* verbis: *iudices litigantibus dare*, dixerat idem; neque *e. L. 3.* propriam iurisdictionis notionem exposuit, sed ea potius recensuit, quae ius dicentis officium, latissimum ab Eodem *cit. L. 1.* nuncupatum, comprehendit: hoc officium autem saepius venit sub Iurisdictionis nomine, & tunc ista vox in latiori significatu sumenda est, Animaduerti meretur solenne verbum DARE, nam vbi Praetor iudicem, de quo inter partes conuenit, concedit, ADDICERE vsurpatur *L. 80. D. de Iudic.*

d) Pedanei iudices, pariter atque Recuperatores, a Praetore Praesideue formula instruebantur, normam s. regulam continente, qua controuersia examinanda, & causae cognitio instituenda, vt sententia pronunciari possit. Pro negotii discrimine ista formula vel erat ita comparata, vt iudex absolute condemnaret aut absolueret, vel minus, s. vt actori nec omnia adiudicaret, nec eius petitum reiiceret simpliciter, verum quid praestandum suo iudicio & ex natura negotii statueret. Si prius habes *iudicium stricti iuris*, possetque nominari iudex, *simpliciter talis;* si posterius, adest *iudicium bonae fidei*, quod CICERONI est ARBITRIVM, & iudex appellatur *arbiter.* Huius tamen generis arbitrum, velim probe secernas ab *Arbitro honorario* s. *compromissario*, a litigitantibus sine Praetoris auxilio ad componendam controuersiam constituto, de quo *in Dig. tit.*

bum propositum in quo nomina eorum proponebantur, quos iudices Praetor ad caussas disceptandas

tit. de recept. qui arbitr. recep.; hinc rescripsit PROCVLVS *L. 76. D. pro Socio* e Lib. V. Epist. *Arbitrorum genera sunt duo: vnum eiusmodi, vt siue aequum sit siue iniquum parere debeamus, quod obseruatur cum ex compromisso ad arbitrum itum est: alterum eiusmodi vt ad boni viri arbitrium redigi debeat, etsi nominatim persona sit comprehensa cuius arbitratu fiat.* Praetor vero, ex intentione actionis coram tribunali facta, & ex negotii natura, qua formula instructum iudicem, siue cuius generis iudicem daret, perspiciebat: quemadmodum ibidem decernebat, an, & quae actio s. formula actionis danda v. CIC. *partit. Or. c. 28. Ios.* AVERAN, *Interpret. iur. Lib. I. c. 14. n. 27.* De recuperatoribus infra ad *c. 10. not. e.* dicendi locus erit opportunior: adponam igitur locum CICERONIS *Or. pro Rosc. Comoed. c. 4.* classicum, vbi iudicii & arbitrii discrimen optime expositum, ipsius enim initium, *Siccama* prope finem capitis, valde incongrue retulit. *Aliud est iudicium aliud arbitrium: iudicium est pecuniae certae sub forma comprehensae; arbitrium incertae. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem obtineamus aut amittamus, ad arbitrium vt neque nihil neque tantum quantum postulamus, consequamur. Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex:* Si paret H-S DCC dari oportere: *hinc nisi planum fuerit Sestertium septingenties ad libellum sibi deberi, causam perdit. Quid est in arbitrio? mite, moderatum,* quantum aequius melius id dari — — *Quis vnquam ad arbitrum, quantum petiit, tantum abstulit? nemo. quantum enim aequius esset sibi dari petiit.* His iungas SENEC. *de benefic. Lib. II. c. 7.* & *de Clement. Lib. III. c. 7.* e quibus, breuissime a me tradita, illustrantur: quamobrem, etsi varia adhuc notari possent, transeo. Id saltim praetereundum non est, in iudicio stricti iuris, caussae cognitionem nullatenus fuisse superfluam, cum, perinde ac in arbitrio, de facti veritate constaret, esset necessum: arbitri vero officium paulo difficilius erat propterea, quod e negotii natura & indole, quantum praestare esset aequius melius, ipsum definire oportebat, vnde his in iudiciis de iure saepe certatum est, monetque CICERO *Topic. c. 17. Priuata iudicia maximarum quidem rerum in ICtorum mihi videntur esse prudentia. Nam & adsunt multum & adhibentur in consilio: & patronis diligentibus, ad eorum prudentiam confugientibus, hastas ministrant. In omnibus igitur iis iudiciis, in qui-*

NEB. *Aduerſ. Lib. XXIV. cap. 16.* RAEVARD. *Varior. Lib. III. cap. 1.* CVIAC. *Obſeruat. Lib. XXI.* (*Cap. 31.*) Eam

intelligerent, quantam vim iurisdictione arrepta conſequerentur, priſtinam iudiciorum formam non reliquerunt, partemque poteſtatis Caeſareae, priuatorum iudicum decurias recognoſcere, conſtituerunt. Qua de re in lege Iulia iudicior. priuator. forſitan aliquid conſtitutum eſt, cuius caput de Iudicum aetate cauiſſe e. *L. 41. D. de recept.* & SVETON. *Aug. c. 32.* ſcimus. Hinc iudicum decurias inuenimus, in quibus ſolebant eſſe equites, quasue Caeſares diligenter recognouerunt· Cf. ERNESTI *Exc. XIV. ad Sueton. Tiber. c. 40.* Verumtamen haec conſuetudo ſenſim euanuiſſe, iterumque Magiſtratibus relictum eſſe videtur, eos eligere, qui iudicum munere fungi debebant; iudicis enim officium munus fuiſſe publicum, e *L. 78. D. de Iudic. & L. vlt. §. 4. de muner. & honorib.* videre eſt, a quo vacatio haud facile erat impetranda *L. 13. §. 2. 3. D. de vacat. & exc. mun.* Ad Magiſtratus, inquam, rediiſſe videtur electio, ita tamen, vt ordines certi non fuerint; cuius coniecturae haec argumenta habeo. Primo GELLIVS *l. ab A. cit.* ait, ſe a *Praetore* in priuatos iudices *lectum*; deinde locum in Digeſtis fruſtra quaeſiui, e quo poſſet probari, ICtorum aetate eundem morem ſeruatum eſſe, quem Auguſtus & proxime ſequentes tenuerunt: neque tamen exiſtimandum, id ab auctoribus iuris praetermiſſum eſſe: porro ICti, verborum curioſiſſimi, de iudicibus pedaneis loquentes, ita vbiuis rem proponunt, vt magiſtratibus iudicis dationem quidem, at non electionem in decurias quotannis faciendam, tribuant v. *L. 1. D. de Iurisd. L. 3. D. eod. L. 81. D. de Iudic.* eorumque praecepta ad iudicem ex ordine datum, ſine vi adplicari nequeunt v. *L. 12. L. 18. L. 74. L. 76. L. 81. D. de Iudic.* Ipſos denique, iudicum certo ordine exiſtente, eius generis quaeſtiones, quales reperimus, propoſituros fuiſſe, perſuadere mihi nequeo; ſane fuiſſent domitianae. Ecquis enim putabit, Praetorem mulieres, ſurdos, impuberes, perpetuo furioſos, latrunculatores, ſeruos, quos negant ICti iudices eſſe poſſe *L. 12. L. 61. §. 1. D. de Iudic.* fuiſſe electurum? Ne regeras, tales forſan a litigantibus Praetori ad addicendum propoſitos eſſe; hercle ſtolidi, rerumque ſuarum incurioſiſſimi, ne dicam ſtupidi fuiſſent, qui impuberem, ſurdum, perpetuo furioſum ſumſiſſent iudicem. Quaerenti vero, haec mutatio quando facta, cuiue ſit tribuenda? ſi-

Eam priuati iudicis dandi consuetudinem, quasi a Romanis per manus traditam, etiam nunc obseruant Praetores Transisulaniae, & Hasselensis vrbis, cui ego nunc a Secretis sum, qui existente libello in statu, vt aiunt, sententiae, aut alias de quauis parte iudicii cognituri, hominem priuatum ex circumstantium corona euocant, quem *Ordelwyser* vocant, qui deinde pro controuersiae difficultate ICtos in consilium adhibet, ex quorum consilio sententiam pronunciat, Praetor exsequitur. Dico de *controuersiis priuatis*. Quia apud priuatos iudices non nisi priuatarum rerum lites de contractibus, tutelis, seruitutibus, testamentis, aliisque negotiis disceptabantur. *f)* Dico *propositam actionis formulam*. Erat enim album Praetoris, in quo omnium actionum formulae erant perscriptae. QVINCTILIAN. (*Instit. Orator.*) *Lib. XII. cap. 3. Quorum alii se ad album ac rubricas contulerunt & formu-*

firmata Impp. potestate, siue post tempora Antoninorum, eam contigisse, mihi saltim probabile videri, responderem: nam sub Hadriano, D. Pio, & D. Marco, decuriarum adhuc mentionem reperimus in lapidibus litteratis apud GRVTERVM *p. CCCCXLIII, 1. CDXLVI, 1. CDLXXXVII, 2.* cui porro testimonium denunciaui, GELLIVS, post Hadrianum sub Antoninis scripsit, pariterque ICti, quorum allegaui fragmenta, ante istam non fuerunt aetatem, neque tandem decuriarum priuatarum mentionem, in Scriptoribus historiae Augustae inde ab Hadriano, me legere memini.

f) Scilicet in quantum ad Iudicium CVirale non pertinebant, h. e. si recte video, quando perplexas de iure & aequitate non continebant quaestiones, adeoque a pedaneo iudice poterant componi. Ita enim CICERO *in Orator. cap. 21. Quam enim indecorum est, de stillicidiis, cum apud vnum iudicem dicas, amplissimis verbis & locis vti communibus?* hic sustinet TVLLIVS apud vnum iudicem de stillicidiis agi posse, cum tamen *de Orator. Lib. 1. c. 38.* caussas stillicidiorum ad CVirales referat: quid inde, nisi de iisdem caussis & pedaneos iudices & CViros cognouisse? huius rei documentum praebet etiam QVINCTILIANVS *Inst. Orat. Lib. V. c. 10. aliam apud CViros, aliam apud iudicem priuatum in iisdem quaestionibus rationem esse,* praecipiens.

mularii, *vel vt Cicero ait*, *leguleii quidam esse maluerunt.* PLAVT. *Persa*, *Act.* 1. *Scen.* 2. (*v.* 11. 12.)

Si id fiat, nae isti faxim nusquam appareant,
Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona.

adde *L.* 2. *§.* 10. *D. de Orig. Iuris L.* 7. *pr.* & 9. *D. de Iurisdict. L.* 1. *C. de Interdict. L.* 1. *§.* 1. *vers. eum quoque D. de Edendo.* g) Ad eas formulas litigatores stricte

g) Sunt, qui putent, in iisque *I.* CVIAC. *Obseru. Lib. V. c.* 17. *I.* RAEVARD. *Protribunal. c.* 4. *C.* BRETTVS *de Ordin. perantiq. iud. c.* 24. *J. G.* HEINECC. *histor. Edict. Lib. I. c.* 6. §. 16. duplex fuisse Praetoris album, aliud in quo edictum propositum, in quo formulae actionum perscriptae aliud: hos secutus est *Siccama*, at probationes deficiunt. Neque enim allegatae LL. de albo formularum aliquid perhibent, generatim de albo Praetoris disponentes, neque auctorum Veterum loca. QVINCTILIANVS *l. c.* necessariam cum studio Rhetorices iurisprudentiae coniunctionem docens, in eos inuehitur, qui, taedio laboris ad diuerticula desidiae se conferentes, album Praetoris & rubricas inspiciunt, h. e. qui formulas actionum, earum ratione haud perspecta, ediscunt, & titulos edicti inspiciunt cf. TVRNEB. *Aduersar. Lib. IV. cap.* 5. Quoad locum Plautinum vero, deprauatam lectionem secutus est: nam optimi Codd. legunt *albo rete*, testante *Fr.* TAVBMANN *Com. ad h. l. p. m.* 951. male ergo ab aliis substituitur *albo ariete*, aut *albo pariete*, frigidaque PLAVTI fit oratio, falsa lectione admissa; at ea adhibita, quam optimi seruant Codd, nitidissima est: Parasitus enim *Accii*, suam artem meliorem esse, ea, quam exercent quadruplatores s. delatores criminum, docens, hos sc. delatores, ait, *albo rete aliena oppugnare bona*, i. e. hoc genus hominum, sub boni publici specie & legum tutela, alienis inhiare bonis, magisque adeo esse metuendum illis hominibus, *qui parasitando pauerint ventres suos.* Hanc veram PLAVTI mentem esse, e paulo antecedentibus patet, vbi *v.* 10. seq.

Neque quadruplari me volo, neque enim decet
Sine meo periculo ire aliena ereptum bona.

& vidit *Gotfr.* MASCOV. *ad Grauin. de Ort. & Progr. I. C. Cap.* 38. *Op. p.* 29. Euanescit ergo *A.* a *Plauto* petitum

ſtricte agebant. CICERO *pro Q. Roſcio Comoedo* (*cap. 4.*) *Quid eſt in iudicio? directum, aſperum, ſimplex. Si pateret H-S IↃↃↃ dari oportere. hic niſi planum facit H-S IↃↃↃ. ſibi deberi, cauſſam perdit.* h) IDEM *de Inuentione Lib. II.* (*cap. 19.*) *Ita Ius ciuile habemus conſtitutum, vt cauſſa cadat is, qui non, vt oportet, egerit.* Et *pro Roſcio Comoedo* (*cap. 8*) *Qua de cauſa ſunt iura, ſunt formulae de omnibus rebus conſtitutae, ne quis, aut in genere iniuriae, aut in ratione actionis errare poſſit.* Ea formula qui cadebat, cauſſa cadebat. SENECA *Epiſt. XLIX. Quid enim aliud agitis, cum eum quem interrogatis, ſcientes in fraudem inducitis, quam vt formula cecidiſſe videatur? Sed quemadmodum illum Praetor, ſic hos philoſophia in integrum reſtituit.* Quatuor vero ex cauſſis formula quis cecidiſſe videbatur. QVINCTILIAN. (*Inſtit. Orat.*) *Lib. III. cap. 6. In omnibus fere cauſſis in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hae ſunt quaeſtiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere.* i) Iis formulis Iudices dati adſtricti erant, quas Praetor praeſcripſerat, nec latum vnguem habent diſcedere. QVINCTILIAN. (*Inſtit. Or.*) *Lib.*

tum argumentum, qui nihil de albo Praetoris habet, nec ſcripſit μετονυμικως, cum ex Edicto Praetoris crimina non coerceantur. Magis ergo probabile, vnum fuiſſe album, in quo Edictum, ſimul cum formulis agendi, perſcriptum erat.

h) Sed hunc CICERONIS locum, ad actionum formulas non ſpectare, e *not. d.* videre eſt.

i) Formulariae iurisprudentiae originem tradidit POMPON. *L. 2. §. 6. D. de O. J.* callidum fuit Patriciorum inuentum, ad ſeruandum ſibi, latis XII Tabb., regnum iudiciale, vtilitatis ergo deinde a Praetoribus retentum. Atque hae formulae agendi, ſunt legis actiones cf. *I.* GOTHOFRED. *ad L. 77. D. de R. J. b.* RITTER. *ad Heinecc. hiſt. iur. I, §. 45. ſeq. J. Hier.* STENGER d. *de iure formulario romanor. ſiue de Legis actionibus e XII. Tabb. deſcendentibus.* Lipſ. 1709. HEINECC. Or. *de iurisprud. Veter. Rom. formul.* Franeq. 1734.

Lib. III. cap. 10. Priuata quoque iudicia saepe vnum iudicem multis & diuersis formulis solent habere k). Dico *ferebant & pronunciabant.* Iudex enim de qua re cognouerat, de ea quoque sententiam ferebat, IVLIANVS in *L. 74. (pr.) D. de Iudiciis*, eamque Praetor pronunciabat ex tabella: de quo vide latissime RAEVARDVM *Lib. Protribunal. cap. vlt.* cuius scrinia non compilabo l).

CAP. V.

De publicis Iudiciis. Crimina publica quae. Quaesitor. Iudicum ordines tres secundum leges a populo latas.

Publica iudicia erant *decreta & sententiae, quae de criminibus, ad rempublicam pertinentibus, quaesitore aliquo iudicium exercente, iudices, ex tribus ordinum decuriis, secundum leges a populo latas, ordinaria iudicandi via faciebant* a). Dico *de criminibus ad Remp. perti-*

k) Iterum confudit *Siccama* formulas actionum, quibus vtebantur litigantes, cum formula, qua Praetor iudices dedit.

l) Add. C. SIGON. *de Iudic. Lib. I. c. 29. B.* BRISSON. *de formul. Lib. V. c. 168 seqq.* & *Select. Antiq. Lib. II. c. 2.*

a) Haec iudiciorum publicorum descriptio, vt de genere nihil proferam, ad ordinaria tantum, siue quaestiones perpetuas, spectat; ne tamen turbato ordine incertiores simus quam antea, ipsam non confutabo speciatim, sed alia substituta, pauca de iudiciis public. extraordinariis, ab *A.* omissis, suppeditabo. Sunt autem iudicia publica ea, in quibus causae publicae tractabantur & definiebantur: iam quia scelera aduersus remp., siue directe, siue indirecte, commissa, ad causas spectabant publicas, iudicia, quae circa crimina versantur talia, sub publicorum iudiciorum veniunt nomine. Publica vero sunt dicta, non, vt opinatur SIGONIVS *de Iudic.* II, 1. quod *cuiuis e populo actio permittebatur*, sed quoniam causae ad populum spectabant, *L. 15. D. de V. S.*, qui vel ipse in iis iudex erat, vel per iudi-

 ces

tinentibus. Erant enim quaedam crimina, quae directe in Rempublicam commissa erant, quaedam quae

ces selectos & Praetores Quaesitores iudicia ea exercebat. Nollem vero cum BACHIO *hist. Iurispr. R. p. 91.* Imperatorem falsi accusare, si fere idem, quod *Sigonius* adfirmauit, in *§. 1. I. de publ. Iud.* proposuit: verba IVSTINIANI: *publica autem dicta sunt, quod cuiuis e populo executio eorum plerumque datur*; eodem enim modo VLPIANVS *L. 43. §. 10. D. de Rit. Nupt.* & Imp. CONSTANTINVS *L. 30. C. de L. Iul. de adult.* essent reprehendendi. *Iustiniani* notio, non omnibus, sed suis tantum temporibus apta est, ipsumque morem Veterum, nouissimum statuendi, secutum esse, vero mihi videtur simile: dein caute adiectum reperimus *plerumque*, quod, cum *Em.* MERILLIO *Comment. princ. ad d. l.* & *Lud.* CHARONDA *πειθαν. Lib. III. c. 18.* auctore THEOPHILO *παραφρασ. d. §. 1.*, de his, quibus non est permissum accusare, intelligendum erit: nam *executionis* verbum, quo vius est Imp., accusationem denotare, e *L. 11. D. de accusation.* bene animaduertit *Fr.* BALDVINVS *Comment. ad d. §. I.* Proinde finitio Iustiniani tueri potest, at Sigoniana admittenda non est, quia, cum vniuersalis esse debeat, non omnia comprehendit tempora, sed institutis demum quaestionibus perpetuis valet. Porro reprehendendus est *Sigonius* ob verba *actio datur*; enimuero sic a iudicio publico, actio popularis, s. iudicium populare, vt nominatur *L. 7. pr. D. de iurisdict.* vix secernenda est: eiusmodi actionem quicunque e populo aduersus reum mouere poterat, nihilominus tamen longe differebat a iudicio publico, nam poena cedebat actori, & erat priuata, mulcta scilicet, reus coram magistratu iurisdictione pollente conueniendus, non ad Quaesitorem deferendus v. *t. D. de popul. act.* cf. *I.* LECTIVM *ad Aemil. Macr. de public. iudic. p. 4.* (Lugd. 1597.) *Hub.* GYPHAN. *ad §. 1. I. de publ. iudic.* Sed iam ad diuisionem publicorum iudiciorum transeamus: istius fundamentum, in diuersitate modi causas tractandi, positum est, indeque iam sub rep. ordinaria fuerunt & extraordinaria: nam vel ipse populus in comitiis, dicta causa, sententiam suffragiis tulit, vel ea, e legibus de criminibus latis, peracta cognitione, a iudicibus selectis a Praetore Quaesitore coactis, pronunciata est; si illud, *iudicium publicum extraordinarium*, si hoc, *ordinarium*. cf. GRAEVII *Praefat. T. II. Th. antiq. R.* cuius verba legi possunt in *Editione halens. Sigon. de A. I. P. R. T. II. p. 752.* Haec extraordinaria, versabantur circa male-

quae S. P. Q. R. in Rempublicam esse commissa existimauit. In Rempublicam directe facta dicuntur, si quis maiestatem populi romani, aut eius magistratum minuisset; publicam, sacramue pecuniam auertisset; populi suffragia honoris adipiscendi gratia corrupisset; socios spoliasset; pecuniam ob iudicandum accepisset, armis magistratum, aut priuatum coëgisset. Quae S. P. Q. R. ad se pertinere existimauit, erant priuatis quidem illata, sed quae ad ciuis romani interitum, iniuriam, ac proinde vniuerso populo facta censebantur, vt si quis hominem telo occidisset; si veneno necasset; si parentibus manum intulisset; si falsum testamentum, falsumue nummum fecisset; si vxorem alterius corrupisset; si seruum alienum, aut celasset, aut vinxisset, aut emisset, sciens dolo malo *b*). Dico *quaesitore aliquo iudicium exercen-*

leficia, quorum poena lege nondum statuta, quod fieri poterat v. c. quia crimen nondum erat patratum, aut atrocius erat, vt poena ordinaria possit applicari: in iis igitur a populo definiendum, quomodo reus sit coërcendus, quod cum in comitiis fieret necessum esset, ad animaduertendum non difficile, cur ista iudicia comitiorum causae fuerint: Iudiciorum exempla collegit SIGON. *de Iudic.* II, 4. Sub Impp. eadem non defuerunt, inque iis de criminibus, quorum poena LL. nondum definita, quaesitum est, & tunc, comitiis sublatis, vel ipse Princeps, vel summi magistratus, poenam pro criminis atrocitate statuerunt.

b) Haec verbotenus e SIGONIO *de Iud. II*, 2. descripta: ad crimina, directe contra P. R. commissa, retulit crimen maiestatis, peculatus, ambitus, repetundarum, vis publicae & priuatae: de quibus, post aliorum rogationes, singulis legibus Iuliis, Caesaris & Augusti, poena modusue cognoscendi constitutus est. Indirecte e mente *Nostri*, laedebant P. R. crimen homicidii, veneficii, vtrumque e L. Cornelia de sicariis, Dictatoris Sullae coërcitum: nam etsi MACER *L. 1. D. de iud. publ.* singularis legis Corneliae de veneficio mentionem fecisse videatur, tamen e *§. 5. I. de publ. Iud.* & MARCIANO *L. 3. pr. D. ad L. Corn. de Sicar.* contrarium, & caput 5. legis Corneliae de Sicariis, de ve-

cente. Priscis enim temporibus reges ipsi cognitiones capitalium caussarum exercebant. LIVIVS *L. I.* (c. 26. 41.) DIONYS. *Lib. III.* Deinde cum crimen publica quaestione dignum incidisset, aut Consules, aut Dictator, aut Praetor SCto aut lege quaerere iubebantur, vt ex LIVIO & CICERONE constat, & indicat FESTVS *(de Verb. sign. v. parrici)*, scribens: ***Parrici quaestores appellantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum:*** & quae sequuntur c). Postremo A. U. C. DCIV. Censorino & Manilio Coss. quaestiones perpetuae constitutae sunt. CICERO in BRVTO *(cap. 27.)* ***Carbone forum tenente, plura iudicia fieri coeperunt, nam & quaestiones perpetuae hoc adolescente constitutae sunt, quae nullae antea fuerant. L. enim Piso Tribunus pl. legem pri-***

veneficio dispofuisse, patet: AEMIL. MACER, more ICtorum, caput tamquam legem singularem adduxit, quemadmodum lex Iulia de fundo dotali, caducaria, instar legum singularium saepe solent allegari. Parricidium e L. Pompeia; falsum circa testamenta & nummos e L. Cornelia Sullae, circa reliqua falsa e SCtis, quibus d. legi subrogatum; adulterium e L. Iulia Augusti; plagium e L. Fabia incerti Auctoris, coercebantur.

c) Eiectis regibus, Consules exercuere iudicia publica, qui in locum Regum successerant, vt exemplum L. Iunii Bruti, filiis, e lege sua, ob coniurationem cum Tarquinio, mortem inferentis, docet. vid. *Liu. II, 5.* DIONYS. *Lib. V. init. p. m. 150.* Lata dein L. Valeria de prouocatione, factum est, auctore POMPONIO *L. 2. §. 16. D. de O. I.* vt in caput ciuis romani iniussu populi animaduertere non possent Coss., add. DIONYS. *Lib. V. p. m. 155.* criminaque patrata, lata a populo lege, eo, quem postea in iudiciis extraordinariis seruarunt, modo, sunt punita. cf. *G. L.* MADIHN *vicissitudines cognition. criminal. ap. Rom. vsque ad Caesar. temp.* Hal. 1772. Ceterum bene dixit *Noster, Consules — quaerere lege — iubebantur,* nocens enim, nisi accusatus, damnari non poterat, teste CICERON. *pro Rosc. Amerin. c. 20. de Offic. Lib. II, c. 14.* ideoque MARCVS Imp. apud VVLCAT. GALLICAN. *in Auid. Cassio c. 2.* rescripsit Vero: *non possumus reum facere quem nullus accusat.* add. *Radulph.* FORNER *Rer. quotidian. lib. I. c. 24.*

primus de pecuniis repetundis, *Censorino & Manilio Coss. tulit* d). Quaesitorum vero munus erat, vt in foro atque in tribunali, & in sella curruli considentes, iudice aliquo quaestionum operam fidemque nauante, gladio posito iudicium exercerent. Iudex autem quaestionis, qui & iudicum princeps appellatur ab ASCONIO, quem Magistratum quoque fuisse, existimat SIGONIVS (*de Judic. Lib. II. cap. 5.*), actionem, postquam a quaesitore data erat, exercebat, iudices sortiebatur, testes audiebat, quaestiones habebat, tabulas inspiciebat, quae Praetor propter imperii dignitatem non curabat e). Dico *iudices ex tribus or-*

d) Perperam ergo *M. A.* MVRETVS *de iurisdict. pag. 11.* (ed. Hal.). Sullam primum constituisse quaestiones perpetuas, asserit, nam auxit eas tantum, narrante POMPON. *L. 2. §. 32. D. de O. I.* vbi vid. *G. A.* RVPERTI *Animaduers. Lib. II. cap. 18.* Prouincialium gratia, auaritia Praesidum fere exhaustorum, L. Piso primam de repetundis quaestionem, lege sua Calpurnia, constituit: nam antea, etsi magistratus accusare licitum esset, tamen multis incommodis pressa accusatio plerumque omissa est, quibus per quaestiones perpetuas obuiam itum feliciter. Dedit enim Piso, eo anno Praetoribus in prouincias, iam tum occupatis, mittendis, quaestionem, eaque ratio postea quoque seruata, adeo vt nunc scirent prouinciales, quo deferrent querimonias nominaque reorum. Iam quia iurisdictio spectabat tantum ad priuatas causas, hi Praetores Quaesitores, a quaerendo dicti, quaestiones vi imperii meri exercebant, & qua tales iurisdictione atque adeo mixto carebant imperio: singulis quidem quaestionibus singuli quaesitores praeficiendi erant, saepe tamen vnum de pluribus quaesiuisse, aut cum vrbana & peregrina prouincia quaestionem coniunctam fuisse, reperimus. Quamquam autem sub Impp. Praetores Quaesitores inueniamus, vid. SCHVLTING *d. de recusat. iud. c. VII. §. 1.* saepe tamen in Senatu iudicia publ. acta sunt. V. TACIT. *Annal. Lib. III. c. 19 seq.* plura exempla vid. in *M. C.* CVRTII *Comment. de Senatu Roman. post temp. Reip. lib.* (Hal. 1768.) *Lib. III. cap. 2. §. 56.*

e) Iudicem quaestionis ea tantum curasse, quae Praetor propter maiestatem non obseruauerit, probari non potest: neque

dinum decuriis f). Erant enim iudices, qui ex lege ad iudicandum adhibebantur, quorum sententiam Prae-

que enim video, quomodo Praetoris maiestatem minuerit id, quod ad ipsius spectabat officium? spectabat autem ad officium iudicum sortitio, tabularum inspectio, &c. quare & VIRGILIVS *Aeneid. Lib. VI. v. 432.*

Quaesitor Minos vrnam mouet: ille silentium
Conciliumque vocat, vitasque & crimina discit.

Tenendum ergo, iudicem Quaestionis, Praetore impedito & absente, ea peregisse, quae ipsum Praetorem perficere oportuit, sicque vice huius functum, & tanquam vicarium Praetoris considerandum esse, quam ob causam CICERO *pro Cluent. cap. 33.* ipsi tribuit omnia, quae ad Praetoris Qu. officium pertinent. cf. NOODT *de Iurisd. Lib. II. cap. 5.* SCHVLTING *ad Pariator. LL. Mos. & Rom. T. I. in Iurispr. Antei. pag. 728.* ERNESTI *Cl. Cic. v. quaestio.* Imo necessario erat vicarius constituendus, ne, Quaesitore impedito, cessaret iudicium; inque legibus iudiciorum publ., hunc iudicem cum Quaesitore coniunctum deprehendimus v. c. in L. Cornelia de Sicariis, referente *Pariatore LL. Mos. & Rom. tit. 1.* ex VLPIANO, cautum erat: *vt is Praetor, Iudexue quaestionis, cui sorte obuenerit quaestio de Sicariis,* κ. τ. λ. Singularem vero magistratum istum fuisse iudicem, haud opinor; distinctus etiam a magistratu in *L. 1. §. 1. D. ad L. Corn. de sicar.* aedilitate functos, quibus sorte delatum, hoc officium curasse, verosimilius est; id enim liquet e SVETON. *Caesar. cap. 11.* & ex Inscriptione quam produxit SIGON. *de Iudic. II, 5.* & *Isaac.* CASAVBON. *Comment. ad d. l. Sueton.* p. m. 24. ita dedit

C. OCTAVIVS. C. F. C. N. C. PR.
PATER. AVGVSTI.
TR. MIL. BISQVE. AEDIL. PL. CVM.
C. TORANIO. IVDEX. QVAESTIONVM.

item ex altera, quam ex GRVTERO suppeditauit NOODT l. c. alia occasione a me laudanda.

f) Id velim intelligas de libera rep., nam Augustus quartam adiecit, SVETON. *in August. cap. 32.* quintam Caligula, SVET. *in vit. cap. 16.* Decuriae iudicum vero, eo tempore, quo apud Senatores aut Equites tantum, aut apud vtrumque ordinem, iudicia erant, sunt tabulae s. classes, quibus Senatorum Equitumue, a Praetore in iudicum numerum electorum, nomina mandata. Postea vero, cum apud omnes populi ordines iudicia essent, decuria iudicum ipsum

Praetor pro tribunali pronunciabat, iique primum, regio instituto, ex ordine Senatorio, deinde ex equestri, lege Sempronia lata A. V. C. DCXXXII. Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Fannio Nepote Coss., a C. Sempronio Graccho, lecti sunt: postremo A. V. C. DCLXXXIV. M. Crasso diuite, Cn. Pompeio Magno Coss., quo L. Aurelius Cotta Praetor, populum rogauit, populusque iure sciuit, vt tres ordines Senatores, Equites, Tribunique aerarii, (erant autem Tribuni aerarii, vt scribit VARRO (*de Lingu. Lat. Libr. IV.*), quibus attributa erat pecunia, vt militi reddant) simul iudicarent. Ea vero lectio per Praetorem vrbanum aut peregrinum iuratum fiebat, iique Iudices selecti dicebantur. CICERO in *Or. pro A. Cluentio, cap. 43.: Praetores vrbani, qui iurati optimum quemque in selectos iudices referre debent.* Vbi vero iudicium erat constitutum, selecti illi iudices legebantur, primum sortitione, cum Iudex aut Praetor nomina eorum in vrnam coniiciebat, ac sorte numerum lege praescriptum educebat, quo facto dabatur accusatori, & reo potestas reiiciendi, quos parum sibi idoneos existimabant, in quorum locum Praetor aut Iudex deinde alios subsortiebatur g). Dico *secundum leges a populo latas.* Sic enim scribit MACER *Libro I. de Iudiciis publicis: Non omnia iudicia, in quibus crimen vertitur, publica sunt, sed tantum, quae ex legibus iudiciorum publicorum veniunt, vt Iulia Maiestatis, Iulia de Adulteriis, Cornelia de Sicariis & veneficiis, Pompeia parricidii, Iulia peculatus, Cornelia de testamentis, Iulia de vi priuata, Iulia de vi publica, Iulia ambitus, Iulia repetundarum, Iulia de annona.*

 L. I.

ipsum ordinem comprehendit. Commendanda hac de re *I. T.* KREBS d. *de iudicum romanorum decuriis*, Lips. 1744. e qua breuissime BACHIVS *hist. iurispr. p. 53.* vicissitudines narrauit; *Nostri* enim tradita valde manca sunt.

g) v. *A.* SCHVLTING. *d. de recusatione iudicis Cap. VI.* §. 4. in *Commentat. academ. Vol. I. n. 2.* (Hal. 1770.).

L. I. D. de Iud. public. Quibus legibus non ſolum poena criminis praeſcribebatur, verum etiam, actionis partes ſingulae, de patronis dandis, de iudicibus legendis, teſtibus audiendis & citandis, de ampliando, comperendinando, aliaque multa cauebantur *h*). Dico *ordinaria iudicandi via.* Fiebant enim certo ordine, & forma, quem vide latiſſime, apud SIGONIVM *libro ſingulari de Publicis Iudiciis* (*cap. 8. ſeq.*), & breuiter, ſed clare BRISSONIVM *Antiquitat. Lib. II. cap. 1.* Atque haec de publicis priuatiſque Iudiciis ſufficiant: reſtat, vt ad lineam redeamus, quod dicitur, & gradum.

CAP. VI.

***Centumuiralia iudicia quae ſint, & qualia, breuiter definitum, probatumque non eſſe eadem cum priuatis iudiciis, contra* SIGONIVM.**

Centumuiralia iudicia definio *decreta ſeu ſententias, quae Centumuiri ex XXXV. P. R. tribubus a de-*

h) De quibus ergo criminibus leges non erant latae, de iis etiam iudicium publ. ordinarium haberi non poterat; in *L. 1. D. de publ. iud.* dicuntur *crimina, quae e LL. publicorum iudiciorum veniunt*, i. e. talia, de quibus lex, certam poenam quaerendique ordinem conſtituens, adeſt; minus igitur accurate haec verba explicat *I.* LECTIVS ad MACRVM de *iud. publ. p. 8. eo pertinet*, ſcribens, *ut eorum duntaxat criminum accuſatio vnicuique permittatur, quae publica eſſe decreuit nominatim lex antiqua.* ICtus characterem potius diſtinctiuum horum maleficiorum poſuit, cum eo, quod de iis Leges publicorum iudiciorum ſint latae, ſe a criminibus publicis extraordinariis, pariter ac criminibus priuatis diſcernant. Delicta priuata, e Romanorum mente, directe tendunt ad priuatorum laeſionem, eorumue perſecutio laeſis relicta, non apud Quaeſitorem, ſed in iudicio priuato tractatur, & tam ordinaria quam extraordinaria ſunt.

decemuiris litibus iudicandis sortiti & coacti, inque diuersis tribunalibus diuisi, hasta posita & Praetore solenniter praesidente, in basilicis, certisque sessionum diebus, de controuersiis priuatis, praecipue vero de hereditatis petitionibus faciebant. Ex qua definitione lippis & tonsoribus clarum fiet, centumuirale iudicium multis modis a publicis priuatisque iudiciis differre a).

a) Missa finitione *Nostri*, ex mea sententia iudicium CVirale erat illud, in quo Praetor Vrbanus cum Centumuiris, causas priuatas grauiores ibi definiendas, cognoscebat, lataque sententia definiebat: conuenit igitur cum reliquis iudiciis in eo, vt institutum ad iustitiae administrationem comparatum fuerit; licet enim iudicium CVirale interdum actionem siue causam CViralem denotet, siue etiam sententiam a CViris latam, tamen hunc significatum, nunc cum de forma istius iudicii in sequentibus dicendum, huius loci esse non posse, perspecturum esse quemquam arbitror. Totus autem in eo est *Siccama*, vt, iudicium CVirale priuatum non fuisse, probet, qua in re *I.* CVIACIVM *Obseru. Lib. X. c. 20.* quodammodo habet praeeuntem: at ego supra iam dixi hoc sustineri vix posse, idemque contra CVIACIVM breuibus monuit *Conrad* RITTERSHVS. *Expos. Nouell. P. IX. c. 3. §. 6.* Contra *Nostrum* vero late disputauit *I. G.* GRAEVIVS *in Praef. T. II. Th. Ant. R. p. si num. 29. & 30.* vid. *Syllog. opp. n. I.* cum vero non omnes discusserit *A.* rationes, quaedam addere non superfluum erit. *Sigonius*, quem refutare *Siccama* est aggressus, tantopere non errauit, si CViros ad priuatorum iudicum, quorum ope Praetor est vsus, retulit numerum, quum ipse inficias ire nequeat, CViros Praetori a consiliis fuisse. Deinde vero causas CVirales omnes fuisse priuatas, perlecto CICERONIS loco notissimo *de Orator. I, 38.* & exemplis litium, quarum memoria superest, consideratis, nemo dubitabit; iam si vera nostra iudiciorum, pro causarum discrimine, facta distinctio, vt est verissima, iudicium CVirale non nisi priuatum esse potest. Neque enim ipsius obest dignitati, si referatur ad priuata, quam ob causam procul dubio illud seiungere voluit *Siccama:* hoc autem, quod & *Graeuius* c. l. animaduertit, notandum est, in iudicio CVirali seruatum esse ordinem cognoscendi, a reliquis priuatis iudiciis paulo aberrantem, quod tamen tantam vim habere nequit, vt ea propter CVirale iudicium, priuatum fuisse, negandum sit. Totam ergo litem ita com-

Quod cum multis non fiat verisimile, atque alii formam eorum ad publica, alii ad priuata iudicia spectare contendant, amborum breuiter est refellendus error, auctoritate veterum scriptorum, tum etiam rationibus, quae maximam semper probandi vim habent: ac primum eorum, qui priuati iudicii formam habuisse existimant, inter quos SIGONIVS in *libro singulari de priuatis iudiciis*. c. 22.

Principio PLINIVS, qui Centumuirale iudicium arenam suam appellat, vbi saepissime cum maximo iudicum applausu causas actitauit, atque ob id formam eius optime nouit, aperte a priuato iudicio discernit. *Lib. VI. Epist. penult. Interuenit acribus illis & erectis, frequens necessitas computandi, ac paene tabulam calculosque poscendi, vt repente in priuati iudicii formam centumuirale vertatur.* Quem suffragio iuuat QVINCTILIANVS (*Inst. Orator.*) *Lib. V. cap.* 10. (*pag.* 432. Ed. Burm.). *Proprium illud est causae, quod Amphictyones iudicant, vt alia apud centumuiros, alia apud iudicem priuatum, in iisdem quaestionibus ratio sit* b). *Secundo*: Iudex priuatus postquam semel sen-

componere optimum esse censeo: CVirale iudicium priuatorum fuisse speciem, quoad internam vero constitutionem suam & formam, singularia quaedam habuisse, quoniam olim supremum fuit. Omnia, quae *Siccama* contulit ad firmandam opinionem argumenta, nostram potius sustinent sententiam, cum de forma & ordine iudicii testentur, ad ea igitur nunc se flectit oratio.

b) Prius argumentum, si quid video, eo redit, *Plinium* & *Quinctilianum* priuata iudicia a CVirali segregasse: sed vterque probat, quod supra *cap. 4. not. a.* notaui, pedanea iudicia, vt ita loquar, saepe κατ' ἐξοχὴν priuata nominari. Quod etiam OVIDIVS *Trist. II. v. 93 s.* innuere videtur, vbi:

Nec male commissa est nobis fortuna reorum,
Lisque decem decies inspicienda viris.
Res quoque priuatas statui sine crimine iudex:
Deque mea, fassa est pars quoque victa, fide.

Age vero contemplemur *Plinii* verba: ea sunt e litteris, quibus Romanum, de causa Variolae, a se fausto euentu apud

ſententiam dixit, iudex eſſe deſinit, *L. 55. D. de re iud.* Centumuiri vero de pluribus cauſis, & ad cer-

apud CViros, acta, certiorem fecit, deprompta; amicum vt inſtrueret, facti ſpecie narrata, orationis, quam illi miſit, diuerſam indolem, e cauſae grauitate natam, expoſuit, *nam & copia rerum*, ſcripſit, *& arguta diuiſione, & narratiunculis pluribus & eloquendi varietate renouatur. Sunt multa (non auderem niſi tibi dicere) elata, multa pugnantia, multa ſubtilia. Interuenit* &c. Hinc vides *Plinium*, ſubtilitati argumentorum, quibus vſus, oppoſuiſſe computationis neceſſitatem, quae iudicium — etiam difficilius reddidit; iam pergit, eandem computandi neceſſitatem effeciſſe, vt paene tabulam, ſc. calculatoriam, calculoſque popoſciſſent iudices, ad inueſtigandam puta facti veritatem, & hereditatis quantitatem, CVirique adeo, de circumſtantiarum indole ſolliciti, omiſiſſent fere, quod in ipſorum iudicio peragendum, puncti iuris ſcilicet definitionem, dum pedaneos iudices, magis ad cauſae cognitionem datos, ſe geſſiſſent. Simili forma loquendi vſus eſt QVINCTILIANVS *Inſt. Orat. L. VIII. c. 3. p. 683.* (ed. Burman.) *at priuatorum conſilium, cauſasque paucorum, vt frequenter accidit, calculorum, purus ſermo, & diſſimilis curae magis decuerit* — — Ex his clarum eſſe ſuſpicor, *Plinium* nulla ratione CVirale iudicium a priuatis ſegregaſſe, ſed formam priuati iudicii, ſiue cognoſcendi ordinem apud iudicem pedaneum, CVirali oppoſuiſſe; quam veram *Plinii* verborum: *vt repente in priuati iudicii formam CVirale vertatur*, mentem eſſe, vidit etiam *Ph.* BROIDAEVS *in Corollar. ad Pollet. hiſt. for. Rom. III, 13. p. 289.* Iam ad *Quinctiliani* locum ab *A.* citatum accedamus: is ſeduxit etiam TVRNEBVM *in not. ad Quinct.* vt crederet, *Fabii* tempore CViros de cauſis publicis cognouiſſe: perperam; nam in eo duntaxat obiter traditur, diuerſam eſſe, tractandi cauſas apud CViros & pedaneos iudices, rationem. Obiter, inquam; illuſtrationis enim gratia induxerat litem apud Amphyctiones, ſummum Graeciae tribunal, Thebanos inter & Theſſalos, ob mutuam pecuniam, agitatam, in qua quaeſtiones variae difficileſque ea propter obuenerant, quod Alexander M. euerſa Thebanorum ciuitate, Theſſalis donauerat iſtam pecuniam, quam donationem Thebani, a Caſſandro reſtituti, iure factam eſſe negauerant. Propoſitionibus inde variis deductis, & argumentorum inueſtigatis rationibus, Thebanorum cauſam inſtruit *Fabius*, & adiicit, proprium huic cauſae ſ. liti fuiſſe, quod apud Amphyctiones agita-

ta

certum tempus iudicabant, vt *capite VIII.* docebimus. *Tertio:* Priuati iudices in ſubſelliis iudicatum ſedebant. *A.* GELLIVS *Lib. XIV. cap.* 2. vbi, cum ſe iudicem rei pecuniariae datum ſcripſerat, *Iuſſi igitur*, inquit, *diem diffindi, atque inde a ſubſelliis pergo ire ad Phauorinum Philoſophum, quem meo tempore plurimum ſectabar.* Centumuiri vero in tribunalibus, quod PLINIVS infinitis locis, praecipue vero indicat *Lib. IV. Epiſt.* 16. *Adhuc honor ſtudiis durat. Proxime cum dicturus apud centumuiros eſſem, adeundi mihi locus niſi a tribunali, niſi per ipſos iudices non fuit, tanta ſtipatione cetera tenebantur.* PAPINIANVS *Lib. VII. Reſponſorum* in *L.* 76. *D. de legatis II. Cum filius*, inquit, *diuiſis tribunalibus actionem inofficioſi teſtamenti pertuliſſet, atque ita variae iudicum ſententiae exſtitiſſent*, vbi procul dubio centumuirorum tribunalia intelligit, cum apud centumuiros de inofficioſo agebatur. c) *Quarto:* Priuata iudicia differri pote-

ta eſſet, h. e. alia ratione, quam coram alio iudice, tractata: cum hoc igitur ſupremo Graeciae iudicio comparauit iudicium CVirale, verbis *vt alia* etc. e quibus ergo manifeſtum, *Quinctilianum* haud negaſſe CViros conſtituere priuatum iudicium; ſed, in ipſorum iudicio aliam cauſas tractandi tenendam eſſe rationem, quam in iudiciis pedaneis ſ. priuatis, eum docuiſſe, quod omnino verum eſt. Patet id adhuc magis ex verbis: *in iisdem quaeſtionibus aliam rationem eſſe*, cet. nam ſi eaedem quaeſtiones, & apud priuatos iudices, & apud CViros, obuenerunt, hi fuerint priuati neceſſe eſt; quod argumentum placuit etiam *Ph.* BROIDAEO l. c.

c) Ad haec argumenta vide, quae monuit GRAEVIVS *l. c.* Addo, tertiam *A.* rationem & eam ob cauſam nullam vim habere, quoniam, ſi omne iudicium, vbi iudex in ſubſellio ſedens iudicat, priuatum eſſet, tale iudicium publicum ordinarium foret etiam; nam in ſubſelliis iudices ſelectos de criminibus cognouiſſe e CICER. *in Vatin. c.* 14. *pro Cluent. c.* 23. vbi: *Stalenum* (qui iudex, in cauſa Oppianici de veneficio, fuit) *L. Quinctius ad ſubſellia adduxit*, aliisue locis conſtat: quod tamen abſurdum eſſe, vix opus vt moneam.

poterant, *L. 36. (pr.) D. de Iudiciis. L. 10. D. de feriis. L. 27. (pr.) D. de Recept. qui arb. L. 3. C. de Dilation.* & passim in iure. Centumuiralia iudicia nequaquam differri poterant, vt ex PLINIO (*Lib. I. Ep. 18.*) CVIACIVS docet (*Obseruat.*) *Lib. X. cap. 20.* idque propter auctoritatem iudicii, cum populare esset, & quasi consilium populi. Qua ratione & posteris temporibus, qui in Consistorio Principis causas agebant, nullas dilationes impetrabant. *L. 5. C. de dilationibus*, & *L. 1. C. de Relat.* Princeps enim in locum, & potestatem populi successit. d) *Quinto:* Iudices priuati vt plurimum de controuersiis facti, & iis quae perspicui & scripti iuris erant, vt ex Pandectarum libris manifestum est, iudicabant; centumuiri vero de caussis intricati iuris, & quae in aequitatis & iuris quaestione sitae sunt, quod SENECA indicat *de Beneficiis. Lib. III.* (*cap. 7.*) *De quibusdam etiam imperitus iudex dimittere tabellam potest, vbi fecisse aut non fecisse pronunciandum est, vbi prolatis cautionibus controuersia tollitur, vbi inter disputantes ratio ius dicit. Vbi vero animi coniectura capienda est, vbi id, de quo sola sapientia discernit, in controuersiam incidit, non potest ad haec sumi iudex ex ordine selectorum, quem census in album, & equestris hereditas misit.* Hoc est, in priuatis causis, quae facti, & iuris aperti sunt, iudicem priuatum dari posse; in iis vero in quibus quid iure, quid iniuria fiat, quid aequum, quid iniquum sit, quaeritur, non posse iudicem priuatum dari, sed cum consilio, vel a centumuiris debere disceptari; quod liquido declarat QVINCTILIANUS *Libro IV. cap. 2. Id accidit aliquando vtrique parti, cum vel nulla expositio est, vel de re constat, de iure quaeritur, vt apud Centumuiros, filius an frater debeat intestato heres esse.* CICERO *Lib. I. de Orat.* (*cap.*

d) Bene monuit GRAEVIVS *c. l.* hoc argumentum probare tantum, hac in re CVirale iudicium a reliquis fuisse diuersum.

(*cap.* 56.) *Nam quod maximas centumuirales caussas in iure positas protulisti:* aliisque multis locis. *Sexto:* Priuatis iudiciis omnibus praeiudicium fieri poterat. *L.* 18. *D. de Except. L.* 16. *D. Eodem. L. fin. D. si ingenuus esse dic. L.* 1. (*§.* 1.) *D. Fam. hercisc.* Centumuirali vero iudicio nullum praeiudicium fieri poterat, sed omnia integra erant seruanda, donec centumuiri de hereditate iudicauerint. VLPIANVS *L.* 5. (*§.* 2.) *D. de hered. pet. Horum iudiciorum, quae de hereditatis petitione sunt* (ea vero erant centumuiralia) *ea auctoritas est, vt nihil in praeiudicium eius iudicii fieri debeat. f)* Et IVSTINIANVS Imp. *L. vlt.* (*pr.*) *C. Eodem*

e) Non vbiuis verum esse, quod affirmauit *Siccama*, quodammodo monstrauit GRAEVIVS *l. l.* Adiicio, in iudiciis bonae fidei saepe de iure certatum esse, e rationibus supra *Cap.* 4. *not. d.* allatis. Contra vero apud CViros de facto saepe disputatum esse, non solum iam e QVINCTILIANI loco ab *A. cit.* videndum, sed aliunde probari potest; nam quando v. c. de causa exheredationis quaerebatur, disquirendum erat inprimis, an factum posset probari v. QVINCTIL. *Inst. Or. Lib. VII. c.* 4. Facti quaestio erat: vter dignior hereditate, quam tractasse CViros IDEM *Lib. III. c.* 10. auctor est. Denique in iudicio CVirali iusiurandum delatum esse legimus, SENEC. *Praef. ad Lib. VII. Controuers.* & SVETON. *de clar. Rhetor. cap.* 6. quod cum in facti quaestionibus fieri tantum queat, tales coram CViris tractatae sint, sequitur; quo eleganti argumento vsus est *A.* SCHVLTING *Enarrat. tit. Dig. de LL.* §. 12. *& t. de Iurisd.* §. 24. Corruit ergo *Siccamae* adsertio, CViros non nisi de iure, pedaneos iudices non nisi de facto cognouisse: in vniuersum hoc non est affirmandum, nam CViri a Praetore adhibiti videntur tunc, cum causae cognitionem iudici pedaneo, propter grauitatem litis, non poterant committere, nec sententiam, aliquando ferendam, formula includere. CViri plerumque de iure statuebant, ideoque exactior cognitio rei adiunctorum illis erat necessaria; inde porro variae disceptationes inter iudices subortae sunt, cum saepe vni iustum & aequum videatur id, quod alter iniquum esse contendit; & probabilem habes rationem, cur disputationem fori in iudicio quoque CVirorum deprehendamus, iudicatisque CViralibus varia inducta sint, a LL. nondum definita.

dem. Cum hereditatis petitioni locus fuerat, exceptio adſumebatur, quae tuebatur hereditatis petitionem, ne fie-

f) Argumentum *A.* huius eſt indolis: quoniam apud CViros praeiudiciorum ratio non fuit habita, ipſorum iudicium priuatum non fuit: Nemo tamen non videt, haec, ſi vera eſſent, rurſus ad modum cognoſcendi ſpectare, quem diuerſum fuiſſe dudum agnouimus. Neque vero, ſi quid video, VLPIANI mentem aſſecutus eſt *Stccama*, quae diuerſam admittit explicationem. Primum enim verba: *iudicia quae de hereditatis petitione ſunt*, ſimpliciter per CVirale iudicium interpretatus eſt haud accurate: quandoquidem enim Romae coram CViris hereditatis petitio inſtitueretur, tamen h. l. ICtus, ſub iudicii verbo, ipſam cauſae tractationem comprehendiſſe videtur, qualem vim iſta vox ſibi vindicat ſaepiſſime: forum ergo, vbi inſtituitur haec actio, haud nominauit, cum, in hoc ſignificatu ſi ſumſiſſet, facile ſibi quis perſuaſiſſet aliud in prouinciis obtinuiſſe. Sed princeps quaeſtio, quid denotent verba: *vt nihil in praeiudicium fieri poſſit?* Haec *Noſtrum* ita accepiſſe, vt nullam quaeſtionem praeiudicialem, ſ. antea examinandam, quam de principali cauſa poſſit agi, admiſſam eſſe, putet e laud. LL. D. apparet: ſenſit idem *Jo.* VOETIVS *Comment. ad Pand. tit. de hered. petit. §. 25.* nullam exceptionem praeiudicalem oppoſitam eſſe petitori, ſtatuens. Verum ſunt, quae premant iſtam explicationem; Ecquis enim putabit CViros huius indolis exceptiones repuliſſe, & de hereditatis petitione tantum iudicaſſe, quo demum peracto iudicio, ad diſcuſſionem exceptionum eſſe progreſſos? nonne tota petitionis ſuperflua fuiſſet tractatio, cum poſtea, petitorem per exceptionem a limine iudicii potuiſſe repelli, apparuiſſet? Fac enim a Maeuio hereditatem petiiſſe Titium, ſeque filium defuncti, indeque heredem, dixiſſe, Maeuium autem ipſum eſſe filium, inficias iuiſſe; nunc prius, quam de hereditatis petitione iudicetur, diſquirendum erit: filiusne Titius ſit, nec ne? nam ab iſta quaeſtione tota pendet cauſae tractatio: Iam ſi *Noſtrum* & *Voetum* audias, huius generis exceptio nec ohmoueri potuiſſet petenti, nec antea iudicari debuiſſet. Sed quid inde quaeſo? iudices de petitione hereditatis fruſtra iudicaturi fuiſſent; nam praetenſa filiatione haud probata, Titius cauſa cecidiſſet, poſſeſſorique res hereditariae relinquendae fuiſſent, totum igitur iudicium inutile. Sed tam peruerſo ordine iudicaſſe CViros, aegre mihi perſuaderi patiar: nil ergo ſupereſt, niſi hos iudices de praeiudi-

fieret ei praeiudicium. Magnitudo enim & auctoritas centumuiralis iudicii non patiebatur per alios tramites viam

diciis cognouisse ante causam ipsam, quo facto illico adparuit, quid de principali iudicio constituendum esset. Quae cum ita sint, *Nostri* sententiae subscribere dubitaui, neo *Iustiniani* verba me mouent, mox explicanda; imo magis inducor a *Siccama* discedere, VLPIANI *cit. L. 5. §. 1. de her. petit.* effatum considerans, quo diserte tradit, sustinendam esse hereditatis petitionem, opposita falsi testamenti exceptione, quousque constet, an testamentum falsum sit; sane, quando sustinenda erat petitio, exceptio talis reiecta non est, sed antea potius examinata. Opportuniorem ergo VLPIANI mentem an inueniamus, periculum faciendum: apud plurimos Interpretes, imo apud ipsum *J.* RAEVARD. in *de praeiudiciis* libris, hac de re altum deprehendi silentium; quasi haec res sit expedita. *Vlr.* HVBER *Praelect. ad Instit. tit. de Action. §. 17. remedia,* inquit, *quibus infringitur hereditatis petitio, dicuntur in eius praeiudicium institui,* quam recte, facile iudicatu. Vero propius accessisse videtur *Jo. Aug.* BACH *in Traian. p. 161.* verbis: *praeiudicium fieri non debeat,* ICtum dixisse, putans, hereditatis petitione mota, iudices nihil decidere oportere, a quo possit exemplum sumi, quomodo de petitione hereditatis iudicandum, eaque ratione detrimentum afferre petitori. Constat enim ex QVINTILIANO *Inst. Or. Lib. V. c. 2.* adesse praeiudicium, si de eadem causa iam aliquid constitutum, quod iudicantes sequantur: indeque vetuit VLPIANVS, ne in hereditatis petitione hoc fiat, & ipsi praeiudicium adferatur, cum de re ad illam pertinentem iudicatum sit. Vt si quis hereditatem vindicat, non est, quod iudex v. c. de legatis, fideicommissis singularibus, libertatibus, etc. quicquam decernat, ne, dum in his rebus voluntas testatoris sit agnita vel reiecta, in iudicio principali id fiat etiam. Rem Illustrauit *Bachius L. I. D. famil. ercisc.* & *L. vlt. D. de tab. exh.* in quibus omnino praesidium inuenimus: ne tamen ἀσύμβολος discedam, adferam locum PLINII, me iudice quidem hanc sententiam confirmantem. Scripsit ille *Lib. V. Ep. 1. Curianus orabat, vt sibi donarem portionem meam, seque praeiudicio iuuarem: eandem tacita conuentione saluam mihi pollicebatur.* Nimirum Curianus a matre exheredatus, cum Coheredibus *Plinii* de inofficioso agere secum constituerat; iam quo meliorem redderet causam suam, petit a *Plinio*, vt simulate sibi donaret portionem suam, eum in finem, vt prae-

viam hereditatis petitionis infringi. Septimo. Ab omnibus datis iudicibus, etiamsi ex auctoritate principis,

praeiudicium haberet: quod ita interpretor: hac simulata donatione & renunciatione partis hereditariae, Curianus se contra reliquos coheredes munire cupiebat, eoque, iudicibus persuadere studebat, se inique exheredatum esse, quod *Plinius* sponte suam reliquisset portionem, indeque monstrasset, se quidem, inique Curianum exclusum esse, existimare. Hanc *Plinii* mentem fuisse, vix dubito, & ex hac patet explicatione, quatenus praeiudicia non erant admittenda, sed, vt Imp. all. *L. vlt. C. de her. pet.* loquitur, integra seruanda omnia, vsque dum de hereditate iudicium erat finitum: neque reliqua huius Imp. verba obsunt, inprimis ea, vbi: *Exceptionem quae hereditatis petitionem tuebatur esse adsumtam*, refert, quibus innuere non potuit, omnem exceptionem praeiudicialem esse reiectam, sed eam allegationem, qua petitor suam tuebatur causam, admissam esse. Superest tamen aliud, hac occasione notandum, & quo saepe laudatis *Vlpiani* verbis lux accendi possit: Videlicet in mentem venit, anne hunc sensum illis tribuamus, iudicium de hereditate tantam habere auctoritatem, vt quaestiones, ipsius occasione motae, & tanquam incidentes necessario exponendae, in alio iudicio haud excutiendae, sed ab eo, vbi petitio hereditatis agatur, licet alias incompetens foret, sint diiudicandae? Quae si ad CViros, qui lites hereditarias cognouerunt, applicamus, profitendum esset, hos iudices omnes incidentes quaestiones, siue ciuiles siue criminales, iudicasse; criminales inquam, quas, si principaliter peractae essent, numquam disceptassent. Quodsi dixerit igitur ICtus, iudicio hereditatis praeiudicium fieri non posse, nunc idem est, ac affirmasset, de incidente in quaestionem hereditatis causa, alium iudicem cognoscere sententiamque ferre, eaque praeiudicium iudici hereditario, v. c. CViris, facere non posse; sed iudicem hereditatis vniuersum iudicium omniaque ad causam pertinentia, igiturque incidentia, examinare atque componere. CVirorum quidem mentionem haud iniecit ICtus, sed generaliter locutus est, certum tamen, apud illos hoc obuenire potuisse; imo Romae discrimen clarius fuit, quam in prouinciis, in quibus Praesides, & ciuiles causas & delicta, cognouerunt. Rem exemplum illustrabit: finge hereditatem petenti obiecisse aduersarium, exceptionem falsi testamenti; nunc petitionem sustinendam, deque falso quaestionem haben-

 dam

cipis, licet nominatim declarantis, dati fuerint, ipsi magistratus appellari poterant. *L. 3. D. Quis & a*

dam esse, palam est, & *L. 5. §. 1. D. de her. pet.* luculenter docet: iam vero licet ad CViros haec falsi quaestio non spectaret, sed eam vel Praeter Qu. e L. Cornel. de fals., vel Praefectus Vrbi absolueret, tamen, quoniam ista quaestio erat incidens, & ex opposita exceptione nata, CViros illam cognouisse, aliumque iudicem aut magistratum, in tali re praeiudicium ipsis adferre non potuisse, suspicor. Neque solus ego hanc opinionem tueri gestio: eandem iam sustinuisse *Ant.* FABRVM *Rational. ad L. 5. D. de her. pet.* inuenio: *Falsi*, notans, *quaestio incidens in quaestionem de hereditate, non impedit cognitionem iudicis de hereditate cognoscentis, quo minus possit ille, falsi quoque quaestionem, tanquam incidentem examinare.* Est quidem SCHILTERVS *Exercit. ad Pand. Ex. XV. §. 21.* qui hanc, inter falsi quaestionem *principaliter* & *incidenter* tractatam, distinctionem, rem non conficere, arbitretur, *quotiescunque etenim*, scribens, *per modum exceptionis quaestio falsi hereditatis petitioni opponitur, toties incidens est. Sed numquam non sic opponitur: alias enim si principaliter & per modum actionis instituitur, iam hereditatis petitio nondum est instituta, igitur nec sustineri dici poterit.* At vereor, ne rectius hac confutatione supersedisset Vir doctissimus: nam opinionem suam §. *20. antec.* propositam, CVirale iudicium suspensum esse, donec, coram Praetore Quaesitore, aut Praefecto Vrb., falsi causa sit acta, non probauit: quod enim laudauit Hadriani rescriptum *L. 5. §. 1. D. de her. pet.* memoratum litem non dirimit, siquidem ignoramus, num istud de hereditate inter Asiaticum & Sergianum iudicium, Romae an in Prouincia agitatum sit; deinde ne γρυ adest, falsi quaestionis tractationem, a iudice causam hereditariam cognoscente avocandam esse; sed simpliciter rescripsit Imp. *vt Aelius daret satis de hereditate, quae ab eo petitur; & sic falsum dicat:* quibus sua auctoritate *Schilterus* adiecit verba: *coram competente iudice*, quae in lege desiderantur penitus. Quoad confutationem autem, lubenter largior, quaestionem falsi toties incidentem esse, quoties instar exceptionis opponitur: sed hoc etiam est, quod quaerimus: principaliter crimina numquam apud CViros sunt acta, vt bene monuit *Siccama* infra *Cap. 7.* ideoque disquirendum non erat, vtrum falsi quaestio a iudice hereditario examinanda. Necessarium ergo, vt incidens illa fuerit, si eius gratia petitio hereditatis sustinenda erat, & iudex hereditarius eam

a quo appell. Verum a Centumuiris ad alios magistratus non erat prouocatio, quia magnificum & populare quodammodo erat consilium, vt postea dicemus, & quemadmodum nec a Consistorio Principis, qui populi vicem tenet, ita neque a Centumuiris, qui auctoritate populi iudicabant, appellare ius fuit. g) Nec dissentit SVETONIVS *Vespanio cap. X.*

eam quaestionem disquirere debebat. Salua ergo *Fabri* distinctio, & oppido necessaria. Verum liceat adhuc rationes subministrare, quae, vt in eandem discederem partem, me mouerunt. Primo auctoritati tanti iudicii obesse videbatur, quando ab eo causa auocabatur, quam tot tantique viri, aeque ac iudices selecti in publico iudicio, iudicare poterant, & incongruum, cum alii iudices facerent CViris praeiudicium. Deinde hanc rationem seruatam esse propterea puto, ne lites augerentur & partes ab vno ad alterum tribunal, e priuato ad publicum iudicium traherentur. Tertio, incidens quaestio, respectu causae principalis, minor erat, eam igitur causa maior ad se trahebat, inque eo iudicio, vbi haec examinabatur, examinanda illa quoque: quod ad CViros adplicatu non difficile. Denique PHAEDRVS *Lib. III. Fab. 10.* luculenter probat, incidentem criminum quaestionem CViros absoluisse, quem locum integrum, infra exhibui.

g) Hoc argumentum de temporibus reip. tantum valet, quibus, cum supremum esset iudicium CVirale tribunal, appellationes admitti vix poterant; qua in re nobiscum conueniunt omnes v. F. C. CONRADI d. *ius prouocation. ex antiq. erut.* (Lipf. 1723.) *Cap. III.* §. *51.* *Chr. W.* KÜSTNER *histor. appellat. & prouocat.* (Lipf. 1740.) *p. 23.* Videndum ergo, num sub Caesaribus nostrum iudicium a prouocatione fuerit immune? *Siccama* dubitanter rem proposuit, & e SVETONIO, Principi extra ordinem CVirorum sententias rescindere licuisse, adstruere conatus est; *Conradi l. l.* ad Principem admittit adpellationem, neque tamen argumentum aliquod idoneum adfert. Ego vero sine haesitatione, sub Impp. a CViris potuisse prouocari, adfirmandum esse censeo. Etenim SVETONIVS *in Dom. c. 8.* non de appellatione loquitur, vt credebat CONRADI *c. d. Cap. IV.* §. *54.* sed, Domitianum *extra ordinem pro tribunali,* h. e. ne prouocatione quidem interposita, rescidisse sententias, tantum refert, nempe quoniam eas *ambitiosas,* &

Sorte elegit per quos rapta bello restituerentur, quique iudicia centumuiralia, quibus peragendis vix suffectura aetas

& adeo inique latas, esse perspexit, cum, vt ERNESTI h. v. interpretatur, manifestum esset gratiam potius, quam ius & aequitatem a iudicibus spectatam esse: etenim hanc vim inesse τῳ ambitioso e CICER. *ad Div. VI, 6. & 12.* & e *L. 3. pr. D. de Minor. L. 65. §. 2. D. ad SCt. Trebellian. L. vlt. C. de decret. decur. L. 4. C. de decret. ab ord. fac.* patet, add. *Gu.* FORNER. *Selection. Lib. I. c. 17. I.* RAEVARD. *Varior. Lib. V. c. 6.* Istud igitur factum notauit *Suetonius* duntaxat ideo, quoniam extra ordinem, propter sententiarum vitium graue, tam seuere processit Domitianus, & incolumitatem iudiciorum seruare cogitauit, quod ipsius studium ex h. l. monstrauit recte *Ger. van* WESEL *de sanctitate iudiciorum ab Impp. R. partim restit. part. labefact. §. 9.* (Traiect. ad Rh. 1759.) in OELR. *N. Th. Vol. II. T. 1. p. 287.* Simili ratione rescripsit DIOCLETIANVS *L. 7. C. quand. prouocar. non est necess. Venales sententias, quae in mercedem a corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interpositae prouocationis auxilium, iam pridem a Diuis Principibus infirmas esse decretum est.* Ceterum obiter moneo, sub *nummariis iudicibus, quos cum suo quemque consilio notauit* Domitianus, referente *Tranquillo* d. l. CViros, ipsorumue consilia intelligi non posse, vti putat RAEVARD. *Protr. c. 20. init.* iudices nummarii sunt pecunia corrupti forsan pedanei, cf. *I.* GOTHOFRED. ad *L. 5. C. Th. ad L. Iul. repetundar. Tom. III. p. 238* (Ed. Ritter.) aliam tamen interpretationem habet ERNESTI *Exc. 33. ad Suet.* Sed redeamus ad nostram causam, eius argumentum est, quod vero non sit simile, posteaquam Iulius Caesar & Augustus summa rerum potiti, & licentiam ipsos appellandi sub Tribunitia potestate admiserunt, causasque vel ipsi, vel per magistratus vice sacra cognoscentes, cognouerunt, hoc iudicium CVirale a prouocatione immune esse relictum. Nam fuit sub Impp. singularis praerogatiua, quando a Magistratu aut iudice prouocatum non est, vt ex Oratione D. Hadriani notauit VLPIAN. *L. 1. §. 2. D. a quib. appell. n. lic.* & quamquam Praefectorum Praetorio potestas, in dies post Tiberium creuerit, eorum tamen sententiae, ante Constantinum M., prouocatione rescindi potuerunt, qui demum, huius Praefecturae forma mutata, quo minus appellari queat, prohibuit *L. 16. C. Th. de Appellat.* cuius rei vestigia in *L. vn. §. 1. D. de Offic. Pr. Pr.* & *L. 17. D. de minor.* deprehendimus. Quae cum ita sint, sententiae a Praetoribus cum CViris latae, maiorem tantorum

aetas litigatorum videbatur, extra ordinem iudicarent, redigerentque ad breuissimum numerum. Quod Vespasianum non modo fecisse suspicor, vt illi centumuirales causas extra ordinem iudicarent, quod ordinarius cognitionum dies dudum a Centumuiris nullus esset habitus, vt interpretatur RAEVARDVS, verum magis quod infinitae causae ad iudicium centumuirale penderent, quae cum solorum Centumuirorum essent, atque illi multitudine earum obruerentur,

 forte

rum magistratuum iudicatis, auctoritatem habuisse non videntur. Locum porro in ICtorum libris frustra quaesiui, e quo contrarium, a CViris nempe prouocari non potuisse, adstruerem: cum tamen tantam horum iudicum praerogatiuam, si adfuisset, procul dubio ICti notassent. Imo, si quid video, e *L. 1. §. 4. D. a quib. appellar. non lic.* ab *A.* laudata, meam quoque confirmare possum sententiam; eius verba ita iacent in Taurelliana. *Interdum Imperator ita solet iudicem dare, ne liceret ab eo prouocare, vt scio saepissime a D. Marco iudices datos. An & alius possit ita iudicem dare, videbimus? & puto* * non * *posse.* Negatio in vulgatis deprehenditur, licet virgulis inclusa, sed lubenter ego accedo sententiae *S. R.* IAVCHII *de Negation. Pandect. Cap. I. §. 9. p. 5.* cum Recte a *Taurello* negatiuam esse suppletam pronunciat, *non enim*, addens, *quod principi licet, fas est, alios magistratus sibi arrogare, cum ab ipsis appelletur.* CViri vero a Praetore Vrbano in Consilium adhibiti, & ad eos delegatae sunt causae, atqui *Vlpianus* negat alium ita dare posse iudicem, vt ab eo non prouocetur, igitur nec Praetor hoc valuit. Rem denique conficit VLPIANVS *L. 8. §. 16. D. de inoff. test. Si ex causa,* inquiens, *de inofficioso cognouerit iudex & pronunciauerit contra testamentum, nec fuerit prouocatum, ipso iure rescissum est.* CViros *Vlpiani* temporibus de inofficioso testamento iudicasse, probatione non indiget, siquidem PAVLVS, eiusdem aetatis ICtus, *L. 17. pr. D. eod.* id aperte profitetur; *Vlpianus* autem sub conditione, *nec fuerit prouocatum*, loquitur, necessum ergo, vt a sententia CVirorum prouocare licitum fuerit. Adest adhuc alius eiusdem VLPIANI locus *L. 27. §. 3. D. d. t. De inofficioso testamento nepos contra patruum suum, vel alium scriptum heredem, pro portione egerat & obtinuerat, sed scriptus heres appellauerat* etc. E quibus omnibus, sub Impp. appellationem erga CVirorum sententiam interponere licuisse, liquidum esse censeo.

forte quosdam electos, qui eas diiudicarent, arbitrorque soli Principi ius fuisse Centumuirorum sententias rescindere, ex SVETONII *Domitiano cap. VIII. Plerumque & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas centumuirorum sententias rescidit. Extra ordinem* accipio, quod ordinarie non licuerit. *Ambitiosas* vero, quod non ea qua decet libertate, sed fauore & gratia fierent. VLPIANVS *L. 4. (pr.) D. de Decret. ab ord. fac.*

C A P. VII.

Centumuirale iudicium non habuisse formam publici iudicii.

Qui centumuirale iudicium publici iudicii formam habuisse existimat, insignis & acutissimi ingenii ICtus est *Iacobus* RAEVARDVS *Protribunal. Lib. cap. XX.* vbi id se probare putat argumentis adeo leuibus & ficulneis, vt tanti ICti auctoritatem vix mereantur. a) Nam, praeter hoc quod nusquam aperiat,

a) Quam merito confutauit *Siccama* opinionem, apud CViros capitales etiam causas, principaliter nimirum, esse actas, praeter *Raeuardum* amplexi sunt TVRNEBVS *ad Quinctil. Inst. Or. V, 10. p. 432.* (Ed. Burm.) & *I.* CVIACIVS *ad L. 2. §. 29. D. de O. J. Ian. a* COSTA *in Summar. ad tit. 1. Lib. II. Decretal. p. 366.* (Ed. Paris. 1676.) cum ait, *Sciendum est Praefectum Vrbi nullam omnino initio iurisdictionem ciuilem habuisse; creatum fuisse vt de criminibus cognosceret; non tamen omnibus, vt Dio docet* (Lib. LII.) *nam & Centumuiros constat de criminibus iudicasse:* & nouissime G. C. MATERNVS de CILANO *Ausführliche Abh. d. röm. Alterth. Abschn. III. Buch 2. Cap. 7. §. 3. p. 565.* Contra *Cuiacium* disputauit *G.* SCHUBART *de fatis iurispr. R. Ex. III. §. 53. p. 601.* (Ien. 1696) *Io. Gotl.* HEINECC. *in praef. ad Vhlii opuscul. ad hist. iur. pertin. p. 62.* & inprimis *Gu. van der* MVELEN *Exerc. ad hist. Pompon. de O. J. ad §. c. p. m. 602.* prolatis *Nostri* rationibus. Praeter *Fabii* locum, de quo mox, argumenta *Cuiacii* e Poetis deprompta sunt, nimirum, quoniam OVIDIVS *Trist. II. v. 98.* sibi non male commissam *fortunam*

ri-

riat, qua in re cum publicis iudiciis conueniat, ac quod PLINII locum adferat ex epiſtola, vbi centumuirale iudicium a priuatis diſcernit, exque eo con-

 clu-

reorum cecinit, & *Auct. ad Piſon.* ſcripſit, *trepidos* ad iura decem citat haſta viror., & NASO *de Art. amand. I. v. 160.*

Non tantum trepidos vi tueare reos.

huius generis verba, non niſi de reis criminum capitalium explicari poſſe, putat. At enim quod ad poſtremum OVIDII paſſum attinet, nemo non videt, eum de quouis patrocinio intelligi poſſe; deque eo, perinde ac de reliquis, ſuſtinere arbitror, poetas, quemuis reum pauidum, trepidum, anxium, rerumque ſuarum incertum, depingere ſolere, Probabo meam opinionem ex ipſo OVIDIO, is *Faſt. Lib. I. v. 20. 21.*

Quae ſit enim culti facundia ſenſimus oris
Ciuica pro trepidis cum tulit arma reis.

Amor. Lib. I. Eleg. 10. v. 39. ſ.

Turpe, reos emta miſeros defendere lingua:
Quod faciat magnas, turpe, tribunal opes.

Ex Ponto Lib. I. Ep. 2. v. 117. ſ.

Vox precor Auguſtas pro me tua molliat aures,
Auxilio trepidis quae ſolet eſſe reis.

Ibid. Lib. II. Ep. 2. v. 51. ſ.

Nunc tibi & eloquii nitor ille domeſticus adſit
Quo poteras trepidis vtilis eſſe reis.

Add. *Remed. Amor. v. 151. ſeq.* & *561.* ſeq.

Sic vides, non adeo certum eſſe, quod affirmauit *Cuiacius*, reos capitalium criminum, tantum dici trepidos, & quae *Heineccius d. l.* ſcripſit, placent omnino: *Sed non video, cur non & in iudiciis priuatis tribui aliquid poſſit fortunae, quum & hic res redeat ad iudicum tabellas, & cur non & illi trepidare poſſint, quorum fortuna & facultates in diſcrimen adducuntur. Fortunae tribuitur, quidquid plenum eſt aleae, & non poſſunt non trepidare, quibus imminet periculum, ſiue vitae, ſiue famae, ſiue fortunis metuant.*

ſorte quoſdam electos, qui eas diiudicarent, arbitrorque ſoli Principi ius fuiſſe Centumuirorum ſententias reſcindere, ex SVETONII *Domitiano cap. VIII. Plerumque & in foro pro tribunali extra ordinem ambitioſas centumuirorum ſententias reſcidit. Extra ordinem* accipio, quod ordinarie non licuerit. *Ambitioſas* vero, quod non ea qua decet libertate, ſed fauore & gratia fierent. VLPIANVS *L. 4. (pr.) D. de Decret. ab ord. fac.*

CAP. VII.

Centumuirale iudicium non habuiſſe formam publici iudicii.

Qui centumuirale iudicium publici iudicii formam habuiſſe exiſtimat, inſignis & acutiſſimi ingenii ICtus eſt *Iacobus* RAEVARDVS *Protribunal. Lib. cap. XX.* vbi id ſe probare putat argumentis adeo leuibus & ficulneis, vt tanti ICti auctoritatem vix mereantur. a) Nam, praeter hoc quod nuſquam aperiat,

a) Quam merito confutauit *Siccama* opinionem, apud CViros capitales etiam cauſas, principaliter nimirum, eſſe actas, praeter *Raeuardum* amplexi ſunt TVRNEBVS *ad Quinctil. Inſt. Or. V, 10. p. 432.* (Ed. Burm.) & *I.* CVIACIVS *ad L. 2. §. 29. D. de O. J. Ian. a* COSTA *in Summar. ad tit. 2. Lib. II. Decretal. p. 366.* (Ed. Pariſ. 1676.) cum ait, *Sciendum eſt Praefectum Vrbi nullam omnino initio iurisdictionem ciuilem habuiſſe; creatum fuiſſe vt de criminibus cognoſceret; non tamen omnibus, vt Dio docet* (Lib. LII.) *nam & Centumuiros conſtat de criminibus iudicaſſe:* & nouiſſime G. C. MATERNVS *de* CILANO *Ausführliche Abh. d. röm. Alterth. Abſchn. III. Buch. 2. Cap. 7. §. 3. p. 565.* Contra *Cuiacium* diſputauit G. SCHVBART *de fatis iurispr. R. Ex. III. §. 53. p. 601.* (Ien. 1696.) *Io. Gotl.* HEINECC. *in praef. ad Vhlii opuſcul. ad hiſt. iur. pertin. p. 62.* & inprimis *Gu. van der* MVELEN *Exerc. in hiſt. Pompon. de O. J. ad §. c. p. m. 602.* prolatis *Noſtri* rationibus. Praeter *Fabii* locum, de quo mox, argumenta *Cuiacii* e Poetis deprompta ſunt, nimirum, quoniam OVIDIVS *Triſt. II. v. 98.* ſibi non male commiſſam *fortunam reo-*

riat, qua in re cum publicis iudiciis conueniat, ac quod PLINII locum adferat ex epiſtola, vbi centumuirale iudicium a priuatis diſcernit, exque eo con-

 clu-

reorum cecinit, & *Auct. ad Piſon.* ſcripſit, *trepidos* ad iura decem citat haſta viror., & NASO *de Art. amand. I. v. 160.*

Non tantum trepidos vt tueare reos.

huius generis verba, non niſi de reis criminum capitalium explicari poſſe, putat. At enim quod ad poſtremum OVIDII paſſum attinet, nemo non videt, eum de quouis patrocinio intelligi poſſe; deque eo, perinde ac de reliquis, ſuſtinere arbitror, poetas, quemuis reum pauidum, trepidum, anxium, rerumque ſuarum incertum, depingere ſolere, Probabo meam opinionem ex ipſo OVIDIO, is *Faſt. Lib. I. v. 20. 21.*

Quae ſit enim culti facundia ſenſimus oris
Ciuica pro trepidis cum tulit arma reis.

Amor. Lib. I. Eleg. 10. v. 39. ſ.

Turpe, reos emta miſeros defendere lingua:
Quod faciat magnas, turpe, tribunal opes.

Ex Ponto Lib. I. Ep. 2. v. 117. ſ.

Vox precor Auguſtas pro me tua molliat aures,
Auxilio trepidis quae ſolet eſſe reis.

Ibid. Lib. II. Ep. 2. v. 51. ſ.

Nunc tibi & eloquii nitor ille domeſticus adſit
Quo poteras trepidis vtilis eſſe reis.

Add. *Remed. Amor. v. 151. ſeq.* & *561.* ſeq.

Sic vides, non adeo certum eſſe, quod affirmauit *Cuiacius*, reos capitalium criminum, tantum dici trepidos, & quae *Heineccius d. l.* ſcripſit, placent omnino: *Sed non video, cur non & in iudiciis priuatis tribui aliquid poſſit fortunae, quum & hic res redeat ad iudicum tabellas, & cur non & illi trepidare poſſint, quorum fortuna & facultates in diſcrimen adducuntur. Fortunae tribuitur, quidquid plenum eſt aleae, & non poſſunt non trepidare, quibus imminet periculum, ſiue vitae, ſiue famae, ſiue fortunis metuant.*

cludit necessario publicum esse, quod priuatum non est, quod in iure nostro semper verum esse non potest, illud praecipuum eius argumentum est, quod QVINCTILIANVS (*Inst. Orat.*) *Lib. IV. c. 1.* (*p. 311.* Ed. Burm.) scribit: *Quibusdam in iudiciis maximeque capitalibus, vt apud Centumuiros, ipsi iudices exigunt sollicitas, & accuratas actiones.* Primum, si ex eo probare velit centumuirale iudicium, ad publicorum formam spectasse, quod scribat, *capitalibus vt apud Centumuiros*, quasi centumuiralia iudicia capitis poenam irrogauerint, qua ratione vere publica fuissent, praeter scripturae mendum (nam *vt et apud Centumuiros* legendum est) respondeo etiam, capitales caussas priuatae quaestionis iudicium fuisse, nec eas solas esse capitales cum de mortis poena quaeritur, quemadmodum nec publica iudicia omnia eo modo capitalia sunt, sed & cum de existimatione hominis dicitur, capitales causas appellari. b) CICERO *pro Q. Roscio*

b) QVINCTILIANI locus torsit plures; HOTMANVS *de Magistrat. Rom.* v. *Centumuir.* & SCHVBART *de fatis Irpr. l. c.* capitalia iudicia explicarunt, iudiciis de libertate: POLLETTVS *hist. for. R. III, 13. p. 287.* legendum existimauit, *maximeque capitalibus* & *apud CViros*, contra BROIDAEVS in *Coroll ad Polleti l. c.* notauit: *particula* vt *non est exemplificatiua immediate praecedentium*, *sed declaratiue stat pro* & *vel* quemadmodum, *quasi dicat in capitalibus & CViralibus iudiciis ipsi iudicis exig. sollic. act.* Denique codices quidam legunt *aut ap. CVir.* Sed neque emendatione, neque difficili *Auctoris nostri* explicatione opus, cum teste BVRMANNO *not. ad d. l.* optimi Codd. seruent, *& apud CViros*, quam lectionem & ipse recepit, ideoque omnia sunt clara. Suspicabar olim sub *capitalibus* iudiciis *Fabium* arduas, ingeniosas atque difficiles causas comprehendisse; quippe hanc vim capitalis vox interdum habet, vt apud OVID. *Fast. Lib. III. v. 839.*

Nominis indubio causa est, capitale vocamus
Ingenium solers, ingeniosa dea est.

& CIC. *ad Q. Fratr. Lib. II. Ep. 13* De Philistione: *Sicutus ille capitalis, creber, acutus, breuis, paene pusillus Thucidi-*

Roscio Comoedo: (*cap. 6.*) *Si qua sunt priuata iudicia summae existimationis, & paene dicam capitis, tria haec sunt, tutelae, fiduciae, societatis.* Et in *Orat pro Quinctio* (*cap. 31.*) quae rei priuatae fuit: *Horribile est causam capitis dicere, horribilius priore loco dicere.* adde *L. 103. D. de Verb. Signif.* & QVINCTILIANVM qui alibi docet, capitales causas dici, cum de hominis libertate quaeritur. Similiter quod PLINIVS scribit *Lib. V. epist. 1.* etsi RAEVARDVS eius, magni alioqui in sententiam eius momenti, non meminerit: *Coheredes mei componere, & transigere cupiebant, non diffidentia causae, sed metu temporum verebantur, quod vidissent multis accidisse, ne ex centumuirali iudicio capitis rei exirent.* Non ita capiendum est, quod centumuirali iudicio rei capitis iudicarentur, sic enim interpretor, verum ne quod illis ab Aufidio Curiano, iisque quos aduocauerat, obiiceretur, quod deinde capitis poenam irrogaret. Quod ipsum sequentibus verbis PLINIVS confirmat, nimirum, inter coheredes eius fuisse, quibus Rustici & Gratillae, cuius ex testamento PLINIVS cum ceteris legatum acceperat, obiici amicitia posset, &, vt ego coniicio, propter infamiam periculosa. c) Deinde,

 si

cidides. Quasi ergo dixisset *Quinctilianus*, in causis difficilioribus, arduis & grauioribus, vt apud CViros, h. e. quales apud CViros tractantur, sollicitas actiones esse necessarias.

c) Dextre quidem PLINII verba interpretatus est *Siccama*, male tamen, coheredibus *Plinii* amicitiam Rustici & Gratillae propter infamiam periculosam fuisse, eosque ideo rei capitis fieri potuisse, coniecit; nam istae personae sane erant honestissimae, & integerrimus vir *Plinius* eas in amicorum numero habuit, & Rusticum coluit, quia adolescentiam suam exhortationibus fouerat. v. *Lib. I. Ep. 14.* Liceat ergo causam scrutare, cur ita senserunt coheredes Plinii. *L. Iunius Rusticus Arulenus*, maritus Gratillae, tribunus Plebis & Praetor, V. TACIT. *Annal. XVI, 26.* & *Histor. IV, 80.* stoicae philosophiae maxime deditus, vt lapis vetus testatur,

L.

si ob id quod Centumuiri *sollicitas & accuratas actiones exigerent:* sane illud eiusdem pretii argumentum est,

L. IVNII. RVSTICI.
PHILOSOPHI STOICI
L. IVNIVS. L. L. MYRINVS
P. P.

a Domitiano Imp., artificiis M. Reguli causidici, interemtus erat, quoniam Paetum Thraseam, illud, teste TACITO *Histor. II, 91. verae gloriae exemplar*, & *quo interfecto, Nero virtutem ipsam exscindere concupiuit*, iudice EODEM *Annal. XVI, 21.* virum sanctissimum nominauerat. Ita enim ex DIONIS. CASSI *Lib. LVII.* refert XIPHILIN. *Epitom. p. m. 236.* Τὸν γὰρ δὴ Ῥέστικον τὸν Ἀρουλῖνον ἀπέκτεινεν, ὅτι ἐφιλοσόφει, καὶ ὅτι τὸν Θρασέαν ἱερὸν ὠνόμαζε· *Nam Rusticum Arulinum interfici iussit propterea, quod philosophabatur, quodque Thraseam diuinum hominem nominabat.* PLINIVS *Lib. I. Ep. 5. Rustici Aruleni periculum fouerat,* (sc. Regulus) *exultauerat morte, adeo vt librum recitaret publicaretque, in quo Rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum Simiam appellat.* TACITVS *in vit. Agricol. cap. II. Legimus cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecione Priscus Heluidius laudati essent, capitale fuisse.* & SVETON. in *Domitian. c. 10. Iunium Rusticum, quod Paeti Thraseae & Heluidii Prisci laudes edidisset, appellassetque eos sanctissimos viros: cuius criminis occasione, philosophos omnes vrbe Italiaque submouit.* Neque vero miror ego hoc Domitiani facinus, cum mihi simile Tiberii in mentem veniat, sub quo Cremutius Cordus accusatus, quod M. Bruto laudato, C. Cassium dixisset Romanorum vltimum, referente TACITO *Annal. IV, 34.* Sed ad incoepta redeo. Rustici Vxor *Pomponia Gratilla* relegata erat, eamque procul dubio intellexit TACITVS *in vit. Agric. c. 45.* cum, Agricolam *tot nobilissimarum foeminarum exilia & fugas non vidisse*, scriberet. Huic igitur *Plinius*, licet, sibi quoque impendere idem exitium, certis quibusdam notis augurraretur, gratuitam dederat pecuniam, v. *Lib. III. Ep. 11.* quo, & aliis nominibus, Gratillam sibi adeo reddiderat obstrictam, vt ipsum in supremo iudicio, exheredato iustis ex causis filio, Aufidio Curiano, cum aliis nominaret heredem. Curianus, a *Plinio* quidem superatus, cum reliquis coheredibus de inofficioso queri volebat, iudiciumque CVirale iam subscriptum erat, hi vero lege agere nolentes transigebant, *ne ob amicitiam Gratillae capitis rei exirent e CVirali iudicio:* Haec igitur

est, cuius hoc quod sequitur, nempe, eam ob causam centumuirale iudicium publicum fuisse, quod IV-

igitur noli cum *Siccama* accipere, quasi ob infamiam Gratillae periculi plena fuisset ipsius amicitia, sed, quoniam a Domitiano erat relegata, maritus autem Rusticus interfectus, simile periculum amici facile potuissent incurrere, inprimis quando Curianus eorum nomina, quod tunc haud raro contingere solebat, tanquam reorum criminis alicuius, detulisset. Inde olim, OVIDIVS relegatus, ne ausus quidem veris amicos, quibus mitteret Elegias Tristium librorum, interpellare nominibus, ne scilicet ipsis noceret. Vid. *Trist. L. V, El. 9. v. 31. Ex Pont. Lib. III. Ep. 8. v. 45. seq.* vbi

Ipse ego, quod primo scripsi sine nomine vobis
Vix excusare posse mihi videor.
Sed pauor attonito rationis ademerat vsum
Cesserat omne nouis consiliumque malis &c.
Hactenus admonitus memori concede poetae
Ponat vt in chartis nomina, cara suis.

Ita sub Tiberio, amicitiam Germanici, C. Silio, & Titio Sabino perniciosam, vxoremque Silii, Sosiam Gallam, caritate Agrippinae eidem Principi, fuisse inuisam, memoratum legimus a TACITO *Annal. Lib. IV. cap. 18. 19. 68.* Ne ergo, ob amicitiam Gratillae, simile contingeret coheredibus *Plinii*, transactione malebant rem componere, quam in iudicio Curianum vincere; eamque ob causam scribit *Plinius*: *cohaeredes — transigere cupiebant: non diffidentiae causa, sed metu temporum;* quae verba postrema, recte monente CATANAEO *in not. ad d. l.* Domitiani aetatem redolent, qui, licet primis imperii annis abstinentiae liberalitatisque, Diuum fratrem Titum secutus, edidisset specimina, postea tamen vbi, iudice SVETON. *in vit. c. 3.* rapax inopia metuque saeuus erat, omnia conuertit, & cui delatores, antea profligati, nunc erant gratissimi. Etenim, *bona viuorum, & mortuorum, vsquequaque, quolibet & accusatore, & crimine, corripiebantur; satis erat, obiici qualecumque factum dictumue, aduersum maiestatem Principis* &c. teste SVETON. *in Domit. c. 12.* Sibimet ipsi *Cataneus* ergo aduersatur, dum, hanc epistolam a Plinio sub Traiano scriptam esse, affirmat. Mihi potius sententia *Io.* MASSON. *vit. Plinii Iun. ad A. V. C. 846. §. 3. p. 62.* (Amstel. 1709.) to-

IVSTINIANVS (*L f. pr. C. de hered. pet.*) dicat: *Magnitudo & auctoritas Centumuiralis iudicii non patiebatur per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi.* Nam quod ad primum argumentum, quid mirum Centumuiros *sollicitas & accuratas actiones exegisse,* qui plerumque omnes eloquentia ipsi, & iuris scientia erant insignes, & obscurissimas controuersi iuris, non facti, causas, deciderent, quod capite praecedenti probauimus. Quod autem magnitudinem & auctoritatem centumuiralis iudicii obiiciat, illud non solum ad magnificum & reuerendum tot splendidissimorum hominum consessum pertinet (quamquam quid magnificentius spectari potuit, quam tot homines clarissimos in excelso & spacioso tribunali, in splendidissima basilica, & eloquentissimis viris causas agentibus, & adstante multiplici ordine numerosa ciuium Romanorum corona, controuersias plenas dignitatis & spei, summa cum auctoritate decidere?) Verum hoc magis significari existimo, quod modo dictum est, centumuirale iudicium tantae fuisse auctoritatis, vt alio iudicio ei praeiudicium adferri non potuerit: quod etiam confirmare videtur VLPIANVS in *L. 5. D. de Hered. petitione;* Et *per minorem causam maiori cognitioni praeiudicium fieri non oportet. Maior enim quaestio minorem ad se trahit,* PAVLVS in *L. 54. D. de Iudiciis.* Quemadmodum & post subscriptum centumuirale iudicium dilatio nulla, vt in priuatis iudiciis, dari poterat. Praeterea certum est, centumuirali iudicio causas priuatas fuisse disceptatas, vt *Libro II.* docebimus. Nulla quoque hic Iudicum sortitio, aut aliud

totam rem extremo Dimitiani anno gestam esse, videtur probabilis; cur enim coheredes sub Nerua & Traiano, optimis Imperatoribus, tempora metuere debuissent? quibus delatores graui poena coercitos esse legimus PLIN. *Panegyr. c. 34. 43.* Domitianum ergo timebant, Rustici, Gratillae, Plinii, denique omnium bonorum, inimicum. Sed iam *Ilicet.*

aliud quidquam, quod ad publica iudicia pertinere videtur. Dicimus itaque: Centumuirale iudicium nec priuatum, nec publicum fuisse, sed populare, & quodammodo vniuersi populi Romani consilium, ad priuatas controuersias disceptandas coactum, cui Praetor solenniter praesidebat: restat itaque, vt nunc de eo dicamus.

CAP. VIII.

De origine Centumuiralis iudicii, & Centumuirorum electione.

Quae de centumuirali iudicio dicenda sunt, vt ordine proponantur, primum de personis agendum est, quae illud constituebant: illae erant, Centumuiri, Decemuiri litibus iudicandis, aut Quaestores, Praetores, & Aduocati. Prius itaque de Centumuiris, eorumque origine inuestigemus, cuius non simplex erit, sed multiplex variaque quaestio. Quaerendum est enim, quo anno sint instituti, qua lege introducti, quo auctore, qua ratione, quibus comitiis, an magistratus fuerint, quomodo ad conuentum coacti, & similia, quae singula hoc capite exponemus. Quod si non pro dignitate tam magnifici & illustris iudicii praestiterimus, veniam apud aequos iudices merebimur, quod in tanta antiquitatis caligine, multa erunt coniecturis fulcienda, quibus in rebus obscuris nonnunquam aliquid auctoritatis tribuere, ingenui & liberalis animi est; faciendumque sit saepissime, quod boni Oratores solent, qui cum veris testibus rem probare non possunt, argumentando fidem faciunt.

Principio examinanda sunt verba *A.* GELLII *Lib. XVI. cap. 10. Ego vero*, inquit, *dicere atque inter-*

terpretari deberem, si ius Faunorum atque Aborigimum didicissem. Sed enim cum proletarii, & assidui, & sanates, & vades, & subuades, & viginti quinque asses, & taliones, furtorumque quaestio cum lance & licio, euanuerint, omnisque illa XII. Tabb. antiquitas, nisi in legis actionibus Centumuiralium causarum, lege Aebutia lata, consopita sit; studium scientiamque ego praestare debeo iuris & legum, vocumquè earum quibus vtimur. Quibus ex verbis *Antonius* AVGVSTINVS, (*de Legib. & SCtis. cap. Aebutia de CViris*), splendor Italiae, lumen Iurisprudentiae, atque omnium historiarum & antiquitatum peritissimus, Centumuiralia iudicia lege Aebutia constituta esse, existimat. Quod etsi verba ipsa non exprimant, putat tamen vtrumque, & de centumuirali iudicio instituendo, & de legis actionibus XII. Tabb., nisi earum causarum, quae apud Centumuiros essent agendae, abrogandis, fuisse cautum. Contra MANVTIVS (*de Legib. cap. 16.*), qui de LL. Romanis acutissime disputauit, Agellianum locum de solis XII. Tabb. corrigendis interpretur; cui suffragatorium calculum addit HOTMANVS in libro *de Legibus* (*v. Aebutia de Legibus*), qui, Aebutium Tribunum plebis, de tollendis legum actionibus XII. Tabularum legem rogasse, scribit. In qua scriptorum differentia equidem magis assentior *Antonio* AVGVSTINO, faceremque illud lubentius, si tempus addidisset legis latae, & auctorem qui tulerit a). Etenim eo tempore, quo consentaneum est Cen-

a) *Anton.* AVGVSTINVS certi nihil adfirmauit, sed dubitanter rem proposuit, *ex his Gellii verbis*, *crederem CViralia iudicia hac lege fuisse constituta:* nihilominus ista plerisque placuit opinio, quam argumentis substruere nisus est *J. N.* FVNCCIVS disq. *de L. Aebutia LL. XII. Tabb. non derogante.* Rintel. 1743. in *Syllog. Opusc. adiect.* n. III. Contra *Ev.* OTTO *Praef. T. III. Th. J. C. p. 24.* legem Aebutiam de solis vocabulis disposuisse censet. Neque conueniunt viri docti in huius legis cognomine, alii nominarunt Aebutiam de CViris, alii de Legibus, alii de Legum actionibus CViralium causarum.

Centumuiros esse institutos, Liuiana historia temporum iniuria periit, Halicarnasseus eo non peruenit, ceteri, quos ego quidem legerim, ne verbo meminerunt. Illud vero constat, Aebutiorum familiam eo tempore, & postea diu Praeturam, Tribunatum, Quaesturam, Pontificatum, Legationes, aliosque Magistratus gessisse. Itaque Aebutius is qui legem de Centumuiris rogauit (fortean Tribunus plebis fuit, nam popularis lex fuit, & procul dubio plebi gratissima) meo iudicio populum de eo rogauit, A. V. C. DXIII. Q. Lutatio Cercone, A. Manlio Coss. aut paulo post. Primum, Centumuiri ex XXXV. tribubus electi sunt, vt docet FESTVS (*de V. S. v. Centumuiri*), cuius auctoritas apud me semper fuit maxima. Tribuum vero numerus eo ipso anno, quem modo signaui, ad XXXV. peruenit, vt docet FLORVS *Epit. Lib. XIX.* igitur non ante, sed circa, aut ipso anno DXIII. Centumuiri sunt electi. Deinde Praetor peregrinus creatus est A. V. C. DX. A. Manlio Torquato, C. Sempronio Blaeso Coss. *Epit. Lib. XIX.* propter maximam peregrinorum turbam, qui quotidie in vrbem confluebant, vt is inter ciues & peregrinos ius diceret, sufficiente vix Praetore vrbano ciuium negotiis. Ii peregrini triennio post in tribus relati sunt, anno, vt dixi, DXIII. Quo facto cum ciuium Romanorum multitudo mirum in modum cresceret, ideo, quod Praetor vrbanus ciuium negotiis omnibus solus cum priuatis iudicibus non sufficeret, incidentibus quotidie multis intricati iuris controuersiis, credibile est centumuirale iudicium esse institutum b). Tertio coniecturam meam confir-

b) De industria *Nostrum* confutare conatus est *Abr.* WIELING Diatrib. *de furto per lanc. & licium concept. cap. VI.* §. 3. his verbis: *Primum lapsus A. noster est in tempore lustri conditi, quando peregrinos in tribus relatos esse scribit, cui adsignauit A. V. C. 513. quum tamen ex Fastis Coss. constet, fuisse annum praecedentem 512.* Adi PIGHIVM Tom. II. Annal. p. 67.

firmat POMPONIVS *in L. 2. §. 29. D. de Orig. Iuris. Deinde* (id est mox post Praeturam peregrinam) *cum esset*

p. 67. *Eodem deinde anno CViros institutos, & L. Aebutiam de his rogatam fuisse putat, ad eundem cum Augustino & Pighio lapidem offendens. E Sexto tamen Pomponio firmare suam hanc opinionem Sibrandus conatus, particulamque* Deinde *exponit:* mox post Praeturam peregrinam. *Verum enim vero non animaduertisse videtur Vir doctissimus, negligentiorem esse Pomponium in supputatione temporum, plurimaque apud eum ἐν πλατει siue παρατατικως dicta occurrere. — — — Denique CViros eodem illo anno creatos esse quo Tribuum numerus auctus fuerat, vnde coniicere potuerit Siccama non video; maxime quum, ipsomet fatente, paulo ante Ciceronis demum & Augusti aetatem mentio illorum in Veterum Auctorum monumentis occurrat.* Haec *Wielingius:* cui eruditissimo Viro non possum non, quoad secundum tertiumque argumentum praebere assensum; nam prius tanti momenti haud esse videtur, ideo, quoniam in supputandis annis inter se discrepare doctos, notum est. Optimum autem censeo, certum, quo CViri instituti sint, annum haud definire, sed in vniuersum affirmare, post A. V. C. 512. aut 513. CVirale iudicium esse confectum; verum tamen satis aptum non est, ad Ciceronis vsque aeratem originem reuocare, possunt aliquae coniecturae proferri, cur dudum antea illud adfuisse statuamus consilium. Hac enim aetate, sexto videlicet ab Vrbe condita saeculo, Romanorum remp., postquam totam Italiam sibi subegerant, & iam extra illam prouincias occupabant, magis magisque creuisse, constat. Auctis igitur diuitiis & opibus, lites variae & difficiliores fiebant, relicta simplicitate, ne dicam morum ferocitate, antiqua: legum penuria amplius non sufficere videbatur, nec ex iis causae, olim vix cognitae, decidi poterant. Ideoque iudices constitutos esse arbitror, qui Praetori in decidendis causis, vbi ipsemet statuere nihil poterat, praestarent operam, & sententias ex aliis fontibus, quam solo stricto iure, haurirent. His porro temporibus, quibus ortum CViralis iudicii probabiliter adscribimus, iuris scientia non fuit amplius Patriciorum quasi res patrimonialis, nec in Pontificum penetralibus, vt olim latuit: Enimuero TIBERIVS CORVNCANIVS, qui floruit circa A. V. C. 500. *primus scientiam profiteri coepit* teste POMPON. *L. 2. §. 38. D. de O. J.* h. e. scholas aperuit, & in instituendis aliis operam nauauit, cum, *ante illum ex omnibus qui scientiam nacti, publice professum neminem, tradatur, sed caeteri ad hunc vel in la-*

esset necessarius magistratus, qui hastae praeesset, (Centumuiralem intelligo) *decemuiri litibus iudicandis sunt instituti.* Qui sane mox post Praetorem peregrinum creati sunt, vt ait POMPONIVS, & mox post Centumuiros, forte eodem anno, scilicet vt essent qui hastam Centumuiralem cogerent c). Postremo, nus-

latenti ius ciuile retinere cogitarent, solumque consultatoribus vacare, potius quam discere volentibus se praestarent, notante EOD. *L.* 2. §. 35. *D. de O. J.* Haec vicissitudo, saltim aliquam vim habuisse, mihi videtur, eam scilicet, vt plebeii nunc ad cognitionem iuris ciuilis, ipsis antea reclusam, cum adspirandi occasionem haberent, iam ex vniuerso populo iurium haud imperiti seligi possent, ad iudicandas grauiores in CVirali iudicio agitandas lites idonei. Etenim negabit forsan nemo, CViris iuris cognitionem oppido fuisse necessariam, partim quia ipsi sententiam, non prout formula postulabat, sed secundum proposita probataque, concipiebant; partim quia Assessores s. Consiliarios eos aduocasse non inuenimus. Veruntamen haec coniecturae instar a me prolata sunto, eaque iudicio doctiorum relinquo: Saltim mihi non opus esse videtur, cum quibusdam ortum huius iudicii a Graecis repetere; nam etsi, varia instituta ab exteris gentibus adsumsisse Romanos, e SALLVST. *bell. Catil. cap.* 52. & POLYB. *Lib. VI. c.* 23. teneam, tamen id non est eo extendendum, vt ipsorum inuentioni nihil relinquamus & tribuamus. Ceterum coniectura *Fr.* POLLETTI *l. c. III,* 14. *p.* 291. in constituendo CVirali iudicio, exemplum ab electione C. Senatorum Romuli petitum esse, magis ingeniosa quam vera est.

c) De loci Pomponiani diuersa lectione nihil moneo, praeterquam quod *Gu.* BVDAEVS & *Gr.* HALOANDER pro *Decemuiris* substituerint *Centumuiros*, sed nullo argumento; *Florentina* lectio aptior est. *Eadem* editio, *Contiana* (Antw. 1571.) & *Charondina* (ibid. 1575.) seruant *praeessent*, non vt aliae multae *praeesset:* & tueri possumus, τὸ *praeessent*, licet paulo infrequens sit construendi ratio. Iam vt ad *Siccamae* explicationem verborum §phi deueniam, artificiosa quidem est, at sunt quae vehementer illam premant, & inprimis fallitur, si Xviros ab initio CViris praefuisse, eumque in finem creatos putat: qua de re infra ad dicendum constitutus erit locus opportunior.

nusquam apud historiarum & antiquitatum Scriptores, LIVIVM, dico, CICERONEM, VALERIVM, SENECAM, TACITVM, QVINCTILIANVM, aliosque inuenio, Centumuirale iudicium ante eum annum fuisse frequentatum, plurima vero paullo ante CICERONIS & AVGVSTI aetatem. De tempore itaque certum est. putamus enim manifestum esse, Centumuiros institutos A. V. C. DXIII. Q. Lutatio Cercone, A. Manlio Torquato Coss. aut certe non ita multo post.

Nunc quomodo creati sint, videamus. Id plane explicat FESTVS, sic: *Centumuiralia iudicia a Centumuiris sunt dicta. Nam cum essent Romae XXXV. tribus, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri sunt appellati, & licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumuiri sunt dicti* d). Quibus ex verbis constat, id quod modo dicebamus, Centumuiros non ante eum annum quo tribuum numerus ad XXXV. peruenit, fuisse institutos. Is autem fuit A. V. C. DXIII. Simulque manifestum est, Centumuiros Comitiis tributis creatos esse, quod minimi magistratus essent e), & minima quaeque ad popu-

d) Quibuscum conuenit VARRO *de Re rustic. II, 1.* vbi: *Si, inquam, numerus non est ad amussim, vt cum dicimus mille naues ad Troiam isse, Centumuirale iudicium Romae.*

e) CViros magistratus fuisse adfirmant etiam *Bern.* ORIZELLARIVS *de Magistrat. Rom.* (Lips. 1752.) *Lib. II. c. 16.* & *Ant.* TERRASSON *histoire de la Iurisprud. P. I. §. 6. p. 36.* cuius tamen nugae ne refutatione quidem dignae. Mallem vero suae opinionis argumenta dedisset *Siccama;* sed praeterquam quod ea omiserit, sibimet ipsi contrarius est, nam in fine *h. cap.* diserte ait, CViros magistratus non fuisse, & supra *Cap. 4.* bene monuit, sub rep. nullum magistratum iudicis munere potuisse fungi; atqui FESTVS tradidit *ad iudicandum* CViros esse creatos. Subscribendum ergo potius opinioni, quam tenent *I. G.* GRAEVIVS *Praef. cit.* C. BRETTVS *de Ord. perant. c. 9.* N. GRVCHIVS

pulum ſpectantia, tributis comitiis fierent. CICERO ad Qurites: (*Agrar. I. cap. 11.*). *Hic autem Tribunus plebis, quia videbat, poteſtatem neminem iniuſſu populi, aut plebis poſſe habere, curiatis ea comitiis, quae vos non ſinitis, confirmauit: tributa, quae veſtra ſunt, ſuſtulit.* Manſit ea eligendi ratio ad lapſam rempublicam, nec plures quam centum & quinque, vnoque iudicio & tribunali conſcribebantur. Primum illud ex eo colligo, quod ante ea tempora centumuiralia iudicia aliorum iudiciorum ſplendore obruebantur, nec magnae eſſent auctoritatis. QVINCTIL. *in Dialog. de Oratore* (*c. 38.*): *Quod maius argumentum eſt, quam quod centumuirales cauſae, quae nunc primum obtinent locum, adeo ſplendore aliorum iudiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Caeſaris, neque Bruti, neque Coelii, neque Calui, non denique vllius magni oratoris liber, apud Centumuiros dictus, legatur, exceptis Orationibus Aſinii Pollionis, quae pro heredibus Vrbiniae inſcribuntur, ab ipſo tamen Pollione mediis D. Auguſti temporibus habitae.* Deinde quod CICERO nusquam maioris numeri nec diuiſorum tribunalium meminerit, quod certe feciſſet, ſi ſuo tempore diuiſis tribunalibus iudicaſſent *f*).

CHIVS *de Comit. Lib. II. c. 2. init.* I. *A.* BACH *hiſt. iur. p. 103.* MATERN. *de* CILANO *l. c.* §. 2. *p. 563.* aliique, CViros magiſtratus haud fuiſſe, ſed delectu Praetoris, procul dubio vrbani, factos eſſe rerum priuatarum iudices.

f) Vereor, vt iſtae rationes tantam vim habeant, quantam ipſis tribuit *Auctor*, mihique cum aliis viris doctis, e quibus BACHIVM *l. c. p. 105.* tantum excitare lubet, multo videtur eſſe probabilius, CViros & ante Impp. aetatem diuiſis iudicaſſe tribunalibus. Quid enim? ſupra nominauerat *Siccama* CVirale iudicium ſupremum, ſplendidum, magnificum, & heic adfirmat, illud ipſum fuiſſe exile & non magnae auctoritatis. Certe verba *dialogi cit.* hoc non perhibent, ex antecedentibus potius explicanda. Scilicet antea *cap. 37.* affirmauerat *Auctor dial.* multum intereſſe, vtrum quis de furto, aut formula, aut interdicto dicendum ha-

Illud quoque animaduertendum est, Decemuiros litibus iudicandis statim post primam Centumuirorum crea-

habeat, an vero de ambitu, expilatis sociis, trucidatis ciuibus, h. e. vtrum quis oret causas priuatas, an publicas: iam pergit; posterioribus, tamquam maioribus excellentioribusque, famam consecutos esse Rhetores, non vero illis, priuatis scilicet adeoque minoribus, quales apud CViros etiam obuenirent. Publica ergo iudicia opponit CViralibus, eorumque splendore haec quondam esse obruta profitetur, nempe propterea, quod orationes in causis publicis habitae, excellentiores, praestantioresque fuerint, illis, quae apud CViros recitatae sunt; quum in prioribus, ob causarum magnitudinem grauitatemque eloquentiam Patroni magis potuerint monstrare, quam in ciuilibus negotiis, eamque ob rationem, neglectis orationibus coram CViris habitis, praeter Asinii Pollionis pro heredibus Vrbiniae declamationem, lectas esse accusationes & defensiones in iudiciis publicis recitatas. Atque hanc veram mentem *Auctoris dial.* esse, e nexu satis apparere puto, etsi me non praetereat, omnes fere interpretes ipsum aliter intelligere: certo igitur tantum respectu obrutum dixit *A. dial.* CVirale iudicium splendore publicorum, ob causarum puta qualitatem, vberiorem & praestantiorem declamandi materiam subministrantium: neque ergo reliqua priuata iudicia CVirale oppressisse sustinet, sed, vt euidentiorem redderet mutationem, statim summum priuatum iudicium proposuit. Priuatas autem causas in relatione ad publicas oratores saepe nominant exiles, paruas, sic enim CICERO *ad Diu. Lib. IX. Iudicia*, scripsit, *non solemus omnia tractare vno modo: priuatas causas & eas tenues agimus subtilius: capitis aut famae scilicet ornatius;* & QVINCTIL. *Inst. Or. Lib. IV. c. 2. p. 347. Sed plurimum refert quae sit natura eius rei quam exponimus; in paruis ergo, quales sunt fere priuatae, sit ille pressus & velut applicitus rei cultus* — — Atque haec de priori *Siccamae* argumento sufficiant: alterum adhuc infirmius, nam eius generis est, quod inficiale nominant, a silentio CICERONIS ductum. Verum enim vero nobis sane multa forent incognita, si duntaxat ea statuenda, quae TVLLII verbis probari possent. Verumtamen, olim diuisis tribunalibus cognouisse CViros, mihi probabile esse affirmaui; nam *Quinctilianus* & *Plinius* id moris fuisse aiunt, quod certe non nisi de his, quae dudum obseruata & in consuetudinem abierunt, profiteri solent veteres; deinde, cum ista iudicandi ratio ob commodi-

creationem ius habuisse Centumuiros cogendi; quod indicat SVETONIVS *August. cap. XXXV.* instituisse Augustum, *vt Centumuiralem hastam, quam quaestura functi consueuerant cogere, Decemuiri cogerent.* g) Nec

 coge-

moditatem, & vt plures causae simul possent tractari, inducta videatur, magis reip. temporibus ea erat necessaria, quibus plures causae a CViris iudicandae aderant, quam sub Caesaribus. Denique antestor VALER. *M. Lib. VII. c. 7. ex. 1.* praeteritum a patre militem filium, *omnibus non solum consiliis, sed etiam sententiis, superiorem discessisse*, referentem: quod iudicium, cuius mentionem fecit etiam CICERO *de Orator. I, 38.* sub rep. actum est; iam quia *Valerius* consilia memorat, tunc temporis illa iam adfuisse, sponte fluit, quod & statuit SIGONIVS *de Iudic. I, 28. p. 510.* (ed. hal.) Equidem non sum nescius, eruditos quosdam scriptorem ex aetatis suae moribus (vixit autem sub Tiberio Imp.) scripsisse, ideo existimare, quoniam *Cicero* de consiliis plane silet; sed illud precario statuunt, *Valerium*que aliis in locis idem fecisse haud probant; silentium *Ciceronis* autem me non mouet, quoniam iudicii euentum, a *Valerio* notatum, omisit, nec vtrum filius superauerit, an vero superatus sit, notauit.

g) Cogere iudicium idem significare, quam praeesse, e VALERIO *M. Lib. VIII. c. 3. ex. 1.* aliisque locis videre est. Iam quod ad *Siccamae* doctrinam attinet, vt SVETONIVS *l. c.* eam tueatur, tantum abest, vt ex *Ipsius* verbis contrarium potius, scilicet ante Augustum non Xviros, sed quaestura functos CViris praefuisse, euictum dari possit. Retulit, enim *Tranquillus* hoc institutum Augusti ad ea, quorum auctor fuit, h. e. quae primus contra morem pristinum fecit, ideoque certum sit, Xviros antea hoc munere non esse functos, & cum iudicio CVirali nihil habuisse negotii. Nam si habuissent, Augusti mutatio superflua fuisset, &, si vera esset *A.* opinio, certe *Suetonius*, diligentissimus scriptor, Augustum Xviris, ius cogendi CViros, *restituisse* potius, quam totius instituti *auctorem esse*, fuisset narraturus. Denique, si admittamus competiisse Xviris olim istud negotium, nullo modo dici potest, cur, aut quando sit iis ademtum & ad viros quaestorios translatum. Certius ergo Xviros ab Augusto datum hoc officium, & mecum sentiunt *Io.* HOPP. d. *de Iudicib. C. 1. in N. Th. belg. Vol. 1. T. 2. p. 514.* POLLET *l. c. Lib. III. c. 14. p. 294.* adeoque incassum abit *Nostri* aliorumque opinio, Xviros ab initio ad cogendos CViros electos esse.

cogerent modo, verum ſortirentur & conſcriberent, non ſtrictim & vno numero, ſed etiam maiori, ad CLXXX. poſt Auguſti aetatem ſcilicet, [k]) qui in quatuor conſilia diſtribuebantur. Vtrumque manifeſtum eſt ex PLINIO *Libro VI. Epiſt. 33. Sedebant iudices centum & octoginta: tot enim quatuor conſiliis conſcribuntur*, quod confirmat DIO. *Lib. LVI.* (*n. 26. p.* 757 Edit. Reimar.) ſcribens: Decemuiros iis iudiciis praefuiſſe, quae ad Centumuiros ſorte ductos deferebantur, atque innuit OVIDIVS *Epiſt. ex Ponto Lib. III.* (*Epiſt. 5. v. 23. ſ.*) ad Cottam, ſe quoque inter Centumuiros ſorte ductum frequenter Cottam declamantem audiuiſſe, cum inquit:

Vtque fui ſolitus, ſediſſem forſitan vnus
De centum iudex in tua verba viris.

Verum morem C. & LXXX. Centumuiros conſcribendi, & in quatuor conſilia diſtribuendi poſt Auguſti aetatem, cum centumuiralis iudicii, propter gra-

k) Traiani tempore auctum exſtitiſſe CVirorum numerum, e PLINIO *Lib. VI. Ep. 33.* conſtat; ſub rep. plures, quam 105. iudices conſtituiſſe iudicium probari nequit, ſed quando, & a quo haec facta ſit mutatio, a nullo ſcriptore traditum eſt. *Fr.* POLLETT. *l. c. p. 292.* illam tribuit Veſpaſiano ob SVETON. *Veſp. c. 10.* haud accurate, & *Noſter* ſupra *c. 6. in f.* h. locum bene expoſuit. Multo minus accedendum *B.* ORIZELLARIO l. c. ita inferenti: *Poſtea quarta decuria ab Auguſto addita & quinta a Caligula, creuit iudicum numerus ad 175, qua deinde ſublata reſtitit numerus intra 140. ſeruata ſemper priori adpellatione CVirorum, quamuis legatur apud* Ciceronem *pro Planc. c. 17., 125 iudices equeſtris ordinis rediiſſe. Sed locum mendoſum eſſe credo.* Hic mixta quadrata rotundis: *Ciceronis* locus ſaluus ſanusque eſt, deque iudicibus ſelectis in publ. iudiciis explicandus, & huc non pertinet: quoad reliqua, decurias iudicum cum CViris confuſas eſſe, vix opus monere eſt. Suſpicabar olim, Veſpaſiani inſtitutum a *Suetonio* memoratum, occaſionem dediſſe, poſtea numerum CVirorum adaugendi, premunt tamen multa hanc coniectionem, eritque melius, totam rem Caeſarum temporibus in genere tribuere, quam certam aetatem definire.

grauiſſimas quaeſtiones, quae eo diſceptabantur, auctoritas creſceret, obtinuiſſe tandem veriſimile eſt, comprobatque VALERIVS MAX. *Libr. VII. cap. 7. ex. 1. cum improbiſſimis heredibus de paternis bonis apud Centumuiros contendit, omnibuſque non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit.* Et QVINCTILIANVS (*Inſt. Or. Lib. XII. cap. 5.*) de Trachallo loquens: *Certe in baſilica Iulia cum diceret primo tribunali, & quatuor conſilia, vt moris eſt, cogerentur.* i) Quod

i) Conſilia iudicum iam olim adfuiſſe, ſupra *not. f.* probabile reddere ſum conatus: reſtat paucis adhuc videre, quam habuerint indolem. Laudatum inueni *Adr.* TVRNEBVM *Aduerſar. Lib. IV. c.* 4. hac de re diſſerentem: En *Ipſius* verba: *Scribitur*, & eram acturus adoleſcentulus adhuc eram in quadruplici iudicio. *Ego quadruplex intelligo quod coactum e quatuor iudicum conſiliis & decuriis quae in baſilica Iulia ſedebant: nam in ea erant quatuor tribunalia.* Fabius L. 12. c. 5. Certe cum in baſilica — — laudatum quoque e quatuor tribunalibus memini. *Sunt & apud Fabium duplicia iudicia*, L. 2. c. 1. ſuccurret etiam etc. *In duplicibus iudiciis duo conſilia ad vnam cogebantur haſtam, vnumque tribunal: in quadruplicibus quatuor — — Sed & Plinius ita ſcribit lib. 4. Epiſt.* Proxime cum apud CViros in quadruplici iudicio dixiſſem etc. *Poſſet fortaſſe & CVirale iudicium quadruplex dici, propter quatuor haſtas quatuorque tribunalia, idque verius putem.* Haec *Ille.* Quod ad rem attinet ipſam, iudicum conſilia Veteribus haud incognita fuerunt, primum denotat conſilium conſiliarios ſ. Aſſeſſores iudicum v. *Cap. II. not. d.* deinde vero complexum iudicum ad iudicandum lectorum & conſtitutorum, quae ſignificatio huius loci, inque ea obuenit in L. *Vatinia* de alternis iudicum conſiliis reiiciendis, a P. Vatinio Tr. pl. A. V. 694. lata. cf. ERNESTI *Ind. LL. h. l.* Hanc notionem quo minus ad CViros transferamus, nihil impedit; quo facto, CVirorum conſilium eſſet, complexus CVirorum ad vnam ſententiam concipiendam conſtitutorum coactorumque. Iam vero vel omnia conſilia quatuor ſimul iudicabant, vel duo in vnum contracta, vel ſingula de ſingulis cauſis. Hinc CVirale iudicium, quadruplex & duplex iudicium nominari ſolet, vbi duplex pro coniunctis duobus poſitum, vt in illo VIRGILII *Aeneid. Lib. I. v. 97.*

In-

si ita est, decisa est omnino quaestio, an Centumuiri magistratus fuerint, quod quidam in dubium vocant, propter CICERONIS locum *Libro III.* (*cap. 3.*) *de Legibus*, vbi eos, qui lites iudicabant, hoc est, Centumuiros, vel certe Decemuiros, in minorum magistratuum ordinem refert. Certe si a Decemuiris sint conscripti, a Decemuiris coacti, nec ipsi, sed Praetor eorum sententias exequebatur, certe magistratus non fuerunt. Atque haec de Centumuiris mihi dicta sunt, ita tamen, quod sententiam mutare non grauabor, si in posterum apud maiores iudices de quaestione amplius liqueat.

CAP. IX.

De Decemuiris litibus iudicandis qui & quales fuerint, & quando instituti, contra Iacobum RAEVARDVM.

Decemuiros litibus iudicandis Centumuiros coëgisse, ex POMPONII & SVETONII locis, quos supra citauimus, satis patet, & aperte eloquitur PLINIVS *Lib. V. Epist. vlt. sedebant iudices, venere Decemuiri;* per iudices haud dubie Centumuiros intelligens, quamobrem de Decemuiris ipsis nunc agendum est. *a*) Decemuiri primum creati sunt A. V. C. DXIII.

Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas
Talia voce refert:

causam saepe a duobus consiliis iudicatam, ad reliqua deductam inuenimus, & tunc sententia a prioribus lata, dicta est praeiudicium, notante QVINCTILIAN. *Inst. Or. Lib. V. c. 2.* verbis *aut cum de eadem causa pronunciatum est, vt — in partibus CViralium, quae in duas hastas diuisae sunt.* Ceterum BROIDAEVS *Corol. ad Pollet. hist. for. p. 297.* haud ineleganter consilia comparauit cum Parliamentorum Cameris.

a) De Decemuiris stlitibus iudicandis non vna est eruditorum opinio, siue ad originem spectes, siue ad potestatem attendas

DXIII aut certe non multo post eum annum, vt ex POMPONIO modo probauimus, *L. 2. §. 29. D. de* E 5 *Orig.*

das, & an fuerint magistratus; at quoniam, si velimus colligere omnes sententias, simus, quam par sit, longiores, iuuabit tantum eorum excitare aliquos, qui cum *Nostro* simpliciter adfirmarunt, hos Xviros fuisse magistratus, huc pertinent RAEVARD Protrib. *c. 18.* SIGON. *de Iudic. Lib. I. c. 8.* CVIAC. *ad L. 2. §. 29. D. de O. J. J. Fr.* GRONOV. *Obseru. Lib. III. c. 24. p. 501.* (Ed. Platner) BRETTVS *de Ord. perant. cap. 9.* ROSINVS *Antiq. Rom. Lib. VII. c. 30.* Contra negarunt GRVCHIVS *de Comit. Lib. II. c. 2. init.* GRAEV. *Praef. saep. cit.* TORRENTIVS *ad Sueton. Octau. c. 36.* BACH *hist. iurispr. p. 103.* qui cum POLLETTO *hist. for. Lib. III. c. 14. p. 295.* e CViris olim eos fuisse censet. Iam si licet adhuc, post tot tantorumque Virorum nomina, sententiam proferre, huic quaestioni non, nisi temporum ratione habita, satis posse fieri, arbitror: Quae ergo mea qualiscunque sit opinio, breuibus dicam. Origo horum Xvirorum satis videtur antiqua, nec post ortum CViralis iudicii cum *Siccama* quaerenda, multoque minus cum *Sim. van* LEEWEN *ad Fenestell. de Magistr. R. c. 14. in libr. de Or. & progr. J. C. p. 157.* (Leid. 1672.) ab Augusto repetenda: probabilior longe est coniectura RAEVARDI, quem refutare *Siccama* nisus est, Xviros seculo quinto creatos esse primos. Sed ego vix audeo, certam aetatem figere, ortumque talem a probabilitatis specie haud alienum credo: hos Xviros ab initio Praetori Vrbano datos, vt eo absente iudicia curarent. Enimuero Praetores saepius cum imperio exercitibus praefuisse e LIVIO constat v. *Lib. VII. c. 25.*; tunc autem fuisse iustitium, credibile non est, quoniam diutius absentes esse poterant; certis igitur personis iurisdictionem demandarent, quae iudicia administrarent, iisque praeessent, necessum erat. Atque hae fuerunt nostri Xviri, inde *stlitibus iudicandis* dicti, quod lites dirimere debebant. Cognouerunt ergo, ex mea sententia, Praetore absente e mandata iurisdictione, adeoque haud erat opus, vt essent magistratus; sed sufficiebat, vt, ad istud munus subeundum, seligerentur homines idonei, iuris morumque patriorum haud imperiti. His altera accedit caussa, creatos enim ipsos puto & ea propter, vt aliquos haberet Praetor, quorum vteretur iudicio, tunc cum ipse litem componere non valeret, inprimis si e Plebeiis creatus erat, quibus cum A. V. 418. communicata Praeture. Hoc officium postea re-

Orig. Iuris, nec soli quidem fuere, sed XXviratus pars. DIO. *Lib. LIV.* (*pag.* 757.) Nam quod POMPO-

retinuerunt, licet prius, mutata forma reipublicae, & aliis magistratibus institutis, amisisse videantur; Iudicarunt ergo, quod e *Cicerone* constat, & eatenus, quatenus consilium iudicum potest cogitari, tale constituerunt etiam. Habes ergo meam de origine Xvirorum mentem, meque illam ante Praetorem Peregrinum posuisse vides; nam ista, qua institutos esse hos Xviros credo, aetate, vexabantur Romani finitimis bellis, neque tamen, ceu tempore sequenti factum, Proconsulibus aut Propraetoribus imperium militare conferri poterat, sed Praetor, Consulum collega, eo erat ornandus. Antiquissimam originem suadet porro nominis ratio; Xviri stlitibus iudicandis nominantur: FESTVS autem tradit, prisco more ita scriptum esse, quo nomine, nisi munus ea, quae dixi, comprehendisset, non essent appellati. Iam vero quoniam sub rep., nemo potestate praeditus iudicis poterat fungi munere, hos Xviros magistratum gerere non potuisse, sponte fluit; neque huic obest, quod quotannis selecti sint & constituti, quia, ceu iam obseruaui, homines idonei erant necessarii. At enim mihi quisquam opponeret, primam originis rationem ideo non esse admittendam, quoniam Praefectus Vrbi, vtroque Consule absente creatus, vt e TACITO *Annal. Lib. VI. cap.* 11. videndum, Praetore ab Vrbe profecto, forsan adfuisset, & iudicia curasset. Sed bene monuit probauitque *J. T.* KREBS *de Praef. Vrb. Rom.* (Lips. 1747.) *p.* 12. *seq.* nos Praefectorum Vrbi, praeterquam feriarum latinarum causa creatorum, memoriam, instituta Praetura Vrbana, non reperire, quoniam Praetor collega fuisset consulum, eo vero absente nunquam mihi obuenit; taceo, non sequi, vt ob Praetoris absentiam creandus esset, qui olim impeditis Coss. eorum munere functus. Praetore Peregrino instituto solebat huic Vrbana prouincia demandari, at quoniam hoc magistratu antiquiores feci Xviros, cur huic Vrbanus iurisdictionem demandare non potuerit, illico patet. Sed, inquis, quid POMPONIO faciamus, qui tam aperte, Xviros fuisse magistratus, & post Peregrinum Praetorem, vt hastae praeessent, electos, tradere videtur? Non putarem: *Siccama* quidem partim hoc, partim antec. cap. §phum hac explicauit ratione, sed mentem magis suae ὑποθέσῃ adcommodare studuit quam verbis, inprimis si in *Raeuardum* inuehitur, & §ph. 30. d. L. 2. non de tempore originis, sed

PONIVS (*L. 2. ∬. 30. D. eod.*) ait: *Eodem tempore & quatuoruiri, qui curam viarum gererent, & triumuiri mone-*

sed de electione eodem actu facienda, intelligendam esse censet: nam si verum est, quod nemo negabit, vt in altera tituli de O. I. parte, de ortu magistratuum actum sit, necessum est, vt verba *eodem tempore quatuoruiri* etc. de aetate, qua primum instituti, explicemus. Quoad verbum initiale *Deinde* §phi 29. e quo *Siccama* Xvirorum ortum post Praetorem peregrinum probauit, illud tanti momenti non est; neque enim, praesertim in hac tituli parte, ad §§phorum ordinem tam religiose attendere debemus, quum nulla temporum ratio in iis sit habita, neque a vero abest, quod REINOLDVS *Varior. cap. 3.* statuit, connexionem magis Epitomatorem quam ICtum *Pomponium* auctorem habere. Quodsi ICtus Xviros nominauerit magistratus, vel nouissimum posuit, vt putat BACH *hist. Iupr. p. 104.* h. e. quod Caesarum obtinuit aeuo, vel generaliori sensu vsus est hoc verbo; adeo vt non tam potestatem aliquam denotet, quam singulare munus sine potestate coniunctum, quomodo sentit *Io.* HOPP. dis. *de Iudicib. p. 514.* Xviros inter illos referens magistratus, quos absque prehensione & vocatione fuisse dixit GELLIVS *N. A. XII, 13.* Denique non opus est sub *Pomponii* verbis: *vt hastae praeesset*, cum *Siccama* CViralem hastam intelligere, ea potius de iudiciis priuatis generatim capienda sunt; nam si *Nostrum* sequeremur, *Pomponius* Xviror. munus inde ab Augusto gestum tantum descripsisset, quod probabile non est, ceu quodammodo vidit *A.* AVGVSTIN *de LL. v. Aebutia:* igitur explicandus ICtus ita, vt reliquis scriptoribus haud aduersetur, quasi dixisset ad iudiciorum exercitium Xviros institutos esse, & ea propter, quod Praetori adsisterent, Epitomator Enchyridii statim post Praeturam illorum mentionem forsan iniecit. Praetermisso CICERONIS *de LL. Lib. III.* loco ab *A.* in *fin. cap. praec.* laudato, quoniam legem fictam continet, parumque ergo valere potest; me denique ad DIONEM conuerto, qui, si *Nostrum* audis, Xviros fuisse sub rep. in XXVIviratu, scripsit: At verum si fateri lubet, iste locus de Augusti tempore magis intelligendus videtur. Primo enim verba: *in quibus erant Tresviri* etc. potius ad XXviros referenda, quam ad XXVIviros, quia Xviros stlit. iud. *ad CVirale iudicium electos esse*, subiunxit, quod, vt supra probaui, de temporibus reip. explicari nequit. Deinde notat Duumuiros & IVviros, qui in Campan. mitt. non

monetales, aeris, argenti, auri flatores, & triumuiri capitales, qui carceris custodiam haberent, vt cuiu animad-

non amplius exstitisse: quod iterum, si de libertate esset locutus, adfirmare non potuisset. Sed vnde, regeris, eiectis e XXVIviratu Xviris, replebis numerum? facillimo negotio; nam Vviri cis & vls Tiberim, Triumuiri nocturni, & Tribuni aerarii omnes fuere magistratus minores, & in eodem XXVIvirorum corpore, quos tamen omnes omisit *Dio*, hi magistratus tempore Augusti sublati erant, & in eorum locum, respectu XXVIviratus, substituti Xviri stlit. iud. & magistratus facti. Denique, tantisper concedamus, Xviros olim inter XXVIviros fuisse, *Dionem* adfirmare, id tamen nobis nequaquam obest; neque enim historicus, Xviros nostros sub rep. magistratum gessisse, adserit, sed, eos cum aliis e XXVIviris electos esse, tantummodo narrat; indene vero, Xviros ad magistratus pertinuisse, sequitur? nihil profecto minus, id solum, quod ego lubenter concedo, dimanat, optimum quemque, & ad istud munus gerendum idoneum, selectum esse; saluaque adeo manet nostra coniectio, olim Xviros stlit. iud. in magistratuum numero haud fuisse. Exinde porro mihi fit probabile, quamobrem sub libertate istud munus dignitatibus non reperiatur adnumeratum: equidem scio G. EBERLIN. *de O. J. c. XXIV.* §. 5. M. Tullium fuisse Xvirum stlit. iud. existimasse, propterea, quod Bruto scripsit, *ad Div. Lib. XI. Ep. 21. vtinam ne ego quidem essem!* sc. in Xviris; Sed errat vehementer; Enimuero Xvirorum vnus fuit *Cicero*, quibus, de consulatu gesto, M. Antonius reddere debuit rationes, quiue diuisionem agrorum in Italia fecerunt, vti liquet e CIC. *ad Div. Lib. XI. Ep. 14. ad Attic. Lib. XV. Ep. 19.* & verbis APPIANI *de Bel. Civ. Lib. III.* ἐς εὔθυναν τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀντωνίε *ad rationem gesti ad Antonio consulatus reposcendam.* Sed vt ab Augusto mutatum est Xvirorum munus, ita quoque ab hoc tempore in minoribus versati magistratibus & in XXviratu, quod etiam BACHIO *hist. iurispr. p. 292.* placuit. Iudicandi vero munus haud retinuisse Xviros, suspicor, neque enim apud Scriptores huius rei quicquam me legere memini: Fuit quidem G. SCHVBART. *de fat. Iurispr. Ex. III.* §. 53. *p. 601.* qui e *Dione*, iudicasse Xviros *de iis quae forte antea deferebantur ad CViros*, sustineret; at enim Dionis verba non accurate explicata sunt, quae duntaxat perhibent, *praefuisse* Xviros iudiciis, ad CViros forte *ductos*, delatis. Quae igitur cum ita sint, mallem potius Xvi-

inaduerti oporteret interuentu eorum fieret; ita intelligo, eosdem omnes vna rogatione, vnis comitiis creatos, vnum-

XViros nomine antiquo retento, iudicia amplius haud exercuisse, sed coegisse tantum CVirale iudicium: Caeterum sub Impp. Xviratum ad dignitates relatum inuenimus, licet infimas; Sic OVIDIVS *Fastor. Lib. IV. v. 383.*

Hanc ego militia sedem, tu pace parasti,
Inter bis quinos vsus honore viros.

vbi cf. omnino *I.* MASSON *Vita Ouid. Nas. ad A. V. C. 732. p. 63.* f. (Amst. 1708.) Similiter refert SPARTIAN. *in Hadrian. c. 2.* fuisse Hadrianum Xvirum litibus iudicandis. Reperimus etiam istud munus in lapidibus litteratis expressum, sic enim PLINIVM Iun. eo, ante quaesturam, functum esse, testantur marmora collecta & explicata a laudato *Io.* MASSON *vit Plin. iun. in praef. p. VIII. seq.* talia habet etiam LIPSIVS *ad Tacit. Annal. Lib. XII. c. 27. & c. 29.* & GRVTER. *Inscr. p. CCCLVI. 1. CCCLVII. 1. CCCLX. 3.* & aliis locis. Neque vero hic praetermittendum esse censeo, HEINECC. *hist. iur. I, §. 58. & ad Brisson de V. S. v. Decemuir.* postremis temporibus auctum fuisse Xvirorum numerum nosque XVviros & XXviros stl. iud. inuenire, laudatis eum in finem quibusdam inscriptionibus REINESII, putasse, verum licet RITTERVS *in not. ad hist. Iur.-d. l.* monuit, indicem inscriptionum seduxisse *Heineccium*, & in reliquis erroribus graphicis id tribuerit, tamen non possum quin moneam, in multis aliis monumentis eosdem XVviros stl. ind. obuenire, quaeue σφαλματα γραφικα habere vix audeam pronunciare: ita V. C. e GVDIO *p. 125. 6.* sequens marmor:

A. GABINIVS. M. F. AVIR. PRISCVS.
* * * * * *
AB. IMP. CAESARE. HADR. ELECTVS.
INTER. FAMILIAM. PATRICIAM. XVVIR.
STLITIBVS. IVDICANDIS. ET. PROCVR. XX. HERED.

exhibetur ab *E.* CORSINIO *de Praefect. Vrb. p. 58.* (Pis. 1766.) RITTERI placet quidem opinio, sed doctioribus totam rem relinquo. Tandem hos Xviros in extremis occidentalis imperii annis exstitisse, & a SIDONIO APOLLINAR. *Lib. II. Ep. 7.* memoratos esse, suspicatur *I.* HOPP. *diss. de iud. pag. 516.* vereor tamen ne sint alii a nostris diuersi, nam ita V. C. THEODOSIVS *L. 3. C. Th. de tutor. & curator.* illos decem Senatores, cum Praetore tutelari, a Praefecto Vrb. in tutoris datione adhibendos, nominauit etiam Decemuiros.

vnumque magistratum fuisse. Nec obstat, quod POMPONIVS modo XX. enumeret: nam duo illi, qui vias extra vrbem curabant, & quatuor, qui in Campaniam mittebantur, iam erant abrogati. Vtrumque ex DIONIS *Lib. LIV.* (*pag.* 757. Ed. Reimar.) manifestum est. *Et hi XXviri*, inquit, *facti fuerunt ex illis XXVIviris, in quibus erant Tresuiri rerum capitalium, & alii tres signandae pecuniae negotium gerentes, quatuor viarum vrbanarum curatores, & decem ad iudicium centumuirale delecti.* Sequitur mox: *Duo enim qui vias extra vrbem curabant, & quatuor qui in Campaniam mittebantur, iam erant abrogati.* Itaque mala manu notauit TORRENTIVS *ad Suetonii August. c.36.* Decemuiros fuisse ex Centumuirorum corpore, quod multis argumentis praeter hunc DIONIS locum refelli posset. Porro XXviri hi cum primum tributis comitiis, vt CICERO docet, plebisque suffragiis, ideoque ex plebe potissimum crearentur, demum A. V. C. DCCCXLI. C. Tiberio, Quinctilio Varo Coss. SCto ex equitibus electi sunt, atque adeo inter minores magistratus fuere, vt nemo ex iis in Senatum adlegeretur, nisi alium quoque magistratum gessisset, cuius ratione Senator posset fieri. Vtrumque adfirmat DIO. *Lib. LIV.* (*pag. cit.*) *Itaque absente*, inquit, *adhuc ab Vrbe Augusto SCtum fuerat factum, vt XXviri* (magistratus hoc nomen est) *ex equitibus constituerentur, quorum deinde nullus in Senatum est allectus, nisi quem etiam alium magistratum, cuius ratione Senator posset fieri gessisset.* b) Etenim praeter eos qui reuera Senatores, & in libera repu-

b) Xviros sub Augusto auctore *Dione* senatores fuisse censuit RAEVARD. *Protrib. c.18.* contra putauit CASAVBON. *ad Spartian. Did. Iul. c. 1.* Augustum XXVIviros, antea e Senatorum liberis creatos, ex ordine equestri legisse, quod idem sensit *Noster*. Sed totum SCtum temporarium fuit, & ex necessitate confectum, cum nemo Senator esse vellet: probant hoc verba DIONIS antecedentia, quorum versionem latinam, breuitatis ergo, tantum adponam. *Secundum*

publica a Censoribus in Senatum allecti erant, in Senatum quoque aditus patebat iis, qui magistratum quidem gerebant, etsi currulis non esset, vt Tribuni & Aediles plebis, iis vero qui gesserant, si currulis fuisset, vt Consules, Praetores, Aediles currules. His omnibus in Senatu sententiam licebat dicere, Senatores tamen non erant, neque in edicto Consulis Senatum vocantis dicebantur, sed ita citabantur: *quibusque in Senatu sententiam dicere licet:* vt latissime MANVTIVS Libro singulari *de Senatu cap. 1.* Posteris vero temporibus ex Senatoribus simul & equitibus constituti sunt. VLPIANVS in *fragment.* (*Tit. I. §. 13.*) *In consilium adhibentur Romae quinque Senatores, quinque equites Romani:* quod capite sequenti [illegible]

to-

cundum ea iterum Senatorum census examinatus est. Quum enim initio senatoribus census esset definitus quadringenta sestertia, quoniam multi bellis intestinis paternas facultates amiserant; progressu autem temporis, ac locupletioribus factis hominibus, is vsque ad decies sestertium auctus fuisset; nemo iam inueniri potuit, qui sponte sua senator esse vellet: sed fuere filii etiam nepotesque senatorum, qui siue re vera inopes, siue propter maiorum calamitates animis fracti, non modo non affectarent senatoriam dignitatem, sed eam quoque adscripti in senatorum numerum, eiurarent. Itaque etc. Ideoque refellit *Nostrum Jo.* MASSON *Vit. P. Ouid. Nason. ad A. V. C. 731. §. 3. p. 59.* his verbis: *Crassius adhuc errat* Siccama, *cum ex eodem Dionis loco eruit, XXviros demum A. V. C. 741. SCto ex Equitibus electos esse, cum primum ex plebe potissimum crearentur. Quasi vero Dio significaret, XXviros ab eo anno coepisse ex solis Equitibus creari. Hanc certe interpretationem confutant non modo alia, quae ex ipsomet Dione (lib. 58.) & Tacito (Annal. III, 29.) iam protulimus, sed ipsemet locus a Cl. Viro in suum praesidium aduocatus; siquidem exinde clarum est, XXviros, eo anno ex Equitibus fuisse designatos, ob hanc tantum rationem, quod tum* nemo esset, qui sponte sua Senator esse vellet. *Adeoque SCtum tunc temporis factum, non fuit perpetua lex, qua in posterum XXviri ex Equitibus essent desumendi; quemadmodum insuper innumerae demonstrant lapidum inscriptiones, quibus Xviratus stlitibus iudicandis, pars scil. XXviratus, ipso* Siccama *confitente, recensetur inter honores Consularium virorum, quos omnes ex Equitibus in senatum allectos affirmari nequit, cum & plures ex Patriciis fuerint.*

probabimus. Illud quoque ex TACITO videor obseruasse, XXviratum primum ad ceteros honores, eumque necessarium gradum ante Quaesturam, Tribunatum, aliosque minores magistratus, fuisse; ita enim scribit de Tiberio, *Annal. Lib. III.* (*cap. 29.*) *Per idem tempus Neronem e liberis Germanici, iam ingressum iuuentam, commendauit patribus, vtque munere capescendi XXviratus solueretur, & quinquennio maturius quam per leges liceret, Quaesturam peteret, non sine inrisu audientium postulauit.* Vnde colligo XXviratum, tanquam inter minores magistratus minimum, ante quaesturam fuisse gerendum, ideoque in veteribus inscriptionibus ante quaesturam ponitur Xvir, vt in hoc: SCAEVA QVAESTOR, DECEMVIR STLITIBVS IVDICANDIS, TR. PL. c) Quaesturae autem annus legitimus cum esset XXIV. exactus, vt notat LIPSIVS *ad Tacitum*, (*Excurs. D. ad libr. III. c. 29.*) & solui Neronem legibus petierit Tiberius, ne XXviratum caperet, sed quaesturam quinquennio maturius quam liceret, existimo sane XXviratus capiendi annum fuisse legitimum XX: sed existimo tantum, non affirmo. d) Vigintiviratus mentio adhuc

c) E quo monumento contra SIGONIVM, Xviratum Quaesturam excepisse, statuentem, disputauit *Io.* MASSON *Vit. Plin. ad A. V. C. 834. p. 35.*

d) Imo adfirmare potes, nec est, quod dubius haereas. Nam haec XXviratus aetas ex antiquo lapide sepulchrali colligitur, dicatus *Iulio Claro* & *Iunio Nepotiano* IVviris Viar. Curandar., quorum prior annorum XXI. alter XX. erat cum obiret. Inscriptio apud GRVTER. *P.* CCCCXXIII. *n. 4.* legitur ita:

D. M. S.
Q. IVL. CLARO. C. V IIII. VIR.
VIARVM. CVRANDARVM.
ANN. XXI.
Q. IVL. NEPOTIANO. V. C.
IIII. VIRO. VIARVM CVRANDARVM.
ANN. XX.
CALP. SABINA. FILIS.

Litteratus lapis ab *Auct.* citatus exstat apud GRVTERVM *in corp. inscr.* P. CCCLXXX. 1. 3.

adhuc Romae in veteri quodam marmore sic: L. CAESONIVS. C. F. QVIRINA. LVCILIVS. MACER. RVFIANVS. COS. FR. ARVALIS. PR. VRB. ELECT. AD. COGNOSCENDAS. VICE. CAESARIS. COGN. PROCOS. AFRIC. INTER. XXVIROS. EX SCTO.

Atque haec ita se habere, quae de Decemuiris dicta sunt, firmissimis Historicorum testimoniis probauimus; dissentit tamen clar. ICtus *Iacobus* RAEVARDVS (*Protribun. cap.* 19.) existimatque Decemuiros creatos esse circa A. V. C. CDLXVII. Q. Marcio, P. Cornelio Coss. Argumenta, quibus hoc probatum iuit, sunt: primum, quod POMPONIVS scribit *d. L.* 2. (*§.* 29. 30. *d. O. I.*) Decemuiros litibus iudicandis creatos esse, quo triumuiri capitales sunt instituti, illi vero circa eum annum, vt ex FLORI *Epitome Lib. XI.* constat: ergo etiam Decemuiri eo tempore creati sunt. Deinde ratio scribendi euincit, eos longe antiquiores esse, quam ego scripsi, quod *Xviri stlitibus iudicandis* dicantur prisco more, qui *stlocum*, *stlatum*, *stlembum*, *stlitem*, *pro locum*, *latum*, *lembum*, *litem* dicebat, vt scribit FESTVS (*v. Stlata*). Nugas agis, mi RAEVARDE, & fluctus in simpuuio excitas. Primum, quod ais, ideo videri Tibi Decemuiros A. V. C. CDLXVII. creatos esse, quod POMPONIVS dicat, eodem tempore triumuiros capitales esse institutos, qui creati sunt eo anno, id sane a me negatur: cum ex iis quae supra diximus, manifestum sit, Centumuiros post A. V. C. DXII. creatos esse, iisque praefectos Decemuiros litibus iudicandis, eamque ob caussam ante Centumuiros non fuisse, sit verisimile. Verum POMPONIVM ita interpretor, nempe, institutis Decemuiris, viarum curatoribus quatuor, ceterisque quos enumerat DIO, ex omnibus illis minimis magistratibus XXviratum institutum fuisse, omnesque vno XXviratus magistratu complexos, quod sane non improbat DIO, quem modo citauimus; cumque POMPONII aeuo

iidem quos enumerat, etiam tunc XXviratus nomine continerentur, existimasse, omnes illos minores magistratus vno eodemque tempore creatos fuisse: noua quidem interpretatione, sed quae clarissimi ICti auctoritatem, quae facile conuelli non debet, tueatur, cum etiam verbis eius & DIONIS historiae maxime conueniat. e) Quod secundo loco dicis, eam ob causam antiquiores esse, quod prisca lingua *decemuiri stlitibus iudicandis* sint appellati, pugnant sane contra te non modo vetustissima legum Romanarum fragmenta, post A. V. C DXIII. latarum, sed veterum quoque Poëtarum scripta, ENNII, PACVVII, NAEVII, ACCII, LVCILII, PLAVTI, in quibus sane non minus antiqua verba, & tunc temporis in ore totius populi Romani, vt ex legum tabulis & scriptis eorum liquet, reperiuntur, vt cuique obuia sunt. f) Vides quam paruo nisu arcem tuorum argumentorum oppugnaui, & expugnaui. Teneamus itaque Decemuiros institutos & creatos esse post Centumuiros, aut si libet cum Centumuiris, circa A. V. C. DXIII. Nunc quae de Decemuiris dicenda sunt, persequamur.

CAP.

e) Contra quem semper habet parata cornua *Noster*, *Raeuardus* adeo hallucinatus non est, vt ipse nobis imponere cupit, imo coniectura, & loci Pomponiani explicatio, ingenio huius docti viri, haud indigna. Perperam enim *Siccama* adfirmat, Decemuiros cum CViris, vel statim post ipsos, esse creatos, contrarium supra probare nisus sum, & monstrare sinistram esse *Pomponii* interpretationem, & peiorem Raeuardia.

f) Tuam fidem, mi *Sibrande! Raeuardus*, e nominis prisca scribendi ratione, noluit probare Xviros A. V. C. 467. esse institutos, sed eos ante tempora Augusti adfuisse, vt falso quidam negauerant. Haec Tua refutatio, non e veritatis amore, sed e carpendi studio, profecta est.

CAP. X.

De iudiciis Decemuiralibus, Praetoris consilio, & de munere Decemuirorum in iudicio Centumuirali.

Scribit CICERO in *Oratore (cap. 46.) Plane Duumuirorum iudicium, aut triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum stlitibus iudicandis, dico nunquam.* Quibus ex verbis apparet, Decemuiros quoque iudicia exercuisse. a) Nec illud solum, verum etiam solennibus cognitionum diebus Praetori de quacunque grauiori causa cognituro, non tanquam Adsessores, aut Consiliarii, sed iudices adfuisse, docet VLPIANVS *in L. 16. (pr.) D. de Manumiss. vindicta.* Quamobrem dicendum nobis erit, primum, quomodo Praetori in causae cognitione adfuerint, deinde quomodo, & quae iudicia ipsi exercuerint, postremo, quid potestatis & officii habuerint in iudicio centumuirali.

Praetor vrbanus praebiturus consilium, decem Senatores, totidemque equites Romanos in Consilium adhibebat. b) VLPIANVS in *fragment. (T. I. §. 13.)*

a) Quodsi Xviros iudicia quaedam habuisse, haud aliunde constaret, profecto ex his TVLLII verbis probari non posset. Decepit *Nostrum* vox: iudicium, ipsiue eadem oppono, quae cuidam Viro docto reposuit G. NOODT *de Iurisd. Lib. I. c. 12. Non enim,* inquiens, *id agit Cicero vt aut Duumuirum aut Triumuirum capitalium, aut Decemuirum litibus iudicandis, faciat iudicium proprium & separatum, aut vt de illorum iurisdictione disputet; sed vt ostendat, vsum latini sermonis, quo placuit, Duumuirûm dici pro Duumuirorum, Triumuirum pro Triumuirorûm, Decemuirûm pro Decemuirorum.*

b) Quam *h. c.* adstruere nititur opinionem *Siccama*, V. illos Senatores & V. Equites, in consilium a Praetore e L. Aelia Sentia adhibendos, cum dominus XX annis minor seruum manumitteret, ipsos fuisse Decemuiros stlit. iudic., pro-

ff. 13.) In consilium adhibentur Romae quinque Senatores, & quinque equites Romani. THEOPHILVS (*παραφρας.*

proposuerunt etiam NOODT *de Iurisd. I*, 17. *A.* SCHVLTING ad *fragm. Vlpian. Tit. 1.* §. 3. multique alii. Dudum vero C. BRETTVS *de ord. perant. iud. cap. 9. & 14.* hanc coniecturam leuem pronunciauit, & a similitudine numerorum ductam, tantumque abest, vt hoc iudicium spernendum esse putem, vt potius verum esse mihi persuadeam. Interim *Noster* huic ὑποθεσῃ totum suae doctrinae superstruxit aedificium, & inprimis intra diuersas res adeo commiscuit, vt explicatu sit pene difficilis. Igitur monstrabo: Xviros stlit. iudic., ab istis decem e L. Aelia Sentia adhibendis a Praetore viris, diuersos fuisse, neque perpetuum constituisse Praetoris consilium. Ordinarium Praetoris consilium confecerunt Assessores, de quibus *cap. II. not. d.* quaedam dixi, quorum ope in cognitionibus vtebatur; verum aderant quaedam causae, in quibus horum auctoritas atque prudentia sufficere haud videbatur, appositique Praetori erant alii, quorum opinionem & iudicium tunc ipsum oportebat audire & sequi. Sic v. c. in L. Atilia cautum erat, vt tribuni plebis adessent, quando a Praetore dandus in Vrbe tutor, notante Imp. *pr. I. de Atilian Tutor.* Simile constituit L. Aelia Sentia. Constat enim hanc legem prohibuisse, quo minus domini, viginti anni minores, seruos suos pro lubitu manumitterent, ipsisque hanc facultatem non, nisi causa cognita pro tribunali, concessisse; ad istam cognitionem perficiendam Romae Praetor, & decem e Senatoribus & Equitibus electi, potestatem nacti sunt, dicunturque simul sumti, in hac manumissionis specie, *consilium*; & quoniam causas manumissionis cognoscere, &, an manumittendi facultas danda, iudicare debuerunt, ab VLPIANO & Imp. ANTONINO, *loc. ab A. laud.* nominantur *iudices.* Aliud e *LL. ab A. add.* deduci nequit, omnes enim de hac manumissione loquuntur: nihilo tamen minus hos decem a Praetore adhibitos viros, eosdem fuisse cum Xviris stl. iud. non solum, sed vbiuis etiam a Praetore in consilium fuisse vocandos, sibi persuasit *Noster.* Posterius iam ea propter non est admittendum, quod, vt ipse docuit supra, & e *L. 1. D. de Off. Asses.* palam est, eum in finem aderant Assessores s. Consiliarii: forsan autem hi fuerunt iidem Xviri? Omnium minime; nam Assessorum officio functi sunt Iuris periti, ideoque libertinae conditionis homines poterant Assessores esse *L. 2. D. de Off. Assef.* cuius tamen gene

φρας. §. 4.) *Institut. Quib. ex caus. manumit. Habebatur & Romae consilium, aliquo die conuentus Praetore*

F 3

pro

generis homines ad Xviratum admissos esse, opinabitur nemo, cf. *Io.* HOPP. d. *de Iudic. p.* [illegible]23. & *v.* LEVWEN *d. II. de Iur. studios. c. 1.* Ita enim VLPIANVS, se Praetori in consilio adfuisse *L. 3.* §. *9. D. quod met. caus.* referens, Xvir stlit. iud. esse debuisset, quod probari nequit: euanescit ergo haec fictio. Restat prius, Xviros stl. iud. fuisse eosdem cum decem e L. Aelia Sentia adhibendis: hoc nullo probatur argumento; enimuero THEOPHIL. παραφρ. *§. 4. I. Quib. ex caus. manum.* id notare haud omisisset, quoniam statim subiungit, quod XXviri in prouinciis a Praesidibus adhibendi, non alii fuerint quam recuperatores; de consilio vero Romae habito, haec tantum habet: *Consilium est consessus certorum virorum statis anni diebus coeuntium. — — Habebatur & Romae consilium die aliquo Conuentus Praetore pro tribunale sedente, & assidentibus ei V Senatoribus et V Equitibus Romanis.* Vides quam caute mentem expresserit Antecessor, & animaduertendum consilii vocem, in sensu eminentiori semper hoc consilium e L. Aelia Sentia, designare. Sin vero putes *Theophilum* non distinxisse hos viros a Xviris, quia fuerint iidem, remque ideo omnem praetermisisse; petis quod est in principio. Nullum porro apud alios ICtos deprehendimus vestigium, e quo *Siccamae* opinio leuiter tantum posset monstrari; silent potius vbique de consilio, & eius duntaxat mentionem faciunt, quod e L. Aelia Sentia venit. Tandem non perspicio, quamobrem, & in ipsa lege, & apud scriptores, non statim Xviri stl. iud. fuissent nominati, sed tam accurate potius V. Senatores totitemque Equites; quam rationem in eligendis Xviris seruatam esse, partim haud probabitur, partim eo minus ab *A.* poterit concedi, quia *cap. antec.* dixerat, Xviros stl. iud. omnes ex Equestri ordine ab Augusto lectos esse. Quae cum ita sint, magis inclinat animus statuendi, decem Praetoris e L. Aelia consilium constituentes, discretos fuisse a Xviris stl. iudic.; Nam si quis existimaret, Xviros duplicem personam habuisse moralem, nec tamquam Xviros adfuisse in ista manumissione, quam potius tamquam decem e lege constitutos consiliarios, ei obsisterent omnia, quae producta a me paulo antea; quibus addi potest, Augustum, cum L. Aelia Sentia manumittendi licentiam reprimere intenderit, & ne ciuitas libertinorum turba inquinaretur, prospicere voluerit, quam veram h. legis rationem, contra *B.* BRANCHV, monstrauit

pro tribunali sedente, & assidentibus ei quinque Senatoribus, & quinque equitibus Romanis. Qui sane senatores equitesque dicebantur non adsessores, non consiliarii, sed iudices. VLPIANVS *L. 16. (pr.) D. de Manumiss. vind. Illud in causis probandis meminisse iudices oportet, vt non ex luxuria, sed ex affectu descendentes causas probent.* Et Imp. ANTONINVS *in L. 1. C. de vind. & apud Cons. manumiss. Eorum qui apud consilium manumittuntur, post causam a iudicibus probatam, non solet status in dubium reuocari, si dicantur falsa demonstratione liberati.* Illud quoque addendum est, iudices illos non repentinos, sed certos & continuos fuisse, quod ex eo probatur, quod iidem fuerint, cum XX recuperatoribus, qui Praesidi in prouinciis in consilio aderant. Illi vero continui erant, quod indicat CICERONIS locus in *Verrina Secunda* (*cap. 29.*) *In consilio habebat homines honestos, e conuentu Syracusano, qui Sacerdotis quoque in consilio fuerant.* IDEM paullo post: *Illud negare posses, aut nunc negabis, te consilio tuo dimisso, viris primariis, qui in consilio C. Sacerdotis fuerant, tibique esse solebant, remotis, de re iudicata iudi-*

uit b. GEBAVER *Exc. III. ad Inst.* §. *3. seq.*, eam ob rationem Senatores & Equites adiecisse Praetori cognoscenti, vt illi, suorum ordinum memores, curatiores inquirerent causas, attenderentque, ne Magistratus contra legem admitteret quicquam. Tandem si quis pro *Siccamae* sententia argumentum peteret ab eo, quod in prouinciis Praesides cum Recuperatoribus, quorum iudicio & in aliis litibus iudicandis vterentur, manumissionum causas iudicassent; opponerem ei, in prouinciis ad ciuium romanorum penuriam spectatum esse, ob quam vnus varia in iis administrauit officia, quae Romae separata, & a pluribus gesta; vt ecce, Praeses iurisdictionem & imperium merum habuit, recuperatores iudices fuerunt in priuatis causis, pariter ac in criminibus, etc. ideoque Recuperatores consilium iudicum Praesidis conficientes, finito conuentu etiam de causis manumissionum iudicarunt.

iudicasse. c) Quamobrem tantae quoque fuere auctoritatis, vt, cum ei, cui mandata est iurisdictio a

 Prae-

c) Recuperatorum duo sunt genera, vnum in prouinciis solum deprehenditur, de quo hic; alterum & Romae & in prouinciis, quod praetermisit *A.*; de quo iam pauca monere licebit, vt omnes iudicum priuatorum ordines habeamus. Huius generis recuperatores constituunt iudicum pedaneorum speciem, dabanturque cum de possessione lis orta; inde PLAVTVS *Rudent. Act. V. Sc. 1. v. 1. seq.*

Quis me est mortalium miserior, qui viuit alter hodie,
Quem ad Recuperatores modo damnauit Pleusidippus;
Abiudicata a me modo est Palaestra. Perditus sum.

Iudicabant etiam causas pecuniarias, sic idem PLAVTVS *Bachid. Act. II. Sc. 3. v. 36. seq.*

Postquam quidem Praetor Recuperatores dedit
Damnatus demum vi coactus reddidit
Ducentos, & mille Philippum.

indeque aestimatio iniuriarum spectabat ad eos. GELL. *N. A. Lib. XX. c. 1.* Datos hos iudices eundem in finem a Praesidibus prouinciarum, liquebit e CICERON. *Diuin. in Caecil. c. 17.* & *in Verr. V. c. 30.* quae loca simul probant, eos cum formula datos esse: quia vero plures nominari solent, dudum existimarunt Viri docti, semper plures recuperatores simul esse datos, quod admitti potest eatenus, quatenus definire nolimus an tres, quatuor etc. fuerint. Sed ad alterum genus, in prouinciis duntaxat constitutum, veniamus. Viginti recuperatores erant ei, qui cum Praesidibus Prouinciarum, in conuentibus causas grauiores cognoscebant, & sententiis finiebant; constituebant ergo simul sumti, simile iudicum consilium & iudicium, vt CViri Romae, & apud illos eaedem tractabantur causae, quas in Vrbe cognoscebant CViri, v. c. liberales v. SVETON. *Vespas. c. 3.* ibiq. ERNESTI. THEOPH. *ad §. 4. J. quib. ex caus. man.* Conuentus autem verbum vario significatu obuenit, notat enim recte GRONOV. *Obseru. Lib. III. Cap. 22. p. 483.* & tempus, & rem, quae agitur, & locum, & turbam loci significare; proprie tamen sub eo intelligimus, vrbem prouincialem in qua Praeses pro tribunali reddebat iura, occurrentibus eo ad edictam diem, qui in circumiectis locis & horum alicui attributis lites habebant. Nam in quauis prouincia

Praetore vrbano, vel Praeside Prouinciae, adsessores & amicos in consilium adhibere licuerit. *L. 3. & 5. D. de Adsessoribus*, tamen consilium exercere, id est, decemuiros illos conuocare non liceret, VLPIANVS *in L. 2. (pr.) D. de Offic. eius cui mand. iurisd. Mandata iurisdictione a Praeside, consilium non potest exercere is, cui mandatur.* d) Itaque cum tantae fuerint dignitatis iudices, nec alio nomine apud ICtos appellentur, credibile est eosdem fuisse cum Decemuiris litibus iudicandis, eaque appellatione fuisse ornatos praecipui honoris & praetorii iudicii gratia, quemadmodum XX illi, qui a Praeside in consilium vocabantur, honoris gratia *peregrini recuperatores* dicti sunt. Atque ita sentit de Decemuiris *Iacobus* RAEVARDVS *Protribunal. cap. XVIII.*

De iudiciis vero Decemuirorum si dicendum sit, credibile est, illos non modo a Praetore, in consilium vocatos, verum etiam propria quasi iurisdictione iudicasse. POMPONIVS enim *in L. 2. §. 29. D. de O. J.* eos magistratus esse adfirmat hisce verbis: *Deinde cum necessarius esset magistratus, qui hastae praeessent, decemuiri litibus iudicandis sunt constituti:* quod confirmat CICERO in *Oratore (c. 46.) Plane duumuirorum iudicium, aut triumuirorum capitalium, aut decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam.* Duumuiri magistratus erant, & de crimine perduellionis specialiter iudicabant. DIO in *consul. Ciceronis Lib. XXXVII. (pag. 128. seq.* Ed. Reimar.) *Tu-*

cia certa fuisse oppida, ad agendum conuentum designata, docuerunt GRONOVIVS *l. c.* & C. SIGONIVS *de antiquo iur. prou.* Quoad recuperatores peregrinos autem, certos fuisse eos & continuos, vt putat *Noster*, difficile creditu, facultas potius, tales e ciuibus eligendi, Praesidibus relicta esse videtur, qua in re tamen haud temere instituta a tecessorum mutarunt; *Cicero* Verrem reprehendit tantum ideo, quoniam e cohorte sua consilium sibi fecerat *Verr. II. c. 11.*

d) De hac Lege disputabimus infra *Lib. II. Cap. 1. not. e.*

Tulit T. Labienus tribunus plebis, vt duumuiri crearentur, qui Rabirium perduellionem iudicarent, quod Saturninum tribunum pl. in tumultu ciuitatis occiderat. e) CICERO *pro Rabirio (cap. 4.)* & LIVIVS *Lib. I. (cap. 26.)* Triumuiri capitales magiſtratus erant, & de ſeruorum, infimaeque plebis criminibus iudicabant, propria iuriſdictione ad columnam Meniam conſidentes, VALERIVS MAXIMVS *Lib. VIII. cap. 4. (ex. 2.) Contra Fannii ſeruus Alexander, cum in hanc ſuſpicionem C. Flauii equitis Romani occiſi veniſſet, ſepties tortus, pernegauit, ei ſe culpae affinem fuiſſe, ſed perinde atque confeſſus, & a iudicibus damnatus, & a L. Calphurnio triumuiro in crucem actus eſt.* f) Itaque & De-

e) Mentem potius, quam verba DIONIS retulit *Siccama:* licebit ergo ea huc adſcribere: *Titus autem Labienus, Rabirium propter caedem in ius vocans, plurimum Romae tumultus excitauit — — Factiones turbulentae contentionesque vtriusque partis* (ſc. Senatus & Tribunorum pl.) *exſtitere de iudicio: quum alteri, ne fieret; alteri, vt fieret, inſtarent. Vbi tandem ea pars quae iudicari rem volebat potiſſimum per Caeſarem, aliosque nonnullos, obtinuit, rurſus de iudicio conuentum eſt. Erat autem ipſe C. Caeſar cum L. Caeſare iudex, neque leui crimine, ſed perduellionis Rabirius arceſſebatur. Ipſum condemnauerunt iudices, quamuis non a populo, vt quidem mores maiorum ferebant, ſed a praetore, ſecus quam par erat, conſtituti.* etc.

f) De Triumuiris capitalibus locus claſſicus POMPON. *L. 2. §. 30. D. de O. J.* ad quem cf. *G. A.* RVPERT. in *Animadu. ad Enchirid. Pomp. Lib. II. c. 16. Valerii* locus ab *A.* adductus, haud probabit eorum cognitionem de criminibus infimae ſortis hominum, vt ſeruorum, lenonum, coquorum, etc. ſubiiciam ergo PLAVTVM in *Aſinar. Act. I. Sc. 2. v. 5.*

Ibo ego ad Tresuiros, voſtraque ibi nomina
Faxo erunt capitis.

& in *Aulular. Act. III. Sc. 2. v. 2.*

— — — *Quid ſtolide clamas?*
EV. *Quia ad Tresuiros iam ego deferam tuum nomen.* C. *Quamobrem?*
EV. *Quia cultrum habes.* C. *coquum decet.* EV. *Quid cominatus es?*

Huc

Decemuiros litibus iudicandis, cum magiſtratus fuerint, etiam propria quaſi iurisdictione iudicaſſe, certo mihi perſuadeo. g)

Ve-

Huc mihi quoque pertinere videtur CICERONIS locus *Or. pro A. Cluent. c. 13. Aſinius cum vnum iam atque alterum diem deſideraretur, neque in iis locis vbi ex conſuetudine quaerebatur, inueniretur, & Oppianicus in foro Larinatium dictitaret, nuper ſe & ſuos amicos teſtamentum eius obſignaſſe, liberti Aſinii, & nonnulli amici, quod eo die, quo poſtremum Aſinius viſus erat, Auilium cum eo fuiſſe, & a multis viſum eſſe conſtabat, in eum inuadunt, & hominem ante pedes Qu. Manilii, qui tum erat Triumuir, conſtituunt. Atque ille continuo nullo teſte, nullo indice, recentis maleficii conſcientia perterritus, omnia exponit, Aſiniumque ab ſe conſilio Oppianici interfectum fatetur.* Erat autem Auilius Lauinias perditae nequitiae homo, & ſumma egeſtate premebatur. Ad columnam Meniam vero iudicaſſe Triumuiros optime liquet ex his *Ciceronis* verbis *d. l. Manilius ex petulanti atque improbo ſcurra, in diſcordiis ciuitatis ad eam* c o l u m n a m, *ad quam multorum ſaepe conuitiis perductus erat, cum ſuffragio populi peruenerat.* Talem Triumuirum ſe fuiſſe fatetur OVIDIVS *Triſt. Lib. IV. El. 10. v. 33. ſ.*

Coepimus & tenerae primos aetatis honores;
Eque viris quondam pars tribus vna fui.

vid *Io.* MASSON *vit. P. Ouid. Naſ. ad A. V. C.* 731.

g) Ne vero nobis falſi quid perſuadeas, interdicam! Cauſas iudicare, h. e. cognoſcere, deque iis notionem habere, immane quantum differat a iurisdictione, magiſtratibus ſolis competente *L. 5. D. de Re Iud. L. 57. Eod. L. 5. D. de Verb. Obl.* atqui prius in Xviris tantum inuenimus, iudicesque adeo fuerunt quidem, ſed iurisdictionem habuerunt nullam. Veterum enim nemo, quantum ſcio, tribuit his viris iurisdictionem, argumentaque *Auct.*, ipſorum cognitioni & iudicio cauſas aliquas relictas fuiſſe, modo probant. Manet ergo, quod ſupra dictum, Xviros a Praetore Vrbano, tanquam iudices adhibitos ſub rep., in iis cauſis, in quibus ipſorum iudicio erat alligatus; proinde exercebat is iurisdictionem & praeerat Xviris, hi vero iudicium habebant & concipiebant ſententiam. Iam vero diſquirendum, quaenam fuerint illae cauſae? Profecto tam diuerſae heic ſunt Eruditorum opiniones, vt neſciamus, vbi ſiſtere detur; iuuabit aliquas excitare.

RAE-

Verum quibus de caussis & controuersiis? Hic mihi aqua haeret, nec tabula in manibus est, qua suffra-

RAEVARDVS *Protrib. c. 19.*, motus auctoritate Pomponii, dicentis, hastae praefuisse Xviros, *quid hoc aliud est*, ait, *quam eorum quae hasta posita pro tribunali ab Vrb. praetore decernebantur Xviros praetori sententiis suis auctores fieri consueuisse — — videlicet quod iis rebus omnibus quae in diem cognitionum differebantur expediendis, sine consilio sine Xvirorum subsidio solus Praetor non sufficeret.* Certum igitur caussarum genus Vir doctus ipsorum cognitioni haud subiecit, qua in re conuenit cum eo *Fr.* HOTMAN. *de Magistr. R.* v. *Xviri.* Sed in alia omnia abit SIGON. *de Iud. I, 28. itaque licet suspicari quae apud ICtos praeiudicia in caussis priuatis dicuntur ea Xvirorum fuisse, iudicia inde subsecuta CVirorum.* Huic vero se inter alios opposuit G. NOODT *de Iurisdict. Lib. I. c. 12.* quem secuti GRAEVIVS *in Praef. T. II. Th. Ant. pag. si num. 29. Io.* HOPP. *d. de iudic. c. 1.* GEBAVER *de Iurisd. Cap. I. §. 10.* multique alii. Placuisse videtur acutissimo *Noodtio*, *Raeuardi* sententia, etenim ipsius fere verbis scripsit, *constitutos fuisse Xviros, ut eorum quae pro tribunali fierent rectores & adiutores essent.* Atque haec opinio, mihi suffragium dare si licet, amplectenda videtur omnino, modo non putemus, Xviros in cognitionibus Praetori adfuisse, quod arbitratus est *Raeuardus.* Suspicabar olim ipse, certum fuisse decemuiralium litium genus, inprimis quoniam in marmore apud GRVTER. p. CCCLX. earum mentionem factam reperiebam. En ipsius verba, quantum huc spectant!

P. AQVIVS. SCAEVAE. ET. FLAVIAE.
FILIVS.
CONSI. ET. DIDIAE.
NEPOS.
* * *
SCAVRA
QVAESTOR. DECEMVIRATIVM.
LITIVM. IVDICANDARVM.
TRIB. PLEB. AEDIL. CVRVL.

Sed, praeterquam quod affirmari nequeat, hanc inscriptionem libera republ. factam esse, tantam quoque vim non habet, vt a NOODTII opinione discedamus, & re quaesita deliberataque, Xvirorum iudicia, non qualitate, sed grauitate, se, ab aliis distinxisse, arbitror. Decemuirorum nomen & origo,

suffragium feram. Manifestum quidem est ex CICERONE, de libertate eos iudicasse, ex eius *Oratione pro Caecinna* (*c. 33.*) his verbis: *Cum Arretinae mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem iniecisset, non posse sacramentum nostrum iustum iudicari, quod Aretinis ademta ciuitas esset; & ego contendissem, ciuitatem adimi non potuisse; Decemuiri prima actione non iudicarunt; postea, re quaesita & deliberata, sacramentum nostrum iustum iudicauerunt.* IDEM *pro domo sua* (*c. 29.*) *Si Decemuiri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent, tamen quotiescunque vellet quis, hoc in genere solo, rem iudicatam referre posse voluerunt.* Et PAVLVS *L. 32. §. 7. D. de recept qui arb. De liberali causa compromisso facto, recte non compelletur arbiter sententiam dicere; quia fauor libertatis est, vt maiores iudices habere debeat.* Maiores autem iudices procul dubio Decemuiri litibus iudicandis sunt. Verum de sola libertate? Nemo hactenus fuit ex ordine antiquario, qui hunc nodum secuit. Itaque si quis me sententiam roget, Ego Decemuiros litibus iudicandis, de caussis praeiudicialibus iudicasse CENSEO, id est, cum de statu & conditione ciuis Romani quaerebatur, veluti, vtrum aliquis liber sit, an seruus; libertus, an ingenuus; filius, an non filius; vtrum aliqua praegnans sit ex viro, an non; vxor illius fuerit, an non fuerit, & similibus: idque rationibus & argumentis me defendere.

origo, hoc credere suadent, quibus accedit, nos, easdem causas apud Xviros & apud CViros actas esse, reperire: Creati simul sunt hi iudices ad subleuandum Praetorem in negotiosa prouincia vrbana, nominatique sunt indefinito nomine: Decemuiri litibus iudicandis, quod factum non esset, si certum litium causarumue genus iudicassent. Decemuirales causas priuatas fuisse omnes, vix monendum, num vero praeiudiciales, num alius indolis, definiri nequit: id vnicum constat, liberalia iudicia apud eos acta, quae quia CICERO *de Orat. I, 38.* numerauit ad CViralia, quid inde, nisi easdem causas & Xviros & CViros iudicare potuisse?

dere posse arbitror. *h)* Primum, quemadmodum Centumuiri non de simplicis facti, sed intricati iuris con-

h) Coniecturae, tam modeste a *Siccama* propositae, lubenter ego subscripturus essem, si rationibus, quibus est vsus, tanta inesset vis, quantam tribuit ipsis: ad quarum contemplationem prius quam descendo, videnda, quae monuit *Io.* HOPP. d. *de iudicib. c. 1. p. 520.* qui *Nostrum* de industria refutare conatus est. Primum locis Ciceronianis *Siccamam* abusum esse praetendit aduersarius, & deinde, sub *iudice maiore* a ICto PAVLO *L. 32. §. 7. D. de rec. qui Arbitr.* memorato, pedaneum iudicem intelligendum esse, suspicatur, propterea, quod liberales causae fuerint ordinarii iuris, RAEVARDO *Var. III, 29.* & NOODTIO *de Iridict. Lib. I. c. 9.* hunc in finem testimonio denunciato. Sed, quod ad *posterius* attinet, PAVLVM sub iudice maiori, quem arbitro compromissario opposuit, quemcumque iudicem, atque adeo Xviros CVirosque, complecti potuisse, palam est, quam ob rem *Siccama* tanto non hallucinatus opere, iudices maiores per Xviros explicans: Verum enim vero longe probabilius, ICtum neque Hoppianos iudices pedaneos, neque Siccamae Xviros in mente habuisse, sed sub iudicis maioris elogio, ipsum magistratum, Consulem puta, aut Praesidem prouinciae comprehendisse. Nam saepius in libris nostris magistratus sub iudicis nomine venire, monstrarunt *Lud.* CHARONDAS πιθαν. *Lib. 1. cap. 3.* & occasione *L. 5. pr. D. de agnosc. & alend. lib. Henr.* BRENKMANN d. *de LL. inscript.* §. 14. & G. NOODT in *Iul. Paul. c. 3.* Quoad *prius* vero, perperam *Hoppius* opposuit *Nostro*, in loco TVLLII *pro Caecin. c. 33. de libertate Xviros iudicasse*, *quoniam illa quaestio coniuncta fuisset cum quaestione, possetne Aretinis ciuitas libertasue quae eorum erat Syllana lege adimi?* hoc ipsum NOODTIVM *de Iurd. L. I. c. 9.* adfirmasse miror. Enimuero quaestio primaria non versata in eo est, num Aretinis ciuitas adimi posset, sed an Aretina mulier esset libera, nec ne? vti ex Oratoris verbis abunde patet, solideque monstrauit *Herman.* NOORDKERK *de L. Petronia. Cap. II.* §. 11. *p. 50.* (Amstel. 1731.) Nam mulierculae assertor Cicero, aduersarium Cottam sacramento prouocauerat, Cotta vero Xviris scrupulum iniecerat, quod Aretinis ciuitas esset ademta, hoc igitur vt iudicantibus eximeret Tullius, ciuitatem adimi posse negauit, quapropter, secunda actione sacramento iusto iudicato, liberalis causa, quam haec incidens quaestio sustinuerat, prosecuta est. In leues ergo auras abit *Hoppii* du-

controuerſiis hereditariis, tanquam maiores iudices iudicabant, ita Decemuiros litibus iudicandis, de praeiudicialibus cauſis, quae in iuris diſputatione verſabantur, iudicaſſe, veriſimile eſt. i) Deinde, praeiudicia aperte ab actionibus priuatis diſtinguuntur, in *L. 35. ſ. 2. D. de Procurat.* Quodſi praeiudicium non ſit priuata actio, publica eſt; quodſi publica, non

dubitatio, certumque manet Xviros de libertate cognouiſſe, quod etiam alter CICERONIS locus *Or. pro Dom. c. 29.* docet, cuius auctoritate *Siccama* monſtrare cupit, Xviros liberalium cauſarum iudices fuiſſe, non vero, quod ipſi adfingit *Hoppius*, an de facto, an de iure ſimul cognouerint. Quo denique pacto *Noſtrum* ad eorum releget coetum aduerſarius, qui cauſas liberales ordinarii iuris fuiſſe negant, haud perſpicio; tantum enim abeſt, vt hoc e verbis *Siccamae* eruatur, vt, ipſum in alia omnia iuiſſe, exinde fiat manifeſtum, quia, ſuſtinendo apud Xviros huiusmodi iudicia eſſe peracta, iudices admittit, liberalesque igitur cauſas ordinarii iuris efficit. Sic contra *Hoppium* tueri *Noſtrum* atque defendere haud difficile, etenim argumenta non attigit. Neque tamen in *Siccamae* ſententiam deſcendere ſuadeo, ſed, cum ſupra, mihi rationes ſatis haud feciſſe, dixerim, age videamus, quid inſit iis vitii.

i) Hanc quo minus admittam comparationem, impedit CIC. *de Orat. I, 38.* inter CVirales cauſas referens controuerſias *agnationum*, *gentilitatum*, *& an peregrinus*, *ſeruus*, *an liber quisquam ſit;* quod, Xviri ſi ſoli de his cauſis fuiſſent iudices competentes, nullo modo profiteri potuiſſet. Equidem ſcio, *Noſtrum* infra *Lib. II. Cap. 5.*, CViros de aliis quam hereditariis cauſis cognouiſſe, negare, at, praeterquam id probari nequeat, de Caeſarum temporibus duntaxat adfirmauit illud, atque adeo de libera rep. id eo minus ſuſtinere poſſet, quo certius CViros de aliis, quam hereditariis cauſis, iudicaſſe. Sic cadit argumentum, inſuperque quodammodo contradictionem inuoluens: quid enim? ſupra dixerat *A.* Xviros Praetoris perpetuum conſtituiſſe conſilium, & ab eo, vt infra *Lib. II, Cap. 1.* plenius adſtruere cupit, vbiuis adhibitos eſſe, & iam nihilominus Xvirorum iudicia ad cauſas praeiudiciales reſtringit. Quatenus igitur paulo antea Xviros in omnibus priuatis admiſi cauſis, eatenus adfirmari poteſt, hanc iudicum ſpeciem praeiudicia tractaſſe.

non a priuatis iudicibus disceptari potuit, sed a maioribus iudicibus, quales Decemuiri erant. k) Postremo, scribit PAPINIANVS in *L. 2. (§. 1.) D. Ne de stat. defunct.* libertatem, publicam tutelam mereri. Quodsi libertas, cur etiam non cetera praeiudicia? cum etiam tam in iis, quam in caussa libertatis de statu ciuium quaeratur. Quod si ita sit, quis non videat Decemuiros publicos iudices & magistratus, de praeiudiciis publicam tutelam meren-

k) En lepidam argumentandi rationem! Sed audiamus VLPIANI verba cit. L. sunt e Lib. IX. ad Edict. *Non solum autem si actio postuletur a procuratore, sed & praeiudicium & interdictum; vel si stipulatione legatorum vel damni infecti velit caueri, debebit absentem defendere in competenti tribunali & eadem prouincia.* Oedipo sane non opus est perspicere, ICtum procuratoris officia hic descripsisse, & ab illo exegisse, vt negotiorum dominum defenderet, & id, quod dominus in litem facturus esset, faceret, & idonee caueret. Ne vero dubium relinqueret, per partes iuit *Vlpianus*, separauitque actionem a praeiudicio & interdicto; vtrumque alias actionis nomen generale continere, docet *L. 37. pr. D. de Obl. & Act.* cum actio quoduis remedium denotat, vt occas. *cit. L. 35.* bene monstrauit *Gu.* PAVW *Var. iur. ciu. cap. C. 1. p. 11. s.* (Hal. 1737.) Praecepit igitur ICtus, procuratorem non solum in negotio i. actione principali, dominum defendere oportere, sed etiam si interdicto esset opus, aut praeiudicium, ex opposita exceptione natum, ante caussam principalem disquirendum, domini partes vt sustineat, ab eo posse exigi. Proinde sub praeiudicio haud intelligenda est caussa liberalis, vt putauit *Siccama*, sed tale praeiudicium, quod auctore QVINCTILIANO *Inst. Or. Lib. V. c. 2.* est *iudicium ad ipsam caussam pertinens*, & ante negotium principale expendendum: Fallitur ergo *Noster*, quando praeiudicium nominat actionem publicam; quid enim? nonne talis eadem ratione foret interdictum? perperam infert praeiudicium a maioribus iudicibus tractandum, hosque Xviros esse: fac enim praeiudicium publicam caussam esse, quid inde, nisi priuatos iudices, quales tamen Xviri, competentes fuisse numquam? Totus igitur locus *Vlpiani* inuita Themide huc est relatus, totumque argumentum *Siccamae* ingenio indignum.

rentibus, iudicasse? Si tamen cui contra sentire libeat, licet. *l*)

Nunc

l) Rursus iuuabit ipsum *Aemilium* PAPINIANUM audire; scripsit ille Lib. XIV. Responsor. *Nec in ea re* (videlicet libertatis quaestione facienda) *quae publicam tutelam meruit, pupillis agentibus restitutionis auxilium tribuendum est, quod quinque annorum tempus, cum tutores non haberent excesserit.* Quaestio, cui satisfecit ICtus, forsan haec est: num pupillus destitutus antea tutore, quinquennio, quod ad libertatis quaestionem praefinitum, elapso, quaestionem status ad retrahendam libertatem facere, & contra lapsum fatalis propterea restitutionem possit impetrare, quoniam tutore caruit antea? Hoc negauit AEMILIVS: Licet enim, agere non valenti, qualis erat pupillus tutore destitutus, praescriptionem non currere, videri posset; tamen, ob insignem libertatis fauorem, & quoniam per D. Marci Orationem quinquennium absolute positum, nihil proponi, quare beneficium restitutionis tribuendum, putauit. Libertatem enim publicam meruisse tutelam, ait, hoc est, causam libertatis tanto munitam esse fauore, vt omne studium adhibendum sit, ne sub aliqua specie dirimatur, cum & ipsos Imperatores fautores tutoresque inuenerit. Sic nominauit MARCIANVS *L. 53. D. de fideicom. lib.* libertatem *publicam rem*, non aliam ob causam nisi propter summum quem nacta fauorem, vt perspexit optimus Papiniani interpres I. CVIACIVS *Recitat. ad Papin. ad L. 2. D. ne de stat. def.* & fere simili vtitur loquendi forma VLPIANVS *L. 1. pr. D. de minor.* tutelam minorum *publicam rem* denominans; ob quem fauorem in causis liberalibus saepe de iure stricto deflectitur v. *L. 122. D. de R. J. L. 20. D. eod. L. 24. D. de Manum L. 16. D. de man. testam. Fr. de* AMAYA *Obseru. Lib. III. cap. 7.* Haec elegantissima decisio summo PAPINIANI ingenio haud indigna, & de ea profitendum, quod aliquando scripsit CVIACIVS *ad L. 43. D. de Religios. semper tractat Papinianus singulare aliquid, & quod videtur pugnare cum regulis.* At enim *Siccama* ICti mentem plane non percepit, ideoque primo frustra praetendit; reliquis praeiudiciis eandem tutelam tribuendam esse ideo, quoniam in iis de statu quaeritur: Etenim responsum *Aemilii*, ad casum singularem editum, succinctim explicandum, nec ad alias species trahendum, v. *Ev.* OTTO *Papinian. Cap. XII. §. 1. 2.* ibique laudat., deinde, priori non attento, perperam a libertatis quaestione ad alias status quaestiones concluderetur,

quum,

Nunc quid muneris in Centumuirali iudicio Decemuiri obierint, explicabo, quod diuinare, quam asserere facilius est: tamen cum SIGONIVS in libro *de priuatis iudiciis cap.* 28. existimet, Decemuiros in Centumuirali iudicio praestitisse, quod iudex quaestionis in publicis, dicam ego quae sentio. Itaque lite ordinata, & actione subscripta, Praetor vrbanus Decemuirorum magistro (erat enim magister Decemuirorum inter eos primae auctoritatis, quod ex hac veteri inscriptione manifestum est. C. FABIVS. RVMINALIS. MAG. XVIRVM.) diem denunciabat, quo Centumuirale iudicium esset exercendum, ille collegas conuocabat, hastas promebat. Considente Praetore cum Centumuiris, illi singulis tribunalibus adsidebant, capita conferre iubebant, suffragia colligebant, testes cum iudicibus audiebant, omnia denique peragebant, quae in iudicio Centumuirali erant peragenda, Centumuiris oratoribus aures praebentibus. m)

CAP. XI.

quum, vt neminem fugit et *Papinianus h. l.* diserte profitetur, summo fauore libertas sit munita. Et tandem qua ratione sequitur, meruit libertas publicam tutelam, ergo publicos iudices habuit, hique fuerunt Decemuiri? Rursus abusus *Siccama* aliqua lege huc plane non spectante.

m) Ad quae prouocauit *A.* verba SIGONII, ita iacent: *Non tamen ipsi* (sc. Praetores) *iudiciis CViralibus praefuere, credo muneribus aliis occupati: verum ea Xviris stl. iud. attribuere, quos supra scripsi e consilio Praetoris exstitisse. Hi vero CViros non solum sortiti sunt, sed etiam coëgerunt atque eis praefuerunt, & litigatores citarunt, & omnino hasta posita totum iudicium pro suo arbitrio moderati sunt*, add. EVND. *de Iud. II*, 5. Sed primo vehementer errat, dum negat Praetorem CViris praefuisse, ideoque a GRAEVIO *Praef. T. II. Th. Ant. p.* 29. merito notatus, rem ipsam explicuit *Noster c. XII.* Deinde *Sigonio* haud accedendum puto, censenti, Xviros leuiora in CVirali iudicio subiisse munera, & v. c. citasse litigantes, nam tale spectabat ad praeconem & accensum, probabilius ergo illos adfuisse ad iudices cogendos & instruendos, vt Patronorum intelligerent

CAP. XI.

De Quaestoribus qui cogebant Centumuiros.

Origo quaestoribus creandis, ait *L. vnica D. de Quaest. antiquissima est, & paene ante omnes magistratus.* Et quemadmodum dubium est, an, & quando Quaestores sub regum imperio fuerint, ita ex LIVIO manifestum est, a) Consulum imperio primos quaestores esse creatos, A. V. C. CCXLIV. L. Iunio Bruto, P. Valerio Poplicola Coss. PLVTARCHVS in *Poplicola: Concessit autem populo, vt quaestores duos creare posset, creatique sunt primi P. Veturius, M. Minutius.* ZONARAS (*Annal.*) *Tom. II. Popli-*

orationes, inprimis vero ad sententias colligendas. Oretenus enim cum in priuatis iudiciis proferrentur sententiae, earum collectio in CVirali iudicio, propter iudicum multitudinem, tam cito fieri non poterat, vt in publicis, in quibus tabellis vtebantur iudices. Hinc placet, singulis CVirorum consiliis singulos aut aliquos Xviros praefuisse, quod eo magis necessarium fuisse videtur, quia apud CVirorum diuersa tribunalia interdum diuersa negotia sunt acta, quibus Praetor solus superesse non potuit. Ceterum de Magistro Xvirorum, cuius mentionem inuenisse sibi visus est in monumento *Noster*, nihil mihi constat, procul dubio Ruminalis fuit magister collegii Xvirorum Sacror. faciundor. hi sacerdotes enim talem magistrum habuerunt, teste PLINIO *hist. natural. Lib. XXVIII. c.* 2. & hi Xviri, post Sullam autem XVviri, ab *Auct.* ob nominis affinitatem cum Xviris stl. iud. confusi.

a) Frustra locum in Liuiana historia quaesiui, qui, quaestores a Coss. institutos esse, probaret, & ipse *Siccama* fatetur, etiam ante A. V. C. 269, quaestorum apud Patauinum scriptorem haud exstare memoriam. In origine huius magistratus definienda sibi quidem Tacitus, Dionysius Hal. & Plutarchus contrarii esse videntur, sed eos conciliauit ERNESTI *ad Tacit. Annal. Lib. XI. c.* 22. POMPONII sententiam in *L.* 2. §. 22. *D. de O. J.* reperies. Ceterum vbiuis placuit *Nostro* annos desinire, quibus mutationes quaestorum contigerunt, qui tamen incerti sunt, neque vero eos mutare volui.

Poplicola pecuniae tractationem aliis mandauit, ne Consulum per eam potestas augeretur, tum primum quaestoribus designatis. Nam quod alii putent ante A. V. C. CCLXIX. quaestores non esse creatos, quod LIVIVS ante eum annum quaestorum non meminerit, sane ridiculum est, cum etiam tunc tantae fuerint auctoritatis, vt Cassio perduellionis reo diem ad populum dixerint. Deinde duo adiecti sunt A. V. C. CCCXXXIII. quo inter patres & plebem *dissensio exorta est, coepta a duplicando quaestorum numero. Quam rem, vt praeter duos vrbanos quaestores, duo Coss. ad ministeria belli praesto essent, a Coss. relatam, cum & Patres summa ope comprobassent, Coss. Tribuni pl. certamen intulerunt, vt pars quaestorum (nam ad id tempus Patricii creati erant) ex plebe fierent.* Et paulo post: *anno sequenti patres patiendo tribunos militum pro Coss. fieri, tribunis pl. non intercedendo, quo minus quatuor quaestores promiscue, de plebe ac Patribus, libero suffragio populi fierent, concordiam copularunt.* LIVIVS *Lib. IV. (cap. 43)* Is quaestorum numerus permansit ad A. V. C. CDLXXXVIII. LIVII *epitome Libr. XV.* Quaestorum numerus ampliatus est, vt octo essent, & auctus non est ante Syllanam dictaturam, TACIT. *Annal. Lib. XI. (c. 22.)* Post legem Syllae XX. quaestores creati, supplendo Senatui, cui iudicia tradiderat, quod contigit A. V. C. DCLXXII. C. Mario, Cn. Carbone Coss. Postremo Iulius Caesar ad XL. numerum ampliauit A. V. C DCCIX. Q. Fabio, C. Trebonio Coss. DIO *L. XLIII. (n. 47. p. 374.* Ed. Reim.) *Numerus autem magistratuum in reliquis idem, qui ante obseruabatur, sed Praetores XIV, quaestores XL. facti sunt.* Dicti vero sunt quaestores, vt scribit VARRO, (*de Lingu. Latin. L. IV.*) *a quaerendo, qui conquirerent publicas pecunias.* Ex his duo tantum in vrbe manebant aerario praefecti, qui eius pecunias acceptas & expensas in tabulas refe-

 re-

rebant, & quaeſtores vrbani dicebantur. b) Ceteri omnes prouinciales erant dicti, a prouinciis, in quas mitti ſolebant, vt rei pecuniariae, ſcilicet vectigalium publicorum redituumque populi Romani in prouinciis curam haberent, quas ſortito accipiebant, vt ex CICERONE liquet. c) Primis vero temporibus quae-

b) cf. *Iuſt.* LIPSII *Exc. B. ad Tacit. Annal. Lib. XIII. c. 29.* *P.* BVRMANN *de Vectig. P. R. c. VIII. pag. 108. ſeq.* (Leid. 1734.)

c) Prouinciales vel cum Praeſidibus in prouincias mittebantur, vel ſoli in Italia, in prouinciis quatuor quaeſtoriis, verſabantur, & reditus & vectigalia curabant v. CIC. *ad Div. Lib. V. Ep. 9.* Sed hic praetermittenda non ſunt VLPIANI verba *L. 2. §. 2. D. de Off. Quaeſt. Ex quaeſtoribus quidam ſolebant prouincias ſortiri ex SCto, quod factum Decimo Druſo & Porcina Conſulibus.* Huius SCti nuſpiam, quantum ſcio, mentio facta, pariterque de Coſſ. nominibus in Faſtis altum eſſe videtur ſilentium: vigente libertate illud eſſe conditum, res ipſa ſuadet, ſed quo anno? BACHIVS *hiſt. Iurispr. Lib. II. C. 2. S. 2. §. 10. p. 200.* Conſulum nominibus deletis, legit *D. Bruto & Aemilio,* & A. V. C. 677. SCtum factum eſſe tradit, qua in re PIGHIVM *annal. ad d. a.* ſecutus eſt. Hanc violentam criſin vix tuetur, & *Ant.* AVGVSTINVM & *Th. Ians ab* ALMELOVEENIVM reprehendit tantum. Priorem merito, alterum ſine ratione. Notauit autem AVGVSTINVS *de nominib. propr. τῶ πανδεκτῶ Cap. 2.* in OTTON. *Theſ. J. C. Tom. I. p. 258.* ſequentia: *Hos fuiſſe ſuffectos Coſſ. exiſtimo, & ſub Caeſaribus, propter ſententiam, quae non eſt apta ſuperioribus temporibus, vt viri quaeſtorii prouincias ſortirentur, quas Praetorii tantum, & Conſulares habere ſoliti fuerunt.* Sed, vt bene monet BACHIVS, non de viris quaeſtoriis, ſed de quaeſtoribus diſpoſuit SCtum, ideoque ad remp. ſpectare poteſt omnino, nec videndum vnde doctiſſimus Tarraconenſis Epiſcopus hanc mutationem hauſerit. At cum ſcribit BACHIVS, his conſulibus, tamquam ſuffectis, ALMELOVEENIVM A. V. C. 762. adſignaſſe, errat: Etenim Coſſ. nomina, ſuffectorum inſtar, nullo anno adiecto, poſuit duntaxat ALMELOVEEN. *in faſt. Conſ. ordin. alphab. digeſt.* p. m. 208. (Ed. Amſtel. 1705.) procul dubio inde manauit error *Bachii*, quod in *cit. faſt. alph.* antea *Papii* & *Poppaei* Coſſ. ſuffector. a. 762. nomina vidit exhibita, ob litterarum ſeriem ibi tamen neceſſario ponen-

quaestores a Consulibus eligebantur, TACIT. *Annal. XI. cap. 22. Mansitque consulibus potestas deligendi*

 (de

ponenda. Quod autem ad ipsam opinionem *Bachii* attinet, ea nititur argumento satis infirmo, fundusque lectionis emendatae non alius esse videtur, nisi quod A. V. C. 677. inuenerit Coss. *D. Iunium Brutum* & *M. Aemilium Mamercum Liuianum*. v. CIC. *Brut. c. 47.* At vero ista non sufficiunt, cum enim Lepidorum gens varia haberet agnomina, & sic, si Lepidi cuiusdam nomen esset nominatum adhuc fuisset dubium, quis ille sit, cognomine posito statim adparere debuit, quis sit intelligendus; iam si BACHIVS emendare voluisset, non *Aemilio* legere, sed *Mamerco* ponere debuisset ideo, quoniam is Consul sub hoc nomine apud scriptores obuenit vid. SIGON. *Com. in Fast. & Triumph. ad an. 676.* Iam vero Vlpianus *Porcinam* aliquem nominauit, ideoque alium e Lepidorum familia intellexit, vt statim videbimus: Deinde vero ipsum tempus rei, de qua cauit SCtum, haud est aptum. & nimis remotum. Si quid video, hoc SCtum factum est A. V. C. 616. quo penes *M. Aemilium Lepidum Porcinam* & *C. Hostilium Mancinum* fasces fuerunt. Habes igitur Consulem ordinarium cognomine *Porcinam*, cuiusue nomen haud est incognitum, & apud CICERONEM frequenter obuenit, quia summus orator fuit; v. c. in *Brut. c. 27. M. Aemilius Lepidus, qui est Porcina dictus, iisdem fere temporibus, quibus Galba, sed paulo minor natu, & summus orator est habitus, & fuit*, etc. Nec ergo emendatione opus. Sed quid *Druso* faciamus? is fuit consul suffectus: Etenim Hostilius Mancinus cum Porcina Consul creatus, propter ignominiosum cum Numantinis ictum foedus, more maiorum, spoliatus ciuitate & libertate, a Patre Patrato hostibus deditus, licet haud acceptus, se Consulatu abdicare coactus est. v. VELLEI. PATERCVL. *Hist. Lib. II. c. 1.* LIV. *Epitom. Lib. LV.* in cuius locum D. Drusum suffectum esse opinor, nam in fastis nomen ipsius desideratur. Hac ratione VLPIANI verba sine emendatione tueri possumus, inprimis quoniam ei cum aliis ICtis commune fuit, suffectorum Coss. nomina excitare, quod e *L. 12. pr. D. de Accus. & Pariat. LL. Mos. & Rom. Tit. VIII.* potest probari cf. SCHVLTING *ad §. 8. d. t. p. 764. Irpr. Anteiust.* Insuper tempus, quo SCtum factum esse arbitror, cum gestis romanorum egregie conuenit; nam seculo sexto post Vrb. cond., Italia penitus subacta, in prouinciae formulam terras extra Italiam redegerunt. Quarum admini-

(de quaestoribus agit) *donec eum quoque honorem populus mandaret, creatique primum Valerius Potitus, Aemilius Mamercus.* Non est autem dubium, quin ante tributa comitia curiatis comitiis crearentur, eodem modo quo tribuni aedilesque plebis, ante legem Publiliam. *a)* At postquam curiata comitia coeperunt, velut auspiciorum causa in vrbe retineri, vt CICERO *in Rullum* (*Orat. Agrar. II. cap. 11.*) scribit, certe tributis comitiis velut ceteri minores magistratus creati sunt. CICERO *Lib. VII. Epist. 30.* ad Curium: *In campo certe non fuisti hora secunda, cum comitiis quaestoriis institutis, sella Q. Maximi, quem illi Consulem esse dicebant, posita esset, quo mortuo nunciato sella sublata est. Ille autem qui tributis comitiis auspicatus esset, centuriata habuit.* Magistratus autem minimi erant, ideoque comitiis tributis creati. *Quaestoris enim*, vt scribit ASCONIVS, *prima erat Senatori administratio, post quaesturam aedilitas, deinde tribunatus pl. post praetura, & demum consulatus peti solebant.* Atque adeo inter minores Magistratus erant, vt neque vocationem, neque prehensionem haberent, atque ad praetorem in ius vocari poterant. A. GELLIVS *Lib. XIII. cap. 13.* quod ipsum confirmat ASCONIVS *in* CICER. *Diuinat. in Verr.*

ministratio sensim constituta: quae momenta historica *Bachio* magis obsunt, quam meae coniecturae. Si qua in loco *Vlpiani* admittenda esset mutatio, substituerem pro *D. Druso*, *D. Bruto* quem suffectum in locum Mancini crederem, quoniam eo anno Proconsul erat v. *Epit. Liv. c. l.* & esset is *D. Iunius Brutus* postea *Callaicus* dictus; sed, praeterquam quod sint, quae premant hanc coniectionem, ne opus quidem emendatione, vt satis probasse confido.

d) In vtraque *Siccamae* editione legebatur *Publicam*, quod profecto nihil est. Substitui ergo *Publiliam* legem, memoratam a LIVIO *Lib. II. c. 56.*, latam a Publilio Volerone pl A.V.C. 282. teste DIONYS. HAL. *Lib. IX. p. m. 315.*, qua cautum, vt tribuni & aediles pl., quoniam plebeii magistratus essent, a sola plebe tributis comitiis crearentur.

Verr. Subſellia ſunt triumuirorum, tribunorum, quaeſtorum, & huiusmodi, minora iudicia exercentium, qui non in ſellis currulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant. Quibus ex verbis manifeſtum eſt, quaeſtores quoque, licet iuriſdictionem non habuerint, quod multis probari video, etſi nondum liqueat, tamen de minoribus cauſis, a maiori magiſtratu ad ipſos delatis, iudicium habuiſſe exiſtimo, quemadmodum & illis, qui in prouincias mittebantur, a praeſide nonnumquam iuriſdictio mandabatur. SVETONIVS in *Iulio* (*cap.* 7.) *Caeſari quaeſtori Hiſpania vlterior obuenit, vbi cum, mandatu Praetoris, iure dicundo, conuentus circumiret, Gadesque veniſſet animaduerſa, apud Herculis templum, Magni Alexandri imagine, ingemuit.* Et CICERO in *Diuinat. in Caecilium* (*cap.* 17.) *Vbi hoc quaeſtori Caecilio, viro optimo & homini aequiſſimo nuntiatum eſt, vocari ad ſe Agonidem iubet: iudicium dat ſtatim: Si pareret, eam, ſe & ſua Veneris eſſe, dixiſſe.* etc. e) Illis quaeſtoribus, cum quaeſtura abiiſſent, ſi non omnibus, ſaltem quibusdam, aut ſolummodo vrbanis duobus, illud enim adfirmare non poſſum, iudicii Centumuiralis poteſtas cogendi data fuit, ſed quo anno, nondum inuenire potui; illud tamen credibile eſt, Decemuiris primum illam poteſtatem obtinentibus, ademtam fuiſſe, propter frequentiſſima Praetoris conſilia, quibus adeſſe cogebantur, tamen illis reſtituta, & quaeſtura functis adempta eſt, A. V. C. DCCXXV. Caeſare V., S. Apuleio, Sexti filio, Coſſ. SVETONIVS *Auguſto cap. XXXVI.* vbi narrat Auguſtum

e) Quaeſtores vrbanos olim eadem iudicaſſe, quae poſtea Triumuiri capitales iudicarunt, auctor eſt VARRO *de Ling. Lat. Lib. IV.* vbi: *Quaeſtores a quaerendo dicti ſunt, qui conquirerent publicas pecunias & maleficia, quae Triumuiri capitales nunc conquirunt.* Quales poſtea cauſas iure proprio cognouerint, haud expeditum eſt. In prouinciis ſaepe mandatu Praeſidum iuriſdictionem exercebant, nam illi tam legatis ſuis, quam quaeſtoribus eam poterant mandare.

ſtum auctorem fuiſſe, *vt Centumuiralem haſtam, quam quaeſtura functi conſueuerant cogere, Decemuiri cogerent.* f)

CAP. XII.

De Praetore Vrbano qui praeſidebat Centumuiris.

Erat Praetor qui magnifico huic Centumuirali iudicio praeſidebat, quod tum ratio ipſa euincit, Centumuiri enim ipſi nec magiſtratus erant, nec legis actionem habebant, tum etiam comprobatur teſtimonio PLINII *Lib. V. Epiſtol. 21.* ad Rufum: *Hoc facto Nepotis commotus praetor, qui Centumuiralibus praeſidebat, deliberaturus, an ſequeretur exemplum, inopinatum nobis otium dedit.* a) Is vero praetor vrbanus erat, vt dilucide indicat VALERIVS MAXIMVS *Lib. VII. cap. 7.* (*ex. 5.*) *Egregia eſt quoque C. Calpurnii Piſonis praetoris vrbani* b) *conſtitutio. Cum*

f) Quae contra hanc aſſertionem diſputata ſunt, vid. ſup. ad *Cap. VIII. not. g.*

a) Ex quo loco, SIGONII *de Iud. I. 28.* negatiua opinio, ſupra *Cap. X. not. l.* memorata, facili negotio poteſt conuelli.

b) Num *Praefecti Vrbi*, num vero *Praetoris Vrbani*, ſit apud VALERIVM legendum, Viri docti non conueniunt. Poſterius in MSt. inueniri, teſtatur RAEVARD. *Protrib. c. 17.* & praeferendum eſſe arbitror, legiturque in editionibus melioris notae. Prius autem ſe vidiſſe refert LIPSIVS *ad h. l.* quem ſecutus eſt quodammodo *Eduard.* CORSINIVS *de Praef. Vrb. ad A. V. C. 782. Chr. 29. p. 34.* & Praef. Vrb. ſub Tiberio L. Calpurnium Piſonem, *Valerium* intellexiſſe cenſet; *at fieri fortaſſe potuit*, ſcribens, *vt hic a Valerio C. Calpurnius Piſo indicetur, cui a Tiberio propemodum interituro Praefectura Vrbis conceſſa fuerit, moxque in Neronem conſpirans mortem ſibi conſciuit, vt a Tacito Annal. XV. 59. memoratur.* Inprimis autem id defendere conatus eſt *Arn.* DRACKENBORCH *de Praefect. Vrb. Cap. VI. p. 47.* (E VHLII) ſibi perſuadens, e *L. 24. D. ad L. Corn. de falſ. & ex* APVLEIO in *Apolog. pr.* adparere, Praefectum

Cum enim ad eum Terentius ex octo filiis quos in adolescentiam perduxerat, ab vno in adoptionem dato exheredatum se querelam detulisset, bonorum adolescentis possessionem ei dedit, heredesque lege agere passus non est, & paulo post: (*ex.* 7.) *Multo Q. Metellus praetorem vrbanum seueriorem egit, quam Orestes gesserat, qui Vetilio Lenoni iuueni*, c) *bonorum possessionem secundum tabulas testamenti non dedit.* Quodsi in Praetoris vrbani potestate fuit querelam inofficiosi testamenti, bonorumque possessiones dare, vel negare, quae apud Centumuiros petebantur, certe probabile est Centumuirali iudicio quoque praefuisse: itaque

fectum Vrbi bon. possessionem dedisse, & a *Valerio* L. Calp. Pisonem Praef. Vrb. sub Tiberio laudatum esse, coniiciens. At enim summus CVIACIVS *Obseru. Lib. IV. c.* 15. se numquam legisse, Praefectum Vrb. dedisse bonorum possessionem, fatetur, qua de re pluribus disputauit A. SCHVLTING *ad Val. Max. de rescis. test. in Comment. acad. Vol. I. p.* 287; neque erat, quod *Cuiacium* reprehenderet *Drackenborch.* Enimuero si praefectus Vrbi de falso cognouit, quod loci ab eo laudati tantummodo probant, num inde sequitur, ipsum quoque dedisse bonor. possessionem? sane nullo modo: manebit igitur certum, vsque dum meliora proferuntur, Praefectum Vrb. B. P. haud dedisse: nam de falso testamento cognoscebat propterea, quod criminum coercitiones intra Vrbem & Italiam ad suam cognitionem pertinebant. *L.* 1. *D. de Off. Praef. Vrb.* Nulla porro ratione adducta, laudasse *Valerium* L. Calpurnium Pisonem, statuit, praeter nominis similitudinem, quae tamen hanc vim habere nequit, quod & CORSINIO potest opponi; potiori iure intelligi posset C. Calpurnius Piso qui A. V. 683. Praeturam gessit, ceu plures etiam adfirmarunt.

c) „In editione Valerii M. Thysiana legitur: *Qui Vecilio Lenoni bonorum Iuuentii possessionem*, etc.„ hanc notam in halensi *Siccamae* editione inueni. Lectionem istam omnino meliorem, seruant optimae editiones & *G. A.* RVPERTVS *Dissertat. mixt. ad Valer. Max. p.* 460. *s.* (Norib. 1663.) & SCHVLTING *cit. loc. p.* 296. ei interpretationes suas aptarunt. Laudatur enim Metellus ideo, quoniam lenoni cuidam a Iuuentio cum aliis in testamento honorato, tamquam homini flagitioso, negauit bon. possessionem.

de praetore vrbano pauca dicamus. Praetor vrbanus erat qui in vrbe, & inter ciues Romanos de controuersiis rerum priuatarum ius dicebat, & maior vel maximus dictus erat. FESTVS (*de V. S. v. maior Consul.*) *Maiorem Consulem L. Caesar putat dici vel eum, penes quem fasces sunt, vel is, qui prior factus est. Praetor autem maior, vrbanus, minores ceteri.* Dictus est autem Praetor, vt scribit VARRO (*de Lingu. Lat. Lib. IV.*) *quod praeiret iuri, & exercitui; iuri in vrbe, exercitui in prouinciis & castris.* Vrbanus vero quod in vrbe solum, & inter ciues Romanos ius diceret. Erat enim praetoris vrbani a praetoris peregrini iurisdictio distincta, & sortito vtrique obueniebat. LIVIVS *Lib. XXII.* (*cap. 35.*) *Romae iuris dicendi vrbana sors Pomponio, inter ciues Romanos & peregrinos P. Philoni obuenit.* IDEM *Lib. XXXIII.* (*cap. 26.*) *Praetores deinde prouincias sortiti, L. Apustius Fullo vrbanam iurisdictionem, M. Acilius Glabrio inter ciues & peregrinos.* Primus praetor vrbanus fuit Camillus, creatusque A. V. C. CCCLXXXVIII. L. Sextio Laterano, L. Aemilio Mamerco Coss. LIVIVS *Lib. VII.* (*cap. 1.*) *Annus hic fuit insignis noui hominis consulatu, insignis nouis duobus magistratibus, praetura & curruli aedilitate. Hos sibi patricii quaesiuere honores, pro concesso plebi altero consulatu: patres praeturam SP. Furio M. F. Camillo, aedilitatem Cn. Quinctio Capitolino & P. Cornelio Scipioni, suarum gentium viris dederunt.* Peregrinus vero A. V. C. DX. vt suo loco probauimus. Porro praetoris vrbani iurisdictio omnis, hisce tribus verbis continebatur, DO, DICO, ADDICO. VARRO *de Lingu. Lat. Lib. V. Dies fasti, per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari. Contrarii horum vocantur dies nefasti, per quos dies nefas fari praetorem* DO, DICO, ADDICO. *Itaque non potest agi. Necesse est aliquo eorum vti verbo, cum lege quid peragitur.* DABAT bonorum possessiones, vindicias, actio-

actiones, iudices, & iudicia. DICEBAT, cum aliquem liberum esse decerneret, cum interdiceret, aliisque in similibus causis. ADDICEBAT, in iure cessione, emancipatione, adoptione, aliisque legum actionibus. d) Hic itaque praetor vrbanus, vt modo probauimus, Centumuiris praesidebat, & sententiam exsequebatur. Sedebat vero, vt existimat RAEVARDVS *Protrib. cap. XX.* medius inter Centumuirorum consilia quatuor, sic vt a dextra parte duo posita essent diuersa tribunalia, & totidem a parte sinistra, quod voluisse videtur QVINCTILIANVS cum scribit *Lib. V. cap. 2.* partes Centumuiralium in duas hastas diuisas esse. Quod sic videtur intelligendum, vt hastae singulae singulis duplicibus consiliis essent praefixae, eaeque non altera Centumuiralis, altera praetoria, vel Decemuiralis, vt existimat RAEVARDVS, sed ambae Centumuirales, vt *Lib. II. cap 3* docebimus. Opinionem illam confirmat MARCELLVS in *L. 10. D. de Inofficios. testam.* *Si pars iudicantium, de inofficioso testamento contra testamentum, pars secundum id sententiam dederit, quod interdum fieri solet, humanius erit sequi eius partis sententiam, quae secundum testamentum pronunciauit* Quod ita interpretor, si pars vna Centumuiralium (id est, duo consilia) contra testamentum, pars altera, (id est, alia duo consilia) secundum testamentum pronunciauerint, quia pares sententiae sunt, sequendam esse eius partis sententiam, quae testamentum ratum habuit. Quod si ita sit, credibile est, praetorem ita sedisse, vt ab vtroque latere, vnam partem, duobus consiliis constantem, haberet. Atque ita iudicio ordinato, aduocati, & patroni causarum ad causas agendas prodibant, de quibus vt nunc agamus, ordo postulat.

CAP. XIII.

d) De quibus si plura legere cupis, adi J. G. HEINECCII *histor. Edictor. Lib. I. Cap. 6. §. 8. seqq.* in *Opusc. posth.* p. 83. seq.

CAP. XIII.

De Aduocatis & Patronis causarum in iudicio Centumuirali.

Non dubium est, quin vt in omnibus iudiciis, ita etiam in hoc magnifico Centumuirali iudicio, omnibus, qui legibus non vetabantur, causas agere licuisse. Plerumque tamen iuuenes, qui eloquentiae & iuri ciuili operam dabant, causarum patrocinium apud Centumuiros auspicabantur. PLINIVS *Lib. II. Epist. 14. Atque etiam magna ex parte adolescentuli obscuri ad declamandum huc transeunt, tam irreuerenter & temere, vt mihi Attilius noster expresse dixisse, videatur, sic in foro pueros a Centumuiralibus causis auspicari, vt ab Homero in scholis.* Etenim saepissime causae exiles, & leuis momenti apud Centumuiros ventilabantur, quibus perorandis aetas & peritia adolescentum sufficiebat, ipsique in tam magnifico iudicum consilio, & frequentissima populi corona constituti, maxima laude excitabantur. *a)*

PLI-

a) Ecquis autem non videt, PLINIVM id ipsum reprehendere, & ad temporum mutationem referre, quod iuuenes a causis grauioribus patrocinii faciant initium, & dicendi rudimenta in eo causarum genere ponere gestiant, quod exercitatos Oratores exigit, saluberrimum QVINCTILIANI *Inst. Or. Lib. XII. c. 6.* praeceptum non tenentes, *ceterum*, inquientis, *illum quem iuuenem, tenerisque adhuc viribus nitentem in forum deduximus, & incipere a quam maxime facili ac fauorabili causa velim; vt catuli ferarum molliori praeda saginantur;* Et haec, quam *Plinio* adscripsi, mens, e comparatione instituta, & sequentibus liquebit. *Plinio* quidem aetatis suae Patrono coryphaeo, caulae priuatae, in relatione ad publicas, videri poterant exiles, h. e. dicendi materiam satis foecundam haud subministrantes, inde vero, apud CViros minores causas actas esse non fluit. Quo enim, quaeso, modo, *Plinium* conciliaremus cum *Auctor. Dialog. de caus. corrupt. eloq. c. 38.* causas *CVirales, nunc primum locum obtinere*, tradente, si vera *Siccamae* esset opinio?

PLINIVS *eadem Epist. Verum opinaris: distringor Centumuiralibus causis, quae me exercent magis quam delectant. Sunt enim pleraeque paruae, & exiles. Raro incidit vel personarum claritate, vel negotii magnitudine insignis.* Verum cum vix cuiquam statim tam clarum sit ingenium, vt possit emergere, nisi illi materia, occasio, fautor etiam, commendatorque contingat, moris olim erat, vt a consulari vel praetorio viro in iudicium producerentur. PLINIVS *eadem epistola: At hercule ante memoriam meam, ita maiores natu solebant dicere, nec nobilissimis quidem adolescentibus locus erat, nisi consulari aliquo producente: tanta veneratione celeberrimum opus celebrabatur.* Atque ita PLINIVS ipse, a C. Caecilio consule designato, ad honores petendos & gerendos, adolescentulus in forum deductus est, & ipse rursus Cremutium Rusonem deduxit, vt scribit *Lib. VI. Epist.* 23. *Peto, atque etiam paciscor, vt simul agat Cremutius Ruso; solitum hoc mihi, & iam in pluribus claris adolescentibus factitatum. Nam mire concupisco bonos iuuenes ostendere foro, assignare famae.* Agebant vero causas, aut in duplici, aut in quadruplici iudicio. In duplici iudicio, cum causas leuiores ad priora duo consilia, quae ab vno latere praetoris erant, cau-

nio? nam si TACITVM, Plinii coaeuum & amicum, hunc dialogum conscripsisse neges, tamen rationibus *Henr.* DODWELLI *Annal. Quinctil.* §. 18. cederes, istum libellum circa Domitiani tempora exaratum esse. Libera adhuc republ. causas CVirales fuisse summas, inque iis se Viros eximios exercuisse, e CICERONE *de Orat. I. c.* 38. *& seq.* adparere censeo, colligendumque ex *Auctor. dialog. laud.* Ciceronis, Caesaris, Bruti, Coelii, Calui, magnorumue Oratorum apud CViros dictas orationes, memorante. Neque est quod opponas, PLINIVM *Lib. I. Ep.* 18., se *adolescentulum egisse in quadruplici iudicio* scribere, ipsum enim tunc annum XXI. iam egisse monstrauit MASSON *vit. Plin. ad a. V.* 833. *p.* 32. & cum *Plinio* alii se comparare vix ac ne vix quidem valebant. Nonne tandem fuisset stolidum propter viles & leuiores causas Centum & amplius viros cogere?

causam orabant, qui, si non ad placitum vtriusque partis pronunciassent, ab iis causa circumducebatur ad alia duo consilia, quae ab altero latere praetoris erant, hoc est, quod QVINCTILIANVS ait (*Instit. Or.*) *Lib. V. cap. 2. Aut cum de eadem causa pronunciatum est, vt in reis deportatis, & adsertione secunda, & de partibus Centumuiralium, qui in duas hastas diuisae sunt.* Ait enim de praeiudiciis, dicitque ea in tribus generibus versari, rebus, quae aliquando ex paribus causis sunt iudicatae, iudiciis ad ipsam causam pertinentibus, aut cum de eadem causa pronunciatum est, videlicet, altero partium in duplicibus iudiciis victo. Et deinde *Libro XI. cap. 1. (p. 979.) Succurret etiam si apud alios iudices agetur, vt in secunda adsertione, aut in Centumuiralibus iudiciis duplicibus parte victa.* h) Quamobrem saepissime ad vtramque hastam & vtroque praetoris latere vno eodemque momento, diuersae causae apud Centumuiros agebantur, vt PLINIVS indicare videtur *Lib. II. Epist.* 14. *Assectabar Domitium Afrum cum apud Centumuiros diceret grauiter, & lente, hoc enim illi actionis genus erat, audiit ex proximo immodicum, insolitumque clamorem: admiratus reticuit. Vbi silentium factum est, repetit, quod abruperat. Iterum clamor, iterum reticuit, & post silentium, coepit iterum tertio. Nouissime quis diceret, quaesiuit, responsum est: Licinius. Tum intermissa causa: Centumuiri, inquit, hoc artificium periit.* Quod ita interpretor, Licinium ad vnam hastam vel duo consilia, & Domitium ad alteram & reliqua consilia, vno eodemque tempore de diuersis causis perorasse, quod confirmant verba, *ex proximo.* In quadruplici vero iudicio agebant, cum grauissimae causae, in quibus de iure & aequitate erat disputandum, quae magnae erant auctoritatis, inci-

h) Nec sibimet ipsi *Quinctilianum* aduersari, vt putabat POLLET. *hist. for.* III, 14. p. 292. docuit BROIDAEVS in *Corollar. ad d. l. Pollet.*

inciderent: tum ad omnia tribunalia dicebant, omnesque simul Centumuiri collatis hastis de controuersia pronunciabant. PLINIVS *Lib. I. Epist. 18. Et eram acturus adolescentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio, eram contra potentissimos ciuitatis atque etiam Caesaris Amicos.* Et *Lib. IV. Epist. 24. Proxime cum apud Centumuiros in quadruplici iudicio dixissem, subiit recordatio, egisse me iuuenem aeque in quadruplici:* aliisque multis locis, & QVINCTILIANVS *Lib. XII. cap 5.* de Trachallo loquens: *Certe cum in basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris est, cogerentur.* Porro illud certum est, apud Centumuiros etiam, vt & in aliis iudiciis, causarum patronis certum dicendi spatium fuisse praefixum, quem morem primus Pompeius Magnus tertio suo consulatu A. V. C. DCCII. induxit. QVINCTILIANVS *in Dialogo de Oratore: (cap. 38.) Primus tertio cons. Cn. Pompeius adstrinxit, imposuitque veluti frenos eloquentiae,* & quae sequuntur, de Centumuiris autem probat PLINIVS alibi cum dicit, apud Centumuiros quatuor clepsydras poposcisse & *Lib. I. Ep. 23. Lib. II. Epist. 11. Lib. VI. Epist. 2.* item *Lib. IV. Ep. 16. Ad hoc quidam ornatus adolescens scissis tunicis, vt in frequentia solet, sola velatus toga perstitit, & quidem horis septem: nam tamdiu dixi, magno cum labore, sed maiore cum fructu.* Erat autem clepsydra vasculum quoddam plenum aqua, ex qua per fistulam guttatim stillabat, eoque spatium dicendi metiebatur, describitque illud egregie APVLEIVS *de Aureo Asino Lib. III. Sic rursum praeconis amplo boatu citatus, accusator quidam senior exsurgit, & ad dicendi spatium vasculo quodam in vicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua populum sic adorat.* c) Centumuiri quoque

c) De Clepsidris lege quae habet POLLET *l. c. Lib. I. c. 11.* & *Perill. & Generos. D. de* SEGNER *Abhandlung von den Wasseruhren der alten Roemer* in *Diurn. halens.* an. 1762. *Nr.* 31. 32. 33.

que cum multi essent eloquentes ipsi, & iuris scientia insignes, non modo ad causas, sed orationes etiam ipsas, sollicitas aures adcommodabant, & curam in dicendo exigebant, quod scribit QVINCTILIANVS, *Lib. IV. cap. 1. Quia iam quibusdam in iudiciis maximeque capitalibus, (vt) & apud Centumuiros, ipsi iudices exigunt sollicitas & accuratas actiones, contemnique se, nisi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt, nec doceri tantum, sed etiam delectari volunt.* IDEM in *dialogo de Oratore*, & PLINIVS *Lib. VI. epist. penult.* gloriatur, se summa cum gloria, apud Centumuiros causam Acciae Variolae dixisse. d) Quodsi summa cum grauitate & eloquentia perorarent, aut media oratione cum substitissent, aut finita oratione, a Centumuiris exsurgentibus laudabantur. QVINCTILIANVS *Lib. XII. c. 5.* de Trachallo loquens: *Certe cum in basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris est, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, &, quod agentibus ceteris contumeliosum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.* PLINIVS

d) Verumtamen haud dissimulandum, interdum CViros speciosae orationi, in qua aequitatem commendabant Patroni, maiorem vim, quam par erat, tribuisse. Hoc e *Cicerone* liquet, vbi de artificiis a Crasso in iudicio Curiano adhibitis locutus est. vid. Viri Ill. *J. L. E.* PÜTMANN prol. *de Iudicio Curiano* Lips. 1765. adiect. *in Syllog. opp. nr. IV.* Ita & CICERO *de Orat. L. I. c. 57.* proposuit, quae, si causam militis a patre praeteriti, fuisset, defensurus, fecisset: *& credo in illa militis causa* ait, *si tu aut heredem, aut militem defendisses ad Hostilianas te actiones non ad tuam vim & oratoriam facultatem contulisses. Tu vero, vel si testamentum defenderes, sic ageres, vt omne omnium testamentorum ius in eo iudicio positum videretur: vel si causam ageres militis, patrem eius, vt soles, dicendo a mortuis excitasses: statuisses ante oculos; complexus esset filium, flensque eum CViris commendasset: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coëgisset, vt totum illud Vti lingua nuncupaSit, non in XII tabb. quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine scriptum videretur.*

NIVS *Lib. IX. Epist. 23. Frequenter agenti mihi euenit, vt Centumuiri, cum diu se intra iudicum auctoritatem grauitatemque tenuissent, omnes repente quasi victi, coactique consurgerent, & laudarent.* Nec a Centumuiris modo, verum etiam a circumstante populi corona illis acclamabatur. PLINIVS *Lib. II. Epist. 14. Si quando transibis per basilicam, & voles scire, quomodo quisque dicat, nihil est quod tribunal adscendas, nihil quod praebeas aurem: facilis diuinatio. Scito, eum pessime dicere, qui laudabitur maxime. e)* Nec illi quidem sponte laudabant, sed praemiis & sportulis conducebantur. PLINIVS *eadem Epist.: Sequuntur Auditores actoribus similes, conducti, & redemti mancipes. Conuenitur in media basilica, vbi tam palam sportulae, quam in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede transitur.* & quae sequuntur plurima. Formulae autem acclamandi erant, EVGE! BELLE! O HOMINEM LITTERATVM! ΦΕΥ ΣΩΦΩΣ? *f)* vt

e) Alludit MARTIAL. *Lib. VI. Ep. 38.*

Iam clamor vtrinque, Centumque viri densumque coronae
Vulgus, & infanti Iulia tecta placent.

Oratorum principes plausu delectari non solebant, vid. CIC. *de Orator. II, 26.* & *pro Reg. Deiot. c. 12.* PLIN. *Lib. II. Ep. 10.*

f) *Io. Ge.* GRAEVIVS *Praef. T. II. Th. Ant. p. 31.* haec notauit: „Scribe ΕΥ ΣΟΦΩΣ, non, vt editur ΦΕΥ ΖΩΦΩΣ. „Nam quamuis Φεῦ etiam in admirationibus & adcla„mationibus vterentur, aeque vt *οὐὰ*, vah, tamen com„munior acclamandi formula erat Εὖ, *ὑπερευ*, bene, „seu optime.„ Hactenus GRAEVIVS. Spectat huc elegans MARTIALIS Epigramma *Lib. II. Ep. 27.*

Laudantem Selium, coenae quum retia tendit,
Accipe, siue legas, siue patronus agas.
Effecte, grauiter, cito, nequiter, euge, beate!
Hoc volui, facta est iam tibi coena, tace.

Ceterum *de Acclamatione & plausu* scripsit *Fr. Bern.* FERRARIVS *in Th. Graeu. Tom. VI.* Commendandae etiam *Io.* FRICK Ep. *de Veterum Quiritium acclamationibus forensib.* Ien. 1753. &, quam in fin. *Syllog. Opp.* adiicere debui *Iust.* LIPSII Ep. *de Recitationibus Veterum.*

vt eleganter probat *Nicolaus* FABER ad SENECAM *Controuerſ. Lib. IX.* & confirmat TERTVLLIANVS *contra Valentinianos (cap. 8.) In ſcholis Carthaginienſibus,* inquit, *fuit rigidiſſimus Orator, Latinus Phoſphorus nomine: cum virum fortem peroraret, venio, inquit, ad Vos, Optimi ciues, de praelio cum victoria mea, cum felicitate veſtra, ampliatus, glorioſus, fortunatus, maximus, triumphalis; & Scholaſtici ſtatim familiae Phoſphori φευ adclamant.* Aderat etiam in iudiciis Centumuiralibus quidam μεσόχορος dictus, qui in ſuperiori loco ſupra ceteros eminens, vbi occaſio acclamandi, & laudandi aduenerat ceteris, qui propter frequentiam populi audire non poterant, ſignum dabat, acclamandi tempus eſſe. PLINIVS *Lib. II. Epiſt. 14. Hoc pretio quamlibet numeroſa ſubſellia implentur, hoc ingens corona colligitur; hoc infiniti clamores commouentur, cum μεσόχορος dedit ſignum.*

DE

DE IVDICIO CENTVMVIRALI.

LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

Dierum feriatorum, iudiciariorumque diuisio, quibusque Centumuiri conueniebant.

Quae superiori libro a nobis disputata sunt, eo pertinebant, vt probarem, Centumuirale iudicium non esse publicum, nec priuatum, sed celeberrimum quodammodo totius populi Romani consilium, explicaremque, quae personae ad iudicium hoc magnificum constituendum requirebantur; hic vero posterior liber in forma, modoque procedendi Centumuiralis iudicii explicando totus erit, & quidem ante omnia quibus diebus Centumuirale iudicium cogeretur, excutiamus: quod vt fiat dilucidius, dies Romani, quales lapsa Republica fuerint, in genera nobis sunt diuidendi.

Dierum, quos in foro Romano obseruabant, alii erant iudicarii, seu sessionales, alii feriati. a) *Iudicarii & sessionales* erant, quibus iudicia exerceri poterant, & Praetor sui copiam pro tribunali faciebat. Eorum alii erant postulatorii, alii cognitionales: *Postulatorii* erant, quibus Praetor pro tribunali postu-

a) Dierum apud Romanos rationem egregie expositam inuenies a *Fr.* POLLETTO *hist. for. Rom. Lib. I. cap. 8. & 9.* & *Ph.* BROIDAEO *in Corollar. ad d. l.*

postulationibus vacabat, VLPIANVS *L. 2. (§. 2.) D. Quis ordo in bon. poss. seru. In bonorum possessione, quae pro tribunali datur, illud quaeritur, si se dedit quidem pro tribunali Praetor, sed postulationibus non dedit.* Quid vero postulationum die fieret, explicabo, si prius, quid sit in iure postulare, planum fecerim. *Postulare autem hoc proprie dicimus, pro tribunali petere, non alibi,* VLPIANVS *L. 4. (§. 8.) D. de damn. infect.* Generaliter vero definitur: *Postulare est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni praeest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. L. 1. §. 2. D. de Postuland.* & in *L. 9. §. 2. D. de Poenis: Potest & ita interdici cui, ne apud tribunal Praesidis postulet.* Quibus ex verbis illud manifestum est, postulationes non nisi pro tribunali fieri solitas. *b)* Postulabant autem cum actor litem suam intenderet, & reus desiderio actoris vel contradiceret, vel diem ad sui defensionem postularet, & tunc actio edita in actis postulationum inserebatur, quod scribarum munus erat, *L. 23. D. Ex quib. caus. maiores. c)* Itaque & postulationum die

b) Postulare in vniuersum denotat, desiderium apud Praetorem exponere, & tam in publicis, quam in priuatis iudiciis obuenit: nam in prioribus, vt post SIGONIVM *de Iudic. Lib. II. c. 9* animaduertit ERNESTI *Cl. Cic. h. v.* desiderabatur a Praetore, vt liceat nomen deferre; in posterioribus autem speciatim designat desiderium, vt aduersario liceat actionem intendere. VLPIANI finitionem *L. 1. §. 2. D. de postul.* propositam, de priuatis iudiciis mallem explicare.

c) Postulationes actis a Scribis illatas esse, verum quidem est, at ex alleg. *L. 32. D. Quib. ex caus. maior.* nullo probari potest modo. Explicuit MODESTINVS in ea, qui sint ei, qui Reip. causa abesse dici queant, & *abesse Reip. causa intelligitur is, qui ab Vrbe profectus est, licet nondum prouinciæ excesserit, sed & is qui excesserit donec in Vrbem reuertatur,* quod non solum ad Magistratus inprimis prouinciales pertinere, pergit, *sed & ad Comites legatorum, qui ad aerarium, aut in commentarium Principis delati sunt.* Ini-

die in ius vocabant, & vadimonium dicebant, causaque apud Praetorem dicebatur, quod indicat CICERO *pro Quint.* (*cap.* 6.) *Postulat a Burrieno Praetore Naeuius, sibi bona ex edicto possidere liceat;* & paulo post (*cap.* 15.) *Ilicone ad Praetorem ire conuenit? continuone verum fuit postulare ex edicto, vt bona possidere*

Initium legis emendauit *Iac.* CVIACIVS *Obseru. Lib. XII. c.* 33. legitque *nondum prouinciam accesserit*, quoniam ICtus non nisi de Vrbe Roma locutus sit, ceu exempla docerent: qua in re Virum summum secuti sunt *Gerh.* NOODT *Comment. h. t. D. init. Petr.* PERENNON. *Animadu. & var. lect. I. C. Lib. II. c.* 26. & *Ant.* SCHVLTING. *Enarrat. Part. prim. Digest. h. t.* §. 3. & haud scio, an haec emendatio non sit amplectenda, saltim libri Βασιλικῶν habent: κἂν ἔτι ἐστὶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, *etsi etiamnum sit in Italia*, modo non putarint Graeculi, Italiam fuisse prouinciam; quo minus enim de legatis prouincialibus id intelligam, obsistit *L.* 26. §. *vlt.* & *L.* 8. *D. eod.* Sed mittamus haec, & ad extrema legis verba veniamus quae *Nostrum* deceperunt: Verum in illis, de his, qui, permissu Imperatoris, legatos Caesaris in prouincias erant secuti, non vero de Praetorum scribis ICtum esse locutum, optimum quemque perspecturum arbitror. Comites enim legatorum Reip. causa partim ideo intelliguntur abesse, quoniam ad ipsam administrationem gerendam magistratibus necessarii, partim quoniam in salutem Reip., nimirum vt prouincias aliquando meliores administrarent, magistratus concomitabant, quod de contubernalibus inprimis valet. Referebantur in commentarium, s. laterculum aut codicem, principis, deferendique apud aerarium, quoniam non nisi annuente Caesare prouincias ingredi poterant, saltim ita vt hoc fruerentur restitutionis beneficio. Ex his ergo perspectu facile, quam incongrue *cit. L.* 32. huc retulerit *Auct.* Ceterum est exploratum, Scribarum Romae haud exiguum fuisse numerum, adeo vt certas haberent decurias, & a Magistratibus, quibus erant a litteris, cognominati essent, quare Scribas Praetorios, Aedilitios, Quaestorios, reliq. inuenimus; & inde venit, cur idem MODESTINVS *L.* 33. *D. eod.* restitutionis beneficium deneget notariis Praesidum, quam legem ceteroquin eleganter exposuit *G.* MASCOV. *ad Modestin. cas. emucl.* §. 12. quae disputatio sub *J. Fl.* RIVINI moderamine habita, iam in *Opuscul. Mascov.* Lips. 1776. ab PÜTTMANNO *Viro Illustr.*, editis *nr. II.* reperitur.

dere liceret? & paullo post: (*cap. 8.*) *A Cn. Dolabella denique Praetore postulat, vt sibi Quinctius iudicatum solui satisdet.* IVLIANVS in *L. 75. D. de Procurator. Qui absentem emptorem fundi defendebat, postulabat a venditore fundi, vt ab eo defenderetur. Venditor desiderabat caueri sibi, ratam eam rem dominum habiturum.* IVLIANVS *Lib. IV. Digest.* in *L. 15. D. de obligat. & action. Emancipato omittente bonorum possionem, non inique postulabit creditor, restitui sibi actionem aduersus scriptum heredem.* Postulabant etiam in iure, vt de suspectis tutoribus cognosceretur. VLPIANVS in *L. 1. D. De suspect. tutor. Haec clausula & frequens & pernecessaria est: quotidie enim suspecti tutores postulantur.* Postulabant etiam prima litis intentione, an auctores fierent: *Quando te in iure conspicio, postulo an fias auctor?* item: *Iudicem arbitrumue postulo, des.* Quibus omnibus videre licet, quid postulationum diebus apud praetorem fieret. *Cognitionales dies* sunt, quibus praetor cum consilio de controuersiis decretum interponit, qui & dies decreti appellantur. d) VLPIANVS in *L. 73. §. 1. D. de Iudiciis. Quod si is, qui edictum peremptorium impetrauit, absit die cognitionis, is vero aduersus quem impe-*

d) Aptius scripsisset *A.* cognitionum dies eos fuisse, quibus Praetor causae cognitionem, de suae cognitioni relictis causis, instituit, eaque finita decretum interposuit. Iam quia decretum excipiebat cognitionem, hos dies ICti nominarunt etiam decreti dies: sessionum dies autem erant ideo, quoniam causae cognitio, vt VLPIAN. *cit. L. 3. §. 9. D. de B. P.* ait, de plano fieri non poterat, sed coram tribunali instituenda, vbi pariter decretum exspectandum erat. Cognouit autem Praetor adsistentibus Assessoribus, e quorum sententia decretum dedit, nisi e LL. dispositione alii erant ipsi adiuncti, vt in manumissione minorum XX annis. Quodsi ergo sub consilio complexus sit Assessores, ceu tamen haud videtur, lubens ei assentior; at si Xviros stlit. iud consilium constituisse autumat, fallitur omnino, vid. supr. *Lib. I. C. 10. not. b.* Denique controuersiarum mentio parum accurate facta, siquidem non contentiosae iurisdictionis solum causae, sed praecipue voluntariae, obueniebant.

impetratum est, adsit, tum circumducendum erit edictum peremptorium, neque causa cognoscetur, neque secundum praesentem pronunciabitur. PAPINIANVS in *L. 28. (pr.) D. de Excusat. Tutor petitus ante decreti diem, si aliquod priuilegium quaerit, recte petitionem institutam excludere non poterit.* Et alludit TERTVLLIANVS *Lib. de habitu muliebri: Qua constantia tribunal illud ascendimus, decreturi aduersus eos, quorum munera appetimus?* & confirmat VLPIANVS in *L. 3. §. 9. D. de bonor. possess. Si causa cognita bonorum possessio detur, non alibi dabitur quam pro tribunali, quia neque decretum de plano interponi, neque causa cognita bonorum possessio alibi quam pro tribunali dari potest.* Hisce cognitionum diebus praetor, aut exercebat consilium, aut praebebat consilium, aut conuentum indicebat. Exercebat consilium, quando cum Decemuiris, quinque Senatoribus, totidemque Equitibus Romanis, in consilium adhibitis, de causis cognosceret VLPIANVS in *L. 2. (pr.) D. de offic. eius cui mandat. iurisd. Mandata iurisdictione a praeside, consilium non potest exercere is, cui mandatur.* Praebebat consilium, cum minori manumittere volenti, & aliis omnibus, qui quid sine consilii sententia prohibentur facere, quique in integrum desiderant restitui, consilium praeberet. *L. 4. §. 2. D. de Manumiss. vind. Minor viginti annis dominus nec communem quidem seruum sine consilio recte manumittit:* aliisque multis locis. e) Indicebat conuentum, cum quae-

H 4

e) Presse secutus est *A.* doctrinam *Iac.* RAEVARDI *Protribunal. cap. IX. XII. & XVI.* propositam, vbi distinxit ille inter consilium exercere, praebere, & conuentum indicere: sed argumenta Viri docti, mihi, desideranti verum discernendi fundamentum, satis non fecisse, fateor. De consilio mentem iam supra satis exposui, restat ergo monstrare distinctionem *Nostri* superfluam esse. Primum quod ad consilium attinet, quod Magistratus e L. Aelia Sentia instituit, eum illud exercuisse, est *Siccamae* sententia, quando de causis manumissionis cognouit; sed si

quaestio inter partes non simplicis facti, sed controuersi iuris incideret: quod optime omnium indicat

si paulo post ait, hoc faciendo consilium praebuisse; idem per idem explicat. Etenim verba, praebere & exercere consilium, ab antiquis ICtis haud discernuntur, sed pro lubitu, vt hunc actum denotent, adhibentur, ideoque me iudice, recte scripsit *Barn.* BRISSON *de V. S. Lib. III. v. Consil. Magistratus praebere & exercere dicebantur, quoties consilium cogebant, L. 1. D. de Off. Cons. L. 5. D. de Manum. Vind. L. 2. de Off. eius cui mand.* Nam exercere hic idem est ac instituere, dum vero exercet consilium s. ex mente *A.* de causis cognoscit, praebet illud etiam, quum eum in finem copiam sui pro Tribunali faceret, vt huic manumissioni vacaret. Nunc ad reliqua transeamus negotia, quae causa cognita fiebant; in his putat *A.* Praetorem praebuisse consilium. Sed, tantisper faciamus consilium instituere Praetorem in causis restitutionis in integr., transactionis super alimentis, alienationis rerum minor., excusationis a tutela, etc., nonne cognoscit de causis, cognitisue illis interponit decretum? nonne facit idem personis, quarum vtitur consilio, tantum mutatis, quod in manumissione e. L. Aelia Sentia expedit? Sane fateor me perspicacem adeo non esse, vt discrimen verum reperiam; ergo in his casibus Praetorem exercere consilium dicendum esset etiam. His accedit cum verbo *praebere* nullum idoneum coniungi posse sensum; etenim si decreti interpositionem illo comprehendere velimus, latet actus iam in τῷ exercere, quum decretum sequatur causae cognitionem & istius sit effectus: sin solam causae cognitionem, hoc ideo non procedit, quoniam decretum absolute sequitur. Manebit ergo, consilium exercere & praebere, a se inuicem non posse discerni. Nullam quoque consilii mentionem in reliquis causae cognitionem exigentibus negotiis, coram Tribunali a Praetore expediendis, in legibus inuenimus, praeter manumissionem e L. Aelia Sentia, qua ex ratione, *Raeuardi Nostri*que prorsus singularis opinio iam posset conuelli; tota potius causae cognitio soli Magistratui tribuitur, tantumque abest vt Xviror. mentio fiat, vt Assessores, certissime aduocati adhibitique, ne nominentur quidem. Consiliariorum autem mentio sine dubio ea propter omissa est, quod Magistratus ipse, sine illis istam cognitionem absoluere poterat, & ob maio m ecuritatem & commoditatem tantum additi erant Consiliarii. Superest ergo rationem *Auctoris* e L. 2. D.

dicat SENECA *de Beneficiis Lib. III.* (*cap. 7.*) *De quibusdam*, inquit, *etiam imperitus iudex dimittere tabellam*

D. de Off. ei. cui mand. infirmare, nam altera *L. 4. §. 2. D. de Man.* allegata ab *Eo*, rem, cuius gratia erat excitata non tangit. Cit. *L. 2. D. de Off. ei.* desumta est ex VLPIANI *Lib. III. Omn. Tribunal.* verbum exercere quo vsus est ICtus seduxit *Raeuardum Nostrumque* actum singularem fingere. Negat autem ICtus, eum, cui a Praeside mandata iurisdictio est, illud consilium exercere posse, quod in manumissione ex L. Aelia Sentia necessarium erat, adeoque hanc facultatem, translata iurisdictione in mandatarium, transferri posse. VLPIANVS sane aliud docere non poterat, nec est quod inde singularem praerogatiuam deducas cum *Auct. supr. L. I. c. 10. p. 88.* nam iste actus legi speciali Magistratibus competebat, atqui ea, quae iure magistratus non competunt, sed lege speciali, SCto, & Constitutionibus Principum, magistratibus data, transferri non posse, nisi potestas, ea mandandi, expresse relicta, auctor est PAPINIAN. *L. 1. pr. D. de Off. ei. cui mand.* adeoque consilium habendi facultas, e L. Aelia Sentia competens, quae mandandi licentiam non dederat, mandata iurisdictione mandari non poterat. Haec VLPIANVS breuissimis complexus est verbis: *consilium non potest exercere is, cui mandatur*, eaque in libris Protribunalion necessaria ponenda, cum totum manumissionis negotium e saepe citat. lege ad ea spectabat, quae causa cognita pro tribunali erant expedienda. *Consilii* verbum ab VLPIANO positum, restringendum est ad manumissionem, nam quia ICti, vbi consilium absolute posuerunt, semper illud quod e L. Aelia Sentia ad manumissionem absoluendam intellexerunt, vt e *§. 4. I. Quib. ex caus.* iunct. παραφρ. *Theoph. L. vn. pr.* & *§. 2. de Off. Consul. L. 6. 7. 19. 24. D. de Manum. vind. L. 1. et L. 4. C. Eod.* aliisque videre est, aliter quoque in h. L. non erat interpretandum; indeque tricae, quas NOODT *de Iurisd. Lib. II. c. 10.* habet, veniunt, quod consilii verbum latius, & vt *Raeuardus* fecit, explicuit. Iam & *§. 1. d. L. 2. D. de Off. ei. cui mand.* audiamus, cuius verba in *Florentina* & *Vulgata:* ita leguntur *Si tutores vel curatores velint praedia vendere, causa cognita id Praetor vel Praeses permittat: quod si mandauerit iurisdictionem, nequaquam poterit mandata iurisdictione eam quaestionem transferre. Gr.* HALOANDER legit *Et si tutores* etc. *Gerh.* NOODT *c. l.* mauult *Vt & si tutores* quasi ICtus exemplum suppetidare voluerit. Sed a *Florentina* haud receden-

bellam potest, vbi fecisse aut non fecisse probandum est, vbi prolatis cautionibus controuersia tollitur, vbi inter disputantes ratio ius dicit. Vbi vero animi coniectura capienda est, vbi id de quo sola sapientia discernit, in controuersiam incidit, non potest ad haec sumi iudex ex ordine selectorum, quem census in album, & equestris hereditas misit. Quae ita recte interpretatur RAEVARDVS *Lib. Protribunal. cap. XI.* in iudiciis priuatis, quae facti solam inquisitionem continent, iudicem priuatum dari posse; in iis vero in quibus quid iure vel iniuria factum sit, quaerendum est, non posse iudicem dari, sed solenni conuentu dirimi debere. *f)* *Conuentus* vero *fit*, vt definit FESTVS

dendum esse puto, neque enim *Vlpianus* consilii exemplum, vt *Noodtius* voluit, attulit, cum potius his verbis meam sententiam firmare queam, vocem consilii non nisi in manumissione e L. Aelia Sentia obuenire; sed exemplum eius, quod, mandata iurisdictione, transire nequit, dedit, negauitque mandatu Praesidis conuentum agentem, decretum de alienandis rebus minorum interponere valere. Hoc enim negotium vi magistratus haud competebat, verum *Oratione D.* SEVERI Praetori Praesidiue datum v. *L. 1. D. de Reb. eor.* specialique adeo competebat lege, &, vi regulae *Papiniani*, transferre non poterat, sed ab ipso potius magistratu omni diligentia erat expediendum. VLPIANI verba igitur iam sat explicata mihi non obsunt, & interpretationis confirmandae causa, iungam vnicum adhuc exemplum e *L. 8. §. 18. D. de Transact.* in qua, cognitionem de transactione super alimentis in vltimis tabulis relictis, ex *Oratione D.* MARCI, *L. 8. pr. D. eod.* memorata, Praetori datam, mandata iurisdictione locum non habere, diserte traditum est. Plura, ne taedium excitem, adferre supersedeo, e dictis autem consilii mentionem, in reliquis negotiis, causa cognita a Praetore, expediendis, desiderari, distinctionemue *Auctoris*, inter consilium exercere & praebere, fundamento destitutam esse, appariturum esse, confido.

f) Hoc e mente *Nostri* tertium est, quod diebus cognitionum factum a Praetore: Vereor autem ne, quae in Prouinciis fieri solebant, cum vrbanis sint confusa. Nam, vt supra *Lib. I, c. 10. not. c.* vidimus, conuentus in prouinciis iuris di-

STVS, *cum a magistratibus iudicii causa populus congregatur.* Illud vero fiebat in Centumuirali iudicio. Idem FESTVS: *Centumuiralia iudicia a Centumuiris sunt dicta. Nam cum essent Romae XXXV. tribus, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri appellati sunt.* Eum vero conuentum diebus cognitionalibus edici solitum probat RAE-VAR-

dicundi causa habiti sunt, nuspiam vero, tales Romae ob iurisdictionem exercendam actos esse, ab Auctoribus relátum legi. Quamuis autem in prouinciis iste conuentum indicendi agendique modus necessarius esset, ea ptopter, quod Praesides ex vno in alterum locum commigrantes, prouincialium lites componebant, igiturque, homines quo se conuertant certiores reddere, opus erat; tamen in Vrbe, vbi Praetor Vrbanus, eum in finem vt inter ciues ius redderet, adfuit, id superfluum fuisset. Equidem THEOPHIL. παραφρ. §. 5. *J. Qui & a quib. man.* conuentum etiam Romae fuisse narrare videtur; at enim, quum eo loco prouinciarum rationem exposuerit, necessum est de iis verba accipere, quod ipsum sequentia suadent, vbi Romanos hieme, iudiciis vacasse retulit, quod certe de Vrbe interpretabitur nemo, sed de prouinciis in quibus Praesides istum ordinem seruasse auctor est CICERO *ad Diu. Lib. V Ep. 14.* FESTI ab *A.* laudati auctoritas mihi non obest, cum enim vrbani magistratus mentione omissa loquatur, verba sunt ita, ne reliquis veterum monumentis aduersentur, atque adeo de prouincialibus magistratibus, interpretanda. SENECAE locus huc non pertinet; nec verba Laelii Felicis apud GELLIVM *N. A. Lib. XV. c. 27.* huc cum *Raeuardo* trahenda, quae iacent ita: *Is qui non vniuersum populum sed partem aliquam adesse iubet, non comitia sed concilium edicere debet:* nam de conuocationibus populi, inprimis a Tribunis pl. factis, ibi agitur, de iudiciis vero altum est silentium: Et quis fando audiuit vnquam priuatorum iudiciorum causa populum romanum esse conuocatum? Me igitur iudice, conuentus Romae a Praetore iudiciorum priuatorum ergo indictus, penitus ignoratur, multoque minus iudicii CViralis constitutio eo referenda. Proinde si, quae huc vsque disputata sunt, in vnum colligantur, cognitionum diebus Praetorem cognitionibus operam dedisse, certum duntaxat esse, adparebit, cui tamen non est contrarium, si, hos ipsos dies diuersi generis cognitionibus dicatos fuisse, statuamus.

VARDVS *Protribunal. cap. IX.* Ergo manifestum est, Centumuirale Iudicium diebus cognitionalibus edictum fuisse, sed iis diebus tantum, cum consilium praetor nec praeberet, nec exerceret.

Feriati dies erant, cum forum Romanum iudiciis vacaret, resque prolatae dicebantur. g) TACITVS *Annal. Lib. II. (cap. 35.) Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret, Cn. Pisonis & Asinii Galli super eo negotio diuersas sententias nosse.* PLAVTVS *Captiuis (Act. I. Sc. 1. v. 17.)*

Prolatis rebus parasiti venatici sumus.

AV-

g) Feriati dies nefasti quidem sunt omnes, at non omnes nefasti sunt feriati; nam in atris, moestis, ominosis Pontifices etiam iustitium solebant indicere, ominis & religionis ergo, cf. GELLIVS *N. A. Lib. V. c. 17.* ita & olim nundinae erant nefastae, sed lege Hortensia, fastae vt essent, constitutum, narrante MACROBIO *Saturnal Lib. I. c. 20.* Feriatis diebus forum litibus vacasse probat CICERO *de Legib. Lib. II. c. 8. Feriis iurgia amouento* & OVIDIVS *Fastor. Lib. I. v. 71. seq.*

Prospera lux oritur: linguis animisque fauete
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures; insanaque protinus absint
Iurgia, differ opus, liuida lingua tuum. etc.

Iurgia, proprie sunt lites inter cognatos & vicinos vt e L. XII. Tabb. *Si iurgant adfines* & *L. 4. C. Th. Fin. regundor.* videre est, add B. BRISSON. *de V. S. h. v.* Res prolatae erant ampliatae, dilatae, quod tam ob ferias, quam ob alias causas fiebat, quo sensu obueniunt ap. CIC. *in Catil. IV. c. 3. pro Muraen. c. 13. ad Attic. VII. Ep. 12.* & GELLIVM *N. A. Lib. IV. c. 10.* Tandem praetermisit *Noster* dies *intercisos*, quibus post meridiem Praetor adscendebat tribunal,

Nam simul exta Deo data, licet omnia fari,
Verbaque honoratus libera Praetor habet.

canit OVIDIVS *Fastor. Lib. I. v. 51.* Et VARRO *de Ling. Lat. Lib. V. Intercisi*, inquit, *dies sunt, per quos mane & vespere est nefas, medio tempore, inter hostiam caesam, & exta porrecta, fas, a quo, quod fas intercedit, intercisi dies, aut quod tum intercisum nefas.*

AVCTOR *ad Pisonem*:

Huc etiam tota concurrit ab vrbe iuuentus,
Auditura virum, si quando iudice fesso
Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus.

Feriarum vero aliae sunt solennes, aliae repentinae, imperiales seu indictiuae. Solennes sunt aut festorum dierum, aut messis, aut vindemiae. Feriae festorum sunt, quae cultui diuino dedicatae sunt, quae olim in sacra, epulas, ludos, & ferias diuidebantur, adde *L. 11. C. de feriis.* h) Messis feriae sunt, cum fruges in horrea conduntur. STATIVS *Syluarum ad Marcellum Lib. IV. (Epist. 4. v. 40.)*

– – – *Messesque reuersae*
Dimisere forum, nec iam tibi turba reorum
Vestibulo, querulique rogant exire clientes.
Cessat centeni moderatrix iudicis hasta.

vbi expresse quoque de Centumuiris. Incipiebant autem ab VIII. Kal. Iulii ad Kalend. Augusti. Vindemiales feriae erant, quae maturis vuis celebrabantur, a X. Kalend. Septembris ad Idus Octobris *L. 2. C. De feriis* i) De iis MINVTIVS *Felix* in *Octauio*

h) Conf. *Iac.* GOTHOFRED. *Comment. ad tit. C. Th. de Fer. Tom. I. p. 137. seq.* & *ad L. 5. C. Th. de Spectacul. Tom. V. p. 401.* Ed. Ritter.

i) Messis & vindemiarum tempore, Romae, iam priscis temporibus, iustitium fuisse, nec has demum ab Antonino Imp. institutas esse ferias, vt sibi quidam ob *L. 1. D. de fer.* falso persuaserunt, colligitur ex SVETON. *Iul. c. 40.* vbi: *fastos correxit, iam pridem, vitio pontificum, per intercalandi licentiam, adeo turbatos, vt neque messium feriae, aestate, neque vindemiarum autumno, competerent.* add. PLIN. *Lib. VIII. Ep. 21.* Sed ex alleg. *L. 2. de fer.* probari nequit, has ferias vbique fuisse statiuas, easue certo tempore rediisse: nam quo minus id fiat, intercedit PAVLVS *L. 4. D. de fer. Praesides prouinciarum e consue-*

uio (*cap. 1.*) *Ad vindemiam feriae iudiciariam curam relaxauerant.* D. CYPRIANVS *ad Donatum: Et reddendae tempestiuum prorsus hoc tempus est, quo indulgente vindemia, solutus animus in quietem, solennes ac statutas anni fatigantis inducias sortitur.* Et quemadmodum feriis res *prolatae*, ita feriis exactis *rediisse* dicebantur. PLAVTVS in *Captiuis:* (*loc. cit.*)

Prolatis rebus parasiti venatici
Sumus: quando res redierunt, molossici.

Repentinae feriae erant, quae ob res prospere gestas a solo Imperatore indicuntur, k) & imperiales vocantur *L. 26. §. 7. D. Ex quibus caus. maior. L. 1. & L. 4. C. de feriis.* Quibus explicatis, videmus Centumuiros feriis non conuenisse, nec postulatoriis diebus, sed cognitionalibus duntaxat, nec iis omnibus, sed cum praetor consilium nec exerceret, nec

tudine cuiusque loci solere messis & vindemiarum causa tempus statuere, perhibens; ad indictiuas ergo & conceptiuas saltim in prouinciis referendae sunt. vid. POTLET. *hist. for. rom. Lib. I. c. 11. p. 61.* & *Iac.* GOTHOFRED. *ad L. 2. C. Th. de fer. T. 1. p. 141.*

k) Quasi vero sub libertate, vbi Principem ignorabant ciues, tales non fuerint? Tunc temporis has ferias a Consule ac Praetore indictas esse, discere potes e GELLIO *N. A. Lib. X. c. 24.* imo SVETONIVS in *Claudio c. 22.* tempore Imp. Claudii *sedulo obseruatum, vt quoties terra se mouisset Praetor ferias indiceret*, narrat, & VLPIANVS *L. 7. pr. D. de Offic. Proconf.* suadet Praesidi, *prouincialibus ferias, secundum mores & consuetudinem quae retro obtinuit, dare*, vbi non alias nisi indictiuas intelligendas esse recte monuit *Corn. van* BYNKERSHOECK *Obseru. Lib. II. c. 6. extr.* Tempore laetitiae iustitium aderat quoque, inde HORATIVS *Carm. Lib. IV. Od. 2. v. 41. seq.*

Concines laetosque dies, & vrbis
Publicum ludum super impetrato
Fortis Augusti reditu, forumque
Litibus orbum.

Add. *L. 26. §. 7. D. Quib. ex cauf. maior.* & *Iof.* MOINARD *Interpret. Rubr. Cod. de publ. laetit* in *Io. Godesch.* CLAVSING *Iur. publ. Rom. Fasc. II. p. 409. seqq.*

nec praeberet. Reliquum eſt, vt vbi celeberrimus ille conuentus ageretur, diſpiciamus.

CAP. II.

Vbi conuenirent Centumuiri, & quaedam de baſilicis dicta.

Certum fuiſſe locum in quo celeberrimum hoc Centumuirorum iudicium perageretur, dubium non eſt. Etenim ſingulae rerum actiones Romae certis locis ita erant diſtributae, vt in vaſtiſſima vrbe, & totius ferme terrarum orbis mercatu, inter tot hominum millia ſcirent, non aduenae modo, ſed & ciues ipſi, vbi eos, quorum opera indigebant, conuenirent. Siquidem Iuriſperiti omnes, atque illi qui cauſas agebant, ad aedem Apollinis frequentes erant, non illam, quae extra portam Carmentalem, de qua ſaepe LIVIVS, ſed quam Auguſtus exſtruxit ad Palatium, in qua & bibliothecam iuris dedicauit, de qua HORATIVS: (*Lib. I. Satyr. 9. v. 77.*)

— — — Rapit in ius, clamor vtrinque,
Vndique concurſus: ſic me ſeruauit Apollo. a)

Orationes & iudicia plerumque habebantur in foro Romano & ad roſtra. MARTIALIS: (*Lib. III. Epigr. 38.*)

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Trium-

a) Venuſini Vatis prorſus excellentem ſermonem legenti, verba laudata huc non pertinere, patefiet: gratias iis retulit Apollini, quod ipſum, ne teſtimonium diceret, ſeruauerit. Magis ad rem ſpectabunt, quae SCHOLIASTES, ad illa IVVENAL. *Sat. I. v. 128.*

— — Iuriſque peritus Apollo.

notauit; *quia*, ſcribens, *iuxta Apollinis templum ICti ſedeſedebant & tractabant.*

Triumuiri capitales ad columnam Meniam ius dicebant de infimae plebis & seruorum flagitiis. CICERO *in diuinatione in Caecil.* (*Cap. 16.*) *Vobis autem tanta inopia reorum est, vt mihi causam praecipere conemini potius, quam aliquos a columna Menia vestri ordinis reos reperiatis.* Foeneratores ad Puteal Libonis Licinii, b) quod in porticu Iulia, ad arcum Fabianum, consistebant. HORATIVS (*Lib. I. Ep. 19. v. 8. 9.*)

– – Forum, Putealque Libonis
Mandabo siccis. – –

agit enim de foeneratioribus. Et OVIDIVS (*Remed. Amor. v. 561.*)

Qui Puteal Ianumque timent, celeresque Kalendas.

Mercatores autem ad Ianum geminum stabant. HORATIVS: (*Lib. I. Ep. 1. v. 53. seq.*)

O Ciues, ciues, quaerenda pecunia primum est:
Virtus post nummos. Haec Ianus summus ab imo
Perdocet: haec referunt iuuenes, dictata senesque.

Argentarii in foro ad tabernas argentarias. Ita Centumuiri quoque priori quidem saeculo in foro, postea vero in basilicis conueniebant QVINCTILIANVS *Lib. XII. cap. 5.* *Certe cum in basilica Iulia diceret primo tribunali quatuor autem iudicia, vt moris est, cogerentur;* agit de Centumuiris. Et PLINIVS *Lib. V. Epist. vlt.* *Descenderam in basilicam Iuliam, auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam. Sedebant iudices, venere Decemuiri.* Et *Lib. II. Epist. 14.* *Si quando transibis per basili-*

b) De quo conf. elegantissima disputatio *Chr. Lud.* CRELL. *Puteal Libonis ex antiquitate erutum*, Viteb. 1728. & *in Disp. Collect. Fasc. II. nr. 8.*

basilicam, & voles scire quomodo quisque dicat, nihil est quod tribunal ascendas. Quibus locis omnibus de Centumuirali iudicio agitur. In basilicis itaque conuenere. Erant autem basilicae aedificia templis similia, ambulationibus amplissimis instructa, ad quas multi tota vrbe, alii causas agendi, alii ICtos consultandi, alii aliud agendi causa confluebant. c) Non enim soli Centumuiri in iis conueniebant, sed aliae diuersae causarum cognitiones peragebantur, immo & tribuni plebis ibi ius dicebant, vt scribit PLVTARCHVS in *Catone: Erat*, inquit, *basilica quaedam Porcia, quam magnus Cato in censura condiderat; eius basilicae tribuni plebis, quoniam in illa ius dicere consueuerant, columnam, quae sellas eorum impedire videbatur, decreuerant tollere.* Vnde quidam, quod principes ad eas olim iuris dicendi causa venirent, basilicas dictas esse existimant, *ἀπὸ τȣ̃ βασιλέως*, quo nomine Graeci, & regem, & iudicem intelligunt. HESIODVS *περὶ ἔργων καὶ ἡμερῶν: (v. 37. 38.)*

– – – ἄλλα τε πολλὰ,
Ἁρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγȣς, οἱ την δε δίκην ἐθέλȣσι δικάσαι
Νήπιοι·

(– – – alia autem multa
Rapiens ferebas, valde demulcens reges (iudices)
Do-

c) De Basilicarum architectura egit VITRVVIVS *Lib. V. cap. 1.* Scripsit etiam *Hier. Fr.* SCHORCH disp. *de Basilicis earumque iuribus* Erford. 1733. vbi hanc earum notionem dedit: *Basilicae erant amplissima splendidissimaque aedificia publica, in quibus non solum iudices conuenire, causasque controuersas cognoscere & sententia finire, sed & Senatores deliberare, imo mercatores, nummulariique negotia sua tractare solebant.* Add. ERNESTI *Excurs. V. ad Sueton. Aug. c. 31.* In iure nostro Basilicae distinguuntur a foro, referunturque ad res publicis vsibus destinatas. vid. §. 5. *J. de Emt. Vendit. L. 83. §. 5. D. de Verb. Obl. L. 137. §. 6. D. Eod.*

Doniuoros, qui hanc litem volunt iudicasse Stulti:)

vbi contra omnes Interpretes, BVDAEVS, & post eum clarissimus, doctissimus, & non modo graecae linguae, sed omnis politioris literaturae, historiarum & antiquitatum vere peritissimus D. *Ioannes* FVNGERVS, Iurium & Medicinae Doctor, Scholae Leouerdianae Rector vigilantissimus, cui ego, propter fidelissimam institutionem (nam integro septennio ipso Praeceptore Bolsverdiae & Leouerdiae simul vsus sum) immortales gratias debeo, pro regibus, iudices interpretatus est, cum aliquando nobis HESIODI opera & dies explicaret. Verum ad rem. Negotiatores quoque in basilicis cum iudicibus prostabant, *L. 32. §. 4. D. de aur. argent. mund. leg.* d). Sed quomodo Centumuiri in basilicis inque ipsis tribunalibus considerent, quomodo aduocati causas agerent, & populus eos audiret, spectaretque, eleganter describit PLINIVS *Lib. VI. Epist. 33.* quem locum integrum describam: *Sedebant iudices centum & octoginta: (tot enim quatuor consiliis conscribuntur) ingens vtrinque aduocatio, & numerosa subsellia, praeterea densa circumstantium corona, latissimum iudicium multiplici circulo ambibat. Ad hoc, stipatum tribunal, atque etiam ex superiore basilicae parte, qua feminae, qua viri, & audiendi, quod erat difficile, &, quod facile, visendi studio, imminebant. Magna exspectatio patrum, magna filiarum, magna etiam nouer-*

d) Hac lege ICtus PAVLVS argentum testatricis, quae fuerat negotiatrix, in domo, vel intra horreum, opposuit ei, quod in Basilica repertum est: ex quo fit probabile negotiatores in his aedibus recludere potuisse argentum. Ceterum ipse VITRVVIVS *cit. loc.* vno eodemque tempore, & iudices & mercatores in Basilicis versari potuisse, fatetur; hi enim in inferiori aedium parte consistentes, a Iudicibus ne spectari quidem poterant: aliae tamen Basilicae, a solis negotiatoribus frequentatae videntur, v. g. Basilica argentariorum.

uercarum. Secutus est varius euentus. Nam duobus consiliis vicimus, totidem victi sumus. In basilicis vero (quae Romae erant amplissimae & spatiosissimae, vt Iulia, Porcia, Sempronia, Aemilia, Antonina, Caii & Lucii, aliaeque quas MARLIANVS enumerat) Centumuiri conueniebant, e) tum quod ad forum essent positae, vbi semper maximus concursus populi Romani & negotiantium fuit, tum etiam quod extrinsecus, licet essent spatiosissimae, patulae porticus erant exstructae, cum transuersa ambulatione, quam causidicam vocabant, quod causarum actores & aduocati cum suis clientibus ibi commode & frequenter ambularent, & versarentur. Ita Centumuiri cum statis temporibus a Decemuiris sortiti in basilicam conuenissent, hasta, futuri Centumuiralis iudicii signum, pro tribunalibus ponebatur, de qua vt nunc breuiter dicamus, ordo postulat.

CAP. III.

De hasta Centumuirali & diuersis hastarum solennitatibus & differentiis.

Hastam dictam esse, ait VARRO, quod astans ferri solet, & cum aspiratione scribitur, differentiae cau-

e) Praecipue tamen in Basilica Iulia CViros conuenisse suspicor, cum PLINIVS & QVINCTILIANVS, quando de CViris loquuntur, ipsius mentionem inferre soleant, absolute etiam MARTIALIS *Epigr. Lib. VI. Ep. 38.*

— — *& infanti Julia tecta placent.*

Haec autem Basilica Iulia Augusti, discreta forsan non est a Basilica Caii & Lucii, quae nomen est sortita tantum, quoniam in honorem nepotum erat exstructa vid. SVETON. *August. cap. 29.* meminit IDEM *in Caligul. c. 37. Caligulam numos, non mediocris summae, e fastigio basilicae Iuliae per aliquot dies, in plebem sparsisse.* Ex EODEM in *Aug. c. 100.* videre est huius generis aedificia & in oppidis fuisse: fuerunt etiam Constantinopoli.

causa ab imperatiuo verbi *asto.* Hastarum vero origo apud Hetruscos fuit, qui hastam *corim* vocabant, & Sabini *quirim*, vnde Romulus *Quirinus* dictus est. OVIDIVS *Fastorum* (*Lib. II. v. 477.*)

Siue quod hasta quiris priscis est dicta Sabinis,
Bellicus a telo venit in astra Deus. a)

Reges vero suos vocabant *Coritos*, id est, Ioues hastatos. Iris enim Iupiter, vel Iouis fiducia dictus erat, & hasta cum diademate erant Hetruscorum regum insignia, vt probat *Ioannes* AONIVS in *Historia Hetrusca.* Hastam itaque, vt omnem hastarum solennitatem explicemus, faciemus quadruplicem, sacram, militarem, publicam & Centumuiralem. Hasta sacra erat, quae Deorum immortalium statuis apponebatur. LVCANVS: (*Pharsal. Lib. VII. v. 458.*)

Fulminibus manes radiis ornabit & hastis.

Significantes Deos bellorum praesides esse, eorumque auspiciis gubernari. b) Sed an omnium Deorum

a) Quod tamen OVIDIVS non adfirmat, tantum varias opiniones referens, quamobrem statim subiicit:

Siue suum Regi nomen posuere Quirites:
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

b) *Io. Ge.* GRAEVIVS *Praefat. Tom. II. Th. Antiq. Rom. pag. fi num. 31. & 32.* occasione huius capitis monuit sequentia: „*Siccama* vbi agit de hastis Deo sacris, affert locum LVCANI:

Fulminibus manes radiis ornabit & hastis.

„Sed hic versus non agit de hastis istis; in emendatis editionibus dudum rectius legitur: *Fulminibus manes radiis* „*ornabit & astris.* Et sic legendum esse docti Viri ostenderunt ex numis Iulii Caesaris quibus stella est opposita, „diuinitatis index. Hastae vero vt Diis sacrae sint, illorumque statuis in antiquis monumentis & numismatibus „addantur, vide IVSTINVM *Lib. XLIII.* (*cap. 3.*) & quae „vir dignitate & doctrina illustris *Gisbertus* CVPERVS nota-

rum ſtatuae haſtis fuerint ornatae, affirmare non audeo; certe Lanuuii ad Iunonis ſtatuam haſta erat, quae mota ſaepe prodigio fuit. Martis quoque ſtatua in Numae ſacrario ambabus manibus haſtam ferebat, quae cum moueretur, hoſtiis maioribus a Pontifice maximo prodigium illud expiabatur. A. GELLIVS *Lib. IV. cap. 6.* Militaris haſta duplex erat, fecialis & cruenta. Fecialis erat, quam pater patratus bellum nomine populi Romani genti alicui indicturus, poſt ſolennes precationes factas in eorum regionem proiiciebat, quae latiſſime tradit FENESTELLA (*de Magiſtratib ſacerdotiisque Romanor. Lib I. c. 9.*) & BRISSONIVS *de Formulis Lib. IV.* (*cap. 12.*)

I 3 Poſte-

„notauit ad *Apotheoſin Homeri.* Quae mox de cruenta „haſta in caſtris erecta, cum vrbs hoſtilis eſſet diripienda, „tradit, merum eſt commentum. Nihil CAESAR in illo „loco *Lib. II. belli Gallici* de haſta, ſed ſignificat illius op- „pidi incolas & illorum bona vendita fuiſſe in auctione. „Quam dicitur vibraſſe P. Sylla a CICERONE II. *de Offi- „cüs, cruenta* dicitur, quia Romae poſita haſta in foro, ci- „uium, in illo bello & proſcriptione iugulatorum, bona „vendebantur, non quod fuerit rubri coloris, vt ridicule „*Siccama.* Non alia fuit, quam quae paulo poſt ab illo „venditionis haſta dicitur. Dein cum ait, haſtam a Prae- „tore fuiſſe poſitam, cum alicuius bona parti aduerſae „addiceret, nulla Veterum auctoritate nititur. Haſta po- „nebatur in foro, cum alicuius bona decreto Praetoris „venderentur, inde *Subhaſtari* dicebantur. Eadem eſt illa „haſta praetoria, quam SENECA *de breuit. vit. c. XI.* di- „cit infami lucro nonnullos *exercere*, ſic enim legitur, „non *beare*, quia, vt bene LIPSIVS, inuidiam eae ven- „ditiones habebant. Nec ſunt vllius pretii, quae de „haſta ſalutis tradit.„ Haec GRAEVIVS. Quibus tantum addere lubet, quae Vir Summus de ſtella Apotheoſis indice dixit, latius exponi a *I. B.* MENKEN diſſ. *de Auguſtorum Auguſtarumque Conſecratione ex numis illuſtrata ſ. 14.* in *diſſ. Academ.* a fil. *Fr. Ott.* MENKEN Lipſ. 1734. 8. editis. nr. 1. & *Io. Dan.* SCHOEPFLIN *de Apotheoſi ſ. Conſecratione Impp. Rom.* (Argentor. 1730. 4.) *Cap. IV. p. 93.* Ceterum de haſtarum variis vſibus multa habet *Guid.* PANCIROLL. *Var. lect. Lib. I. c. 93.* & *Fr.* AMAYA *Com. ad Lib. X. tit. 3. C. Iuſtin.*

Posteris temporibus, cum propter imperii magnitudinem pater patratus mitti ad fines hostium non posset, Consul qui imperator belli futurus erat, ex columna ad aedem Bellonae, prope portam Carmentalem, hastam mittebat, eam partem versus, in quam ituri erant. OVIDIVS in *Fastis:* (*Lib. VI. v. 207.*)

Hinc solet hasta manu belli praenuntia mitti
In regnum & gentem; cum placet arma capi. c)

Cruenta hasta erat rubei coloris, quae in castris editiore loco ponebatur, cum ciuitas aliqua vi subacta, hostili furore diripienda esset, quae designabat militibus licentiam esse, in bona fortunasque victorum impune grassari. CAESAR *Lib. II. de bello Gall. Postridie eius diei, refractis portis, quum iam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, sectionem eius oppidi vniuersam Caesar vendidit.* Per *sectionem* (opinor) intelligens publicam venditionem seu direptionem bonorum. CICERO *de Offic. Lib. II. (cap. 8.) Nec vero vnquam bellorum ciuilium semen, & causa deerit, dum homines perditi hastam illam cruentam, & meminerint, & sperabunt, quam Publius Sylla cum vibrasset, Dictatore propinquo suo, item sexto tricesimo anno post a sceleratiore hasta non recessit;* agit enim de bonis proscriptorum venditis. Publica hasta alia erat censoria seu locationis, alia praetoria seu venditionis, alia fiscalis, alia salutis seu frumentaria. Censoria seu locationis erat, quam Censores, vectigalia & tributa publica locaturi, in foro figebant, quod auctoritate publica S. P. Q. R. fieret. LIVIVS *Lib. XXXIX. (cap. 44.) Censores edicto, submotis ab hasta qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paululum imminutis pretiis locauerunt.*

c) Addatur testimonium FESTI, *Bellona,* inquientis, *dicitur Dea bellorum, ante cuius templum erat columella, quae bellica dicebatur: supra quam hastam iacebant, cum bellum indicebatur.*

runt. COLVMELLA *praefat. lib. 1. de Re rustica. Vbi dii cultus agrorum progeniem suam docuerant, ibi nunc ad hastam locamus.* TERTVLLIANVS *in Apologet. (cap. 13.) Sic Capitolium, sic Clitorium forum petitur, sub eadem voce praeconis, sub eadem hasta, sub eadem annotatione quaestoris, diuinitas addicta conducitur.* Hasta praetoria erat, quae ponebatur, cum ex praetoris decreto bona rei essent publice vendenda: alioquin enim praetorem hastam non posuisse existimo, quod nusquam illud probari possit, sed tunc poni solitam, cum aut reo contumaciter emanente, aut parente quidem, sed causa cadente, praetor aduersae parti bona eius addiceret. Quo sensu SENECA dixit in libro *de breuitate vitae: (cap. 11.) Quos hasta praetoris infamibus beat lucris.* Per *infamia lucra* eam haud dubie bonorum proscriptionem intelligens, ita enim cum RAEVARDO *(Protribunal. cap. XIX.)* interpretor, quae missionem in bona decretalem post diem XXX. sequebatur. FESTVS: *Hastae subiiciebantur, quae publice venum dabant, quia signum praecipuum est hasta.* SENECA *de Ira Lib. I. cap. 2. Videbis – & capita principum sub ciuili hasta venalia.* & IVVENALIS: *(Satyr. III. v. 33.)*

Et praebere caput domina venale sub hasta.

Hinc hasta fiscalis, qua posita ea vendebantur, quae ad fiscum pertinebant, quae venditio sine hasta peracta, rata non habebatur, *L. 1. & 2. C. de Iure & fide hast. fisc. (Lib. X. tit. 3.)* nam auctoritate principis & eius qui principis nomine ei praeerat, facta non esse videbatur. Hasta salutis erat, cum in summa annonae caritate, frumentum publicum ad hastam vendebatur. SENECA: *Sed si semel ponis hastam salutis & redemptores vitae admittis, melius vendes.* Centumuiralis hasta erat, quae posita significabat, Centumuiros esse cogendos, & Centumuirale iudicium quasi publicum populi Romani conuen-

uentum esse exercendum. Sunt qui existimant, hastam illam non Centumuiralem modo, sed eandem cum Decemuirali & praetoria fuisse. SIGONIVS sibi ipsi non constat, nam libro *de Iudiciis capite 8.* & *28.* modo praetoriam, Decemuiralem, & Centumuiralem hastam eandem esse putat, modo Decemuiralem, a Centumuirali discernit, auctoritate QVINCTILIANI, qui *Lib. V. cap. 2.* scribit: *Praeiudicia etiam dicuntur, cum de eadem causa pronunciatum est, vt in reis deportatis, & in adsertione secunda, & in partibus Centumuiralium, quae in duas hastas diuisae sunt.* Assertionem secundam vocans secundum iudicium de libertate a Centumuiris factum, partes vero Centumuiralium, quae duplicia nactae sunt iudicia, vnum Decemuirûm, alterum Centumuirûm. Quae opinio cum supra *Lib. I. cap. 10.* satis refutata sit, hic solum mihi probandam erit, vnam Centumuiralem hastam fuisse, diuersam a praetoria, quam paulo ante descripsimus, nec Decemuiros proprie vllam hastam habuisse. Primum vbicumque Centumuiralis iudicii mentio est, frequenter hasta Centumuiralis nominatur. SVETONIVS *August. cap. XXXII. Vt Centumuiralem hastam, quam quaestura functi consueuerant cogere, Decemuiri cogerent.* MARTIALIS: (*Epigram. Lib. VII. Ep. 62.*

Hunc miratur adhuc centum grauis hasta virorum.

STATIVS in *Syluis ad Marcell.* (*Lib. IV. Ep. 4. v. 43.*)

Cessat centeni moderatrix iudicis hasta.

Immo & VALERIVS MAXIMVS, Centumuirale iudicium hastae iudicium appellat κατ' ἐξοχὴν, *Lib. VII. cap. 8.* (*ex. 1.*) *Testamento is filium instituit heredem, quod T. Longus sanguine ei proximus, hastae iudicio subuertere frustra conatus est.* Et paulo post: (*ex. 4.*) *Quod ad hastae iudicium attinuit, cineres fratris sui quietos esse passus est.* Deinde cum supra probatum sit,

ſit, haſtam ſignum fuiſſe publicae & ſupremae poteſtatis, veriſimile eſt, haſtam Centumuiris fuiſſe praefixam, vt indicaret ſummum & populare eſſe iudicium, cum ex vniuerſo populo Romano ad hoc iudicium ſortiti eſſent; & ſupremam illis iudicandi poteſtatem fuiſſe commiſſam, cum prouocari ab illis non licuerit, quod non modo ex SVETONII loco, quem *Lib. I. cap. 6.* (*p. 54.*) adduximus, clarum eſt, verum etiam quod intricati iuris, & difficillimas non facti, ſed de aequitate & iure controuerſias, ad ipſos deferrent, quod abſurdum fuiſſet, ſi ab illis ad alios prouocare licuiſſet. Quod vero Decemuiri haſtam non habuerint, omnino verum eſt, quia nuſquam haſtae Decemuiralis mentio fit, niſi apud auctorem carminis ad Piſonem:

Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum.

Vbi ſane non vult Decemuiros propria iuriſdictione haſtam habuiſſe, ſed eam qua Centumuiros cogerent, vt mox ipſe interpretatur ſequenti verſiculo:

Et firmare iubet centeno iudice cauſas.

Quae ſi ita ſunt, vt hactenus a nobis diſputata ſunt, vt eſſe quidem mihi certo perſuadeo, d) euerſa ſunt, quaecunque RAEVARDVS *Protribunal. cap. XX.* de hac materia contra nos crocitat, quae omnia refutare ſigillatim noſtri non eſt propoſiti, ſatiſque erunt euerſa, ſi cum iis quae hoc capite diximus, a lectore conferantur. Quamobrem ratio nunc exigit, vt, quae hactenus de Centumuirali dicta ſunt iudicio, breuiter recolligentes, formam eius modumque ſedendi & iudicandi proponamus.

I 5 CAP.

d) Forſan autem haec *A.* diſputatio ſuperflua, ſi cogitamus haſtam Praetoriae iuriſdictionis indicem fuiſſe, eamque, ſummis huius Magiſtratus conſiliis, adſcribi ſolere.

CAP. IV.

De Subscriptione & forma iudicii Centumuiralis.

Quae superiori libro *cap. XII.* dicta sunt, hic repetenda omnino videntur, nempe, praetorem vrbanum Centumuiris praesedisse. Itaque si quis Centumuirali iudicio agere vellet, plane necessarium erat, a praetore vrbano veniam agendi impetrare, a) vt indicat VALERIVS MAXIMVS *Libro VII. cap. 7.*

a) Obseruarunt Viri docti, Illustris PÜTTMANN *Interpretation. & Obseruat. Cap. XXX. pag. 150.* & *Chr. Henr.* TROTZ de *memor. propagat. Cap. VIII. §. 2. pag. 542.* ordinem cognoscendi a CViris olim seruatum, aliquo modo cum iudiciis publicis conuenire. Quae vero *Siccama*, de impetranda venia agendi, monuit, admitti possunt omnino, & in de inofficioso querela, saepe etiam a Praetore bonorum possessio litis ordinandae gratia, petenda erat, quae sine re erat *L. 2. C. de inoff. testam.* & a ICtis ad praeparationem litis refertur. *L. 6. §. 2. L. 7. D. Eod.* v. *Ios.*, AVERAN, *Interpretat. iur. civ. Lib. I. Cap. 8.* Nobis tamen hic inprimis disquirendum superest: *Num formula dati sint CViri a Praetore?* Adfirmantem opinionem amplexus est *I. A.* BACH *hist. Iurispr. R. p. 182.* quamquam, qualis formula praescripta fuerit, vniuerse pronunciare non audeat. Qua in re me adsentientem non habet. Enimuero Praetorem, de qua re iudicium ferendum, CViros instituisse, probabile quidem est; sed tali formula, quali pedanei dabantur, hi iudices instructi fuisse non videntur. Scilicet quoniam de facto solo non iudicabant, sed de iure ipso, in causis vbi Praetor istud e Legibus statuere non valebat; quaenam sententia, si hoc vel illud pateret, dicenda, sicut in controuersiis expediti iuris, praescribi vix poterat, adeoque essentiale formulae deficiebat. Ait *Bachius cit. loc.* delegationem verbis mandatoque fieri, & necessario iudices scire debuisse, de qua re iudicaturi sint; sed ea tanti ponderis non sunt vt moueamur: Praetorem iudices instruxisse concedimus, sed id eius indolis formula, qualem *Bachius* intellexit, effectum esse, negamus. Quodsi tibi sub formula, solennia verba, quibus adhibitis causae controuersae iudicium ad CViros delatum, comprehendere placeat, mihi saltim perinde erit; modo

cap. 7. (ex. 5.) Egregia est quoque C. Calphurnii Pisonis praetoris vrbani constitutio. Cum enim ad eum Terentius ex octo filiis, quos in adolescentiam perduxerat, ab vno in adoptionem dato, exheredatum se querelam detulisset, bonorum adolescentis possessionem ei dedit, heredesque lege agere passus non est. Post vero impetratam actionem non solum qui impetrauerat, sed etiam is quocum agendum erat, iudicium Centumuirale subscribebat, & attestabatur, consentire se vt de proposita actione Centumuirale iudicium exerceretur. PLINIVS *Lib. V. Epist. 1. Post hoc ille cum ceteris subscripsit Centumuirale iudicium, mecum non subscripsit.* b) Eaque mutua subscriptio intra biennium

modo cogites, hanc verborum conceptionem, non futurae sententiae indicem, sed litis negotiique mentionem, tantum inclusisse. Exactam rei notionem nihilominus consequebantur postea, cum *exactas & accuratas exigerent actiones*, teste QVINCTILIANO *Inst. Orat. Lib. IV. c. 1.* & Patroni causas perspicue proponere deberent; hinc certiores fiebant de negotii natura & qualitate, de quo iudicare illos oportebat. Quin imo & in hac specie e iudiciis publicis exemplum sumere haud erit inutile, in quibus, quantum scio, iudices selecti cognouerunt de criminibus sine formula.

b) PLINII locus, ob memoratam subscriptionem, dudum mihi aliisque perdifficilis visus est. Quae in iudiciis publicis fuerit indoles subscriptioni, tam e Veterum auctorum, quam e iuris romani locis, abunde constat; qualem vero in iudicio CVirali habuit faciem, in tanto priscorum monumentorum silentio, magis diuinandum quam adfirmandum est. Contra *Nostri* coniecturam varia iam moueri possunt dubia: nam quaero quid opus consensum in CVirale iudicium subscriptione testari, quod recusari potuisse non legimus, quod antiquo tempore supremum erat, & in quo solo exheredati conquerebantur? Sed iuuabit Aliorum quoque hac de re sententias audire; & video *Gu.* BVDAEVM *Amotat. ad Pand. p. m. 141.* vbi multa de verbo, subscribere, haec notasse: *Subscribere etiam est iudicium dictare, quasique dicam scribere, vt Cicero loquitur. Plinius L. V. Ep. 1. post hoc ille* reliq. Eadem fere, BVDAEO non laudato, reperio apud *Const. Iac. van* RENNESSE d. *de coer-*

nium fiebat, alioquin is, qui petebat, excludebatur, & bonorum possessor, seu heres scriptus, vsu cepisse

coercitione accusator. Cap. II. §. 2. in OELR. *nou. Th. Diss. belg. Vol. 1. T. 2. p. 591.* vbi adhuc *L. 65. D. pro Socio* citatur, in qua *dictati iudicii* facta mentio: ibi tamen PAVLVS in genere tantum motum iudicium indicasse videtur, & locus obtorto collo huc trahitur. Alios autem, subscriptionem in sola inofficiosi querela eatenus, quatenus in deferendo crimine accusatio subscribenda, admittere inuenio. Hanc coniectionem proposuit *Ian. a* COSTA *ad pr. J. de inoff. testam.* eamque laude sua ornauit Illustr. PÜTTMANNVS *Interpr. & Obseru. Cap. XXX. p. 150.* sed explicatiorem dedit mentem a COSTA *in Summar. ad Tit. 3. Lib. II. Decretal. p. 377.* (Ed. Paris. 1676. 4.) vbi haec leguntur, quae adponere volui, cum elegans commentarius in omnium manibus non sit. *De libelli datione exstat insignis locus in L. 7. ff. de inoff. testamento, quem Graeci interpretes accipiunt de libello oblato magistratui, vt scilicet libello subscribat magistratus: quam interpretationem D. Cuiacius improbat, & censet dictum locum intelligendum esse de editione actionis, quam quis potest libello complecti, & dare* L. 1. §. 1. ff. de edend. *Nec enim habuit hic libellus subscriptionem magistratus; & videntur Graeci respicere ad libelli dationem, quae tandem, vt dixi, in vsu remansit. Sed quod attinet ad dictam,* Legem 7. *ausim dicere nondum, quod sciam, fuisse deprehensa certissima vestigia veteris iuris obseruati in hoc Centumuirali iudicio, quo filii exheredati iisdem fere solemnibus, quae in publicis iudiciis obseruantur, cum denunciationibus & subscriptis libellis, accusabant iudicium testatoris, & tamquam in crimen subscribebant, vt docet* Plin. Secund. epist. 1. lib. 5. Post hoc, ille, *inquit*, cum caeteris subscripsit centumuirale iudicium. *Et ita in* d. lege *haec uerba:* Si comminatus accusationem fuerit, vel vsque ad libelli dationem vel denunciationem processerit; *omnino sunt accipienda de veteri ritu huius iudicii Centumuiralis, & de accusatione, quae, vt* Valerius Maximus *loquitur*, in fine cap. 8. lib. 7. Mortui cineres quietos esse non patitur. *Non ergo referenda sunt, vel ad editionem actionis, vel ad libelli dationem, vel oblationem, quae tandem obtinuit; vt scilicet ex libello oblato iudici, & ab eodem subscripto, aduersarium vocare, in ius liceat.* Symmachus *Ep. 36. Lib. X.* Hanc illico Vir clarissimus & spectabilis Vicarius, vt subscriptio libri indicat adesse praecepit. *Ergo hoc modo vocatur reus in ius Magistratus iussu §. sen-*

cepisse dicebatur. PLINIVS *eadem epistola: Scis te non subscripsisse mecum, &. iam biennium transiisse, omnia-*

sed; illa (26.) I. de action. *Et haec subscriptio dicitur sententia iudicis commonitoria*, L. Omnes (33. *pr.*) L. Cum Clericis (25.) §. memorati (*1.*) *&* §. Statuimus (2.) C. de Episc. & Cleric. *vt adnotatio qua subscribit Princeps libello decretum adnotationis* L. 1. C. de Precib. Imp. offer. *& simpliciter decretum.* Haec *Ianus a Costa*, quem ideo laudauit *Chr. Henric.* TROTZ *de Mem. propag. Cap. VIII.* §. 2. *p.* 543. Sunt tamen quae doctam coniecturam premant dubia, quae mallem insoluta non reliquisset. Primum, subscriptionem in de inofficioso querela locum sibi duntaxat vindicasse, vix attingam, posset enim eo conuelli, vt in tali causa tantum a *Plinio* memorata sit: nec alteri diutius insistam, Romanos scilicet, cum antiquis temporibus ab accusationis duriusculo verbo abstinuerint, ordinem in accusatione criminum seruandum, in querela inofficiosi adhibere, & subscriptionem in crimen inducere non potuisse: Cui quidem dubitationi aliquo modo reponi posset, querelam postea saepius accusationem nominatam esse. Sed iam ad difficiliora venio, primo quaerendum est, vbi subscriptionem in crimen inducere potuerunt vbi nullum fuit, vtpote testator pietatis officia laeserat liberos exheredando, crimen autem haud commiserat. Deinde vero quam ob causam aduersarii conquirentis, heredisque adeo in testamento renunciati, subscriptione fuisset opus? Faciamus enim subscriptionem iudicii CViralis, eandem, quam in publicis iudiciis, indolem habuisse, profecto, cum ibi delatorum & accusatorum inscriptio in crimen sufficeret; in hac inofficiosi testamenti accusatione rei, h. e. heredis nominati, superflua videtur. Nihilo tamen minus heredes CVirale iudicium subscripsisse constat e *Plinio*, ait enim: *Curianus cum reliquis subscripsit CVirale iudicium mecum non subscripsit:* & paulo post; *Scis te non subscripsisse mecum.* Vtraque pars nomina videtur subsignasse, nam *τα cum reliquis & mecum*, aliam commodam haud patiuntur interpretationem. Haec mihi, coniecturam *Iani a Costa* legenti, in mentem venerunt, quae, quominus ipsi accedere abs me possim impetrare, impediunt: Quemadmodum denunciatio, cuius *Ipse* e *L.* 7. *D. de inoff. test.* meminit, a denunciatione criminis, quam intellexisse videtur, diuersa erat; ita quoque subscriptionem CViralis iudicii in querela inoffi-

ciosi

omniaque me vsucepisse: vt *cap. VI.* latius dicam. Subscriptione facta Praetor Decemuiros litibus iudicandis conuocabat, significans esse, qui Centumuirale iudicium subscripsissent. Illi in diem adscriptum, centum & octoginta viros ex populo Romano sortiebantur, & ad statutum diem certo loco adesse iubebant. Postquam dies aduenisset, aderat Praetor cum Decemuiris & Centumuiris ad basilicam quandam, in qua frequentissime conueniebant; Praetor tri-

ciosi, *Plinii* saltim aetate, necessariam, a criminis subscriptione diuersam fuisse probabile est. Neque tamen ego doctissimi viri despicio coniecturas, quin eas potius laude dignissimas esse censeam: Vereor enim ne meae qualicumque coniectioni adhuc potiora obsistant. Quid igitur si putemus, subscriptionem ab actore & reo eam ob rationem fuisse perficiendam, vt certus dies constitueretur quo partes in Basilicam descenderent, & inprimis reus, satis praeparatus ad tuendam in de inofficioso querela vltimam voluntatem accederet? Credibile scilicet aliquod tempus praetermittendum fuisse post hunc actum, & postquam lis praeparata erat, prius quam ad CViros venirent, nam *Plinius* ait: *Post hoc ille, cum ceteris subscripsit CVirale iudicium mecum non subscripsit. Appetebat iudicii dies!* — Certus igitur dies iam a partibus constitutus erat, alias enim eum appetiisse s. appropinquasse dicere Plinius non potuisset, & illum forsasse nec ignorarunt iudices, attamen remotior fuisse videtur quam in aliis iudiciis, vbi saepe in perendinum diem iudex vel arbiter postulatus est, nisi aliud placuerat litigantibus. Coniecturae meae rationem verosimilem in eo ponere gestio, vt reus meliorem caussae suae instrueret defensionem, & Patrono suo suppeditaret omnia, quae ad tuendum supremum defuncti iudicium, & probandam iustam exheredationem erant necessaria. Accedit, CVirale iudicium differri non potuisse, aut dilationem difficulter impetrasse agentes, teste PLINIO *Lib. I. Ep. 18.* quod Noster *Lib. I. cap. 6. pag. 45.* tamquam peculiare huius iudicii notauit, quale fuit omnino; & ex eadem forsan ratione idem PLINIVS *Lib. V. Ep. 21.* otium quod Praetor qui CViralibus praesidebat dederat aliquando, *inopinatum* dicere potuit quod scilicet non expectauerant, nec facile impetrare potuissent. His igitur ex caussis necessum erat, vt scirent litigantes, quando veniendum esset ad CViros, quod tempus subscriptione gemina constituerent.

tribunal sellamque praetoriam adscendebat, Centumuiri se in quatuor tribunalia diffundebant, Decemuiri singuli singulis tribunalibus, tanquam iudices quaestionis, & suffragia collaturi, adsidebant, hasta Centumuiralis iudicii indice, singulis consiliis adfixa. Iudicio ita ornato & disposito, populus multiplici corona tribunalia omnia circumstabat, aduocati summa eloquentia causas orabant; quae singula cum superiori libro vberius explicata sint, & variis auctorum testimoniis comprobata, restat nunc, vt discutiamus, quae causae apud Centumuiros agerentur.

C A P. V.

Quibus de causis & quaestionibus Centumuiri iudicabant.

Quibus de controuersiis, causisque priscis temporibus Centumuiri iudicauerint, *) eleganter explicat CICERO *Libro I. de Oratore* (*cap. 38.*) hisce verbis: *Nam volitare in foro, haerere in iure, ac Praetorum tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus saepe non de facto, sed de aequitate ac iure certetur, iactare se in causis Centumuiralibus in quibus vsucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum, ruptorum, aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium iura versentur, cum omnino quid suum, quid alienum, quare denique ciuis, an peregrinus, seruus, an liber quisquam sit, ignoret, insignis est impudentiae.* Atque ita quidem obtinuisse arbitror,

*) Quae contra *Siccamae* doctrinam, & vniuersim de hac materia, monenda mihi visa sunt, velim cognoscas e *Mea* disquisitione *de causis Centumuiralibus*, in *Syllog. Opusc. adi. nr. V.*

tror, vt nempe ſuper omnium illorum, quae enumerat CICERO, quaeſtionibus, Centumuirale iudicium exerceretur, cum Centumuiri primum eſſent inſtituti, tum quod omnes iſtae controuerſiae, in iuris & aequitatis quaeſtione quoque ſint poſitae, tum quod hereditariae quaeſtiones nondum eſſent adeo frequentes. Poſterioribus vero temporibus, probabile videri poteſt, Centumuiros de ſolis hereditariis controuerſiis, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato obuenirent, iudicaſſe; quod tribus argumentis probari, confirmarique poteſt. Primum, quod apud nullos iuris, antiquitatum, & hiſtoriarum Scriptores, nec apud quemquam qui Centumuiralis iudicii meminerit, legatur Centumuiros de eiuſmodi controuerſiis, quales CICERO enumerat, iudicaſſe. Secundo, quod apud diuerſos iuris, antiquitatum, & hiſtoriarum Scriptores legatur, Centumuiros de hereditariis quaeſtionibus iudicaſſe: & ne mihi quiſquam ſimpliciter aſſerenti fidem adhibeat, quibuſdam bonae notae ſcriptoribus teſtimonium denunciabo, ac primum CICERONI ipſi, *eodemque libro* (*cap.* 39.), quo ita teſtatur, *Quae potuit igitur cauſa eſſe maior, quam illius militis? de cuius morte, cum domum falſus ab exercitu nuntius veniſſet, & pater eius, re credita, teſtamentum mutaſſet, &, quem ei viſum eſſet, feciſſet heredem, eſſetque ipſe mortuus, res delata eſt ad Centumuiros, cum ipſe domum reueniſſet, egiſſetque lege in hereditatem paternam teſtamento exheres filius?* Et paulo poſt: *Quid? qua de re inter Marcellos & Claudios patricios Centumuiri iudicarunt? cum Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudii patricii, eiuſdem hominis hereditatem gente ad ſe rediiſſe dicerent.* Teſtatur idem PLINIVS *Lib. VI. Epiſtol.* 33. *Nam femina ſplendide nata, nupta praetorio viro, exheredata ab octogenario patre, intra XI. dies, quam ille nouercam ei, amore captus, induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat: ſedebant iudices centum & octoginta, &c.*

Item

Item QVINCTILIANVS *Lib. IV. cap. 2. (init.) Id accidit aliquando vtrique parti, cum vel nulla expositio est, vel de re constat, de iure quaeritur, vt apud Centumuiros. filius, an frater debeat intestato heres esse.* Et IVSTINIANVS Imperator *in L. vlt. (pr.) C. de petit. hered. Cum hereditatis petitioni locus fuerat, exceptio adsumebatur, quae tuebatur hereditatis petitionem, ne fieret ei praeiudicium. Magnitudo enim & auctoritas Centumuiralis iudicii, non patiebatur per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi.* Aliisque multis locis innumeris, quae omnia hic congerere, putidum esset, & taediosum. Tertio, quod quaeuis hereditatis petitio absolute vocetur Centumuirale iudicium, vt *in d. L. vlt. C. de petit. hered.* & *L. 13. D. de Inoff. testam.* vbi sic: *Si soror Centumuirali iudicio obtinuerit, quaesitum est, an fideicommissa ex capite supra scripto debeantur.* Quae, licet ita sint, vt hactenus probauimus, saepissime tamen, & frequentius inofficiosi testamenti querela apud Centumuiros instituebatur, vt ex toto titulo Pandectarum de inofficioso testamento manifestum est, & comprobatur *L. vlt. C. de liber. praeter. & exher.* multisque aliis locis apud CICERONEM, QVINCTILIANVM, PLINIVM, & SENECAM, idque eam ob causam, quod inofficiosi testamenti querela extraordinarii iuris sit. Nam cum olim iure ciuili parentibus liceret filios suos in potestate positos, absque vlla causa exheredare, ceteros vero praeterire, nec vllum remedium, vel ciuili, vel iure praetorio relictum erat, quo ad bona inhumani patris testamento eius solenniter facto, & subsistente, alioquin enim alia ratio testamentum nullum erat, peruenirent, deque ea re tandem maximae querelae ad populum ferrentur, populus Romanus, ad quem suprema erat prouocatio, per Centumuiros, qui erant legitimus P. R. conuentus, extra ordinem iussit subuenire, *non enim consentiendum erat parentibus, qui iniuriam aduersus*

liberos suos testamento inducunt, L. 4. D. de Inoff. Testam. Cuius aequitatem considerantes Consules, Praetores, atque ipsi Principes, adeo eorum legibus, edictis, & decretis confirmarunt hanc querelam, quod tandem in ordinariam iurisdictionem abierit. Quamobrem operae pretium erit, quae de inofficiosi testamenti querela dici possunt, hic ex diuersis auctoribus colligere & explicare.

C A P. VI.

De Querela inofficiosi testamenti, quomodo & quando competebat, deque lege Glicia & eius origine.

Querela inofficiosi testamenti, *est imploratio officii iudicis, lege Glicia introducta, qua quis accusat scriptum testamentum validum, quia in eo se contra officium pietatis, & sine iusta causa exheredatum dicit, petitque illud, vt iniustum rescindi, certo tempore modoque circumscripta.* a) *Querela.* Querelam vocarunt

a) Quod ad *Nostri* finitionem querelae attinet, ea satis accurata non est, neque tamen illam sigillatim refutabo, sed alia substituta, leues tantum flores ad praesens caput spargam. Inofficiosum dici poterat testamentum, tam excipiendo, quam agendo: Excipiendo, quando heres institutus, ab inique exheredato rerum hereditariarum possessore, petebat hereditatem, vt e *L. 8. §. 13. D. de inoff. testam.* videre est. Agendo fit, cum querela mouetur. Huius autem querelae duplex notio formanda, quia iure nouissimo in totum paene ipsius indoles est transformata. Antiquo iure erat remedium, quo, rite quidem at sine merito exheredati praeteritiue, contra heredem in testamento scriptum & ex eodem hereditatem adeuntem, vtebantur, eum in finem, vt rescisso testamento hereditas restitueretur. Contra vero iure nouissimo, non dubito non illam definire per actionem, quam mouent hi, qui rite quidem, at sine causa exheredandi a legibus probata, ab omni heredi-

runt duabus potissimum de causis. Primo, quod proprie non sit actio, cum non persequatur ius agentis. nec accusatio, quod non persequatur poenam, sed simpliciter conqueritur, se inique exheredatum, petitque testamentum rescindi. *L. 5. D. De inoffic. testam.* Deinde, quod nudum actionis nomen non satis esset efficax ad infirmandum testamentum, quod, nisi probata patris iniquitate, fieri non poterat. Accusationis vero verbum acerbius erat, quam pietas & reuerentia patris ferret, cum patrem quoque accusare non liceret, vt legibus constitutum est. Quamobrem ita temperarunt, vt neque molliorem appellationem, quam pro iudicii grauitate, neque acerbiorem, quam ipsa parentum pietas exigit, accommodarent. b) *Inofficiosi.* De inofficioso testamento CICERO *in Verrem Libro I.* (*C. 42.*) *Iure, legibus. auctoritate omnium qui consulebantur, testamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum: quod si ita fecisset; tamen post illius mortem, nihil de testamento illius noui iuris constitui oporteret.* Est autem improbum testamentum contra leges, inhumanum contra pietatem, inofficiosum contra merita factum. Dictum

reditate sunt exclusi, contra institutos heredes, eum in finem, vt heredis institutio in supremo iudicio facta rescindatur.

b) Concedi quidem potest, querelae verbum antiquis temporibus eam ob rationem adhibitum esse, vt, iustam & ciuilem actionem haud adesse, iuris archytecti, significarent, quoniam stricto iure testamentum consistebat omnino; at enim insequenti aetate, haec querela sub *actionis* nomine frequenter obuenit. vid. v. c. *L. 12. §. 3. D. de inoff. testam. L. 3. L. 7. L. 30. C. Eod.* Imo non desunt exempla, vbi duriori *accusationis* verbo istud remedium notatum est vid. *L. 30. pr. D.* & *L. 7. L. 12. C. cit. tit.* Neque vocabulum *querelae*, huius generis actioni proprium fuit, sed illud ad alias etiam actiones & accusationes translatum est. vid. *L. 12. §. 2. D. de tutor. & curat. dand. L. 11. §. 1. D. de Accus. & inscr. L. 6. ad L. Iul. de vi publ.*

vero inofficiosum, quasi contra merita, & officium pietatis, id est, quod testator contra officium suum, quod alteri debebat, fecit. Et cum eo modo omnia fere testamenta inofficiosa dici possent, tandem κατ' ἐξοχὴν ea inofficiosa dicta sunt, quae debitum liberis, parentibus, fratribus, sororibusque officium non praestant: nam qui erga illos inofficiosus & inhumanus est, erga se ipsum talis esse existimatur. Apud Romanos vero summi officii & honoris loco erat, ex aliorum testamentis aliquid accipere. VLPIANVS *L. 3. ſſ. 2. D. de leg. praest. contr. tab. b: p. pet. Hoc autem solum debetur, quod ipsis parentibus relictum est, & liberis. Ceterum si seruo eorum fuerit adscriptum, vel subiectae eorum iuri personae, non debetur. Nec enim quaeritur cui acquiratur, sed cui honos habitus sit.* CICERO *pro Quinctio:* (*c. 4.*) *Moritur in Gallia Quinctius, cum adesset Naeuius; & moritur repentino: heredem testamento reliquit hunc P. Quinctium; vt ad quem summus moeror morte veniebat, ad eundem summus honor quoque perueniret.* QVINCTILIANVS in *Declamat.* (*332.*) *Institutus es primo loco heres, non facio tibi istius honoris controuersiam*: aliisque locis multis. c) Idque non solum propter bona quae relinquebantur, verum etiam quod in nomen familiae adsciscebantur. CICERO *de Offic. Lib. III.* (*cap. 18.*) *Sed cum Basilius M.*

c) v. c. *L. 1. C. de Bon. Poss. c. t. quam Praet. lib. poll.* CICER. *Or. pro Caecinna cap. 4.* SENEC, *Declam. Lib. II. Decl. 7.* Inde honorati, honorataeque personae obueniunt in *L. 15. ſ. 1. D. ad L. Corn. de fals. L. 1. C. Commun. de legat. L. vn. ſ. 9. C. de Caduc. tollend.* cf. *Guil.* FORNER. *Selection. Lib. I. cap. 19. Barn.* BRISSON. *Antiq. Lib. IV. cap. 19.* Nam raro talem institutionis formulam inuentam puto, qualem legimus in *L. 48. §. 1. D. de hered. instituend.* Add. *Desider.* HERALD. *Emendat. & Obseru. Cap. 28.* Contra vero exheredatio & praeteritio nominata est iniuria *L. 8. pr. D. de inoff. test. Nov. CXV. cap. 5.* forte, quia exheredatio interdum solebat cum conuicio coniungi, vid. *Euerard.* OTTON. *Papinian. Cap. VI. ſ. 2. Chr. Henr.* TROTZ *de memor. propagat. Cap. VIII. §. 2. pag. 544.*

M. Satrium sororis filium nomen suum ferre voluisset, eumque fecisset heredem, hunc, ait, dico patronum agri Piceni & Sabini. CICERO *ad Atticum Lib. VII. Epist. 8. Dolabellam video Liuiae testamento cum duobus coheredibus esse in triente, sed iuberi mutare nomen. Est politicum scemma, rectumne sit nobili adolescenti mutare nomen, mulieris testamento.* d) *Imploratio.* Etenim non aliqua actione, sed tantum miserationis querela Centumuirorum opem implorabant, vt illi testamentum contra merita factum rescinderent, eoque facto illis iniuste exheredatis bona restituerent, vt postea probabimus. *Lege Glicia.* Ad quam CAIVS singularem librum scripsit, eiusque vna sententia adhuc superest in *L. 4. D. de inoff. test.* Tulit eam M. Claudius Glicia Dictator, dictaturam gessit A. V. C. DV. C. Claudio Pulchro, L. Iunio Coss. qui mox coactus est, se dictatura abdicare, vt putat *Iacobus* CVIACIVS *Obseruationum Lib. II. cap. 21.* & *Lib. XIV. cap. 14.* qui hic omnino videndus est. e)

 Accu-

d) Add. *L. 7. in fin. L. 63. §. 10. D. ad SCtum Trebellian. L. 19. §. vlt. D. de Donat.* Plura cupientes breuitatis ergo ad STROTZIVM *l. c. Cap. IV.* & *Desid.* HERALD. *loc. laud. Cap. 19.* & *20.* remitto.

e) Praeter *Nostrum*, hanc de L. Glicia sententiam, a *I.* CVIACIO in Obseruationibus, infr. in *Syllog. Opp. Nr. VI.* a me adiectis, propositam, adoptarunt *I. V.* GRAVINA *de LL. & SCtis cap. 80.* Op. p. 411. Ed. *Gotfr.* MASCOV. qui ipsum in notis notauit; *A.* TERRASSON *histoire de la Iurisprud. p. 125. Dion.* GOTHOFRED. *ad. L. 4. D. de inoff. testam.* Inprimis autem eam tueri conatus est *Car.* LOVARDVS in libro *de vera origine querelae inoffic. testam. e Lege Glicia.* Dresd. 1762. 8. Auctorem huius rogationis fecit M. CLAVD. GLICIAM, v. *Cap. XVIII. p. 149.* legem vero in Tribunatu, A. V. C. 514. aut 516. gesto, perlatam putat: qua in re discedit a *Cuiacio*, a GLICIA Dictatore A V. C. 504. hanc legem rogatam esse, existimante. Conquisiuit porro *Louardus* varias, quibus ille *Glicia* praefuerit, dignitates, & Ipsi qua Quaestori prouinciali numum tribuit, cum VAILLANTIO *num. antiq. famil. rom. Vol. 1. p. 262. tab. XI. 8.* cuius effigiem in fronte huius

Accusat. Tanquam inofficiosum, inhumanum, & contra officium pietatis scriptum, eo colore, quasi testator

huius libelli ornamenti causa exhibitam conspicis. *Antica* numi, Caput Apollinis laureatum cum sceptro, sistit: *Postica* nauem cum remigantibus tonsasque ad pectora adducentibus cum ἐπιγραφῃ M. CLAVD. GLICIA. Licet autem *Louardus* magno doctrinae apparatu argumentum suum persecutus sit, omniaque conquisierit, quibus hypothesi fidem conciliare posset; tamen iis perspectis & ad trutinam fidei historicae expensis, fortissima superesse dubia, fatendum est. Etenim quam dedit Gliciae suo tribunitiam potestatem, testimoniis veterum non confirmauit, eaque magis quam Dictatura huius Viri incerta est, & quae deduxit inde, infirmiora sunt, vt longa confutatione mereantur. Reliqua argumenta melioris pretii non sunt, & ad sequentia reuocari possunt: 1) Inscriptionem *L. 4. D. de inoff. testam.* non reiiciendam, sed ob hetrusci Godicis fidem tuendam esse monstrauit *Cap. XV. & XVI.* simul vero, GAIVM ICtum fragmenti auctorem esse, e forma loquendi frequentique gerundiorum vsu probare, ipsa vero fragmenti verba, Gliciae legis rationem & occasionem continere, defendere studuit. 2) Argumentum in eo quaesiuit, quod *L. 30. 31. 32. C. de inoff. testam.* antiquis *Legibus* de querela inofficiosi aliquid esse constitutum, Iustinianus dixerit. 3) Quod VLPIANVS *L. 14. D. de inoff. testam. & L. 1. §. vlt. Si a parent. manum.* querelam nominauerit *ius antiquum*, & denique 4) quod illi *lege* dicantur *egisse*, qui sint conquesti de iniusta exheredatione. Ad prius argumentum ab Inscriptione petitum, nil respondeo, cum *Corn. van.* BYNKERSHOECK *Obseruat. L. II. C. 12.* fragilitatem ipsius satis monstrauerit; mirum quidem mihi visum, quapropter Digestorum compilatores hoc vnicum fragmentum e CAII libro mutuati sint; quoad stylum, nescio serione e paruo fragmento de eo iudicium ferre possimus, & gerundiorum frequentiori vsu, *Gaium* a reliquis discernere? verba vero L. 4. querelae occasionem continere videntur vt e *pr. J. de inoff. testam.* liquet, inde vero non sequitur, ea rationem L. Gliciae narrare. Quoad *alteram* rationem, verba LL. Codicis, sana recta sunt propterea, quod ante Iustinianum, Imperatorum constitutionibus multa de querela erant constituta, quae leges suo tempore antiquae nominari poterant, ad has ergo, non ad singularem legem respexit Imp. Ad *tertium* argumentum respondendum, ICtum inofficiosi querelam

ſtator tempore facti teſtamenti non fuerit ſanae mentis, ſed furioſus. MARCIANVS in *L. 2. D. eodem. Hoc colore de inofficioſo teſtamento agitur, quaſi non ſanae mentis fuerint, vt teſtamentum ordinarent, & hoc dicitur, non quaſi vere furioſus vel demens teſtatus ſit, ſed recte quidem fecerit teſtamentum, ſed non ex officio pietatis: nam ſi vere furioſus eſſet vel demens, nullum eſſet teſtamentum.* APVLEIVS *Apologia II. Lege potius teſtamentum, ſi quid quaſi inſana ſcripſit. Hic reperies & quidem mox a principio, Sicinius pudens filius meus mihi heres eſto.* Eamque ob cauſam ſcribit PAVLVS in *L. 17. §. 2. D. eodem. Cum contra teſtamentum, vt inofficioſum iudicatur, teſtamenti factionem defunctus habuiſſe non creditur.* Et SCAEVOLA in *L. 36. D. de legat. III. Nihil ex eius teſtamento, quod inofficioſum iudicatum eſſet, idcirco valere, quia crederetur quaſi furioſus teſtamentum facere non potuiſſe.* Quid ita? Quia cum lege naturae filiis paterna hereditas debeatur, *L. vlt. (pr.) D. de bonis damnat.* qui naturam, humanitatemque violat, qui ſuis liberis, & quodammodo ſibi ipſi iniurius eſt, non ſatis integrae mentis videtur fuiſſe: *f) Contra merita.* MARCELLVS in *L. 3. D. eodem*, dicit, *inofficioſum teſtamentum dicere, eſſe, allegare, quare exheredare vel praeteriri non debuerit; quod plerumque accidit,* cum

relam ius antiquum, in oppoſitione ad Bon. Poſſeſſionem, nominaſſe, quoniam antiquis temporibus erat cognita, & patri qua tali ſine manumiſſione competebat; firmam ergo concluſionem inde deducere non poſſumus, ſingulari plebiscito inductam eſſe querelam. Neque tandem legis actiones id perhibent, hoc enim nomine omnes agendi formulas veniſſe notum eſt. Plura non addo.

f) Haec agendi forma argumentum praebet, prudentum auctoritati potius, quam legi certae querelam nos debere: nec inutiliter ab ea rationem petes, cur inofficioſi actio tam inuidioſa, arctiſue incluſa fuerit olim limitibus; haud enim leui afficiebatur teſtator poſt mortem iniuria, dementiae cum accuſaretur. Ceterum praetereo *Noſtrum* heic durius etiam adhibuiſſe accuſationis verbum.

cum falso parentes instimulati, liberos suos vel exheredant, vel praetereunt, & *L. 5. D. eod. Huius autem verbi De Inofficioso, vis illa, (vt dixi) est, docere, se immerentem, & ideo indigne praeteritum, vel etiam exheredatione summotum.* Qua forma filius exheredatus apud QVINCTILIANVM, (declamatione 125.) exclamat: *Quo meo merito pater me exheredauit?* VLPIANVS *in L. 3. §. 5. D. de bonor. possess. contra tab. Nec enim minus in hoc nepote is, qui de inofficioso cogniturus est, merita nepotis, quam patris delicta perpendet.* g) *Sine iusta causa.* Nam si iustam ob causam exheredati sint, querela non competit, siquidem iure ciuili, filii in potestate positi exheredari, ceteri praeteriri possunt. *Validum.* Quia si iure ciuili non esset validum, non opus erat ad odiosum hoc & extra-

g) Verba: *contra merita*, in definitione desiderantur, & superflua quoque sunt: enimuero iusta causa exheredandi existente, contra merita se exheredatum esse, filius queri non poterat; & inuerso ordine, cum filium contra merita exclusum non esse, euictum dabat heres, parentem iustam exheredandi causam habuisse, simul probauerat. CViros olim de his, quae pro supremae voluntatis valore ab herede proferebantur, cognouisse, certum est; partim scilicet an allegata causa excludendi probari posset, partim an ea paterna maiestas praestandaque reuerentia adeo potuisset laedi, vt tanta coercitione, quanta exheredatio erat, digna fuerit. Liquebit hoc e loco QVINCTILIANI *Inst. Orat. Lib VII. cap. 4. p. 628.* qui *Nostrum* praeteriit. *Verum & in iudiciis*, inquit FABIVS, *etiamsi non toto genere causae, tamen ex parte magna hic locus saepe tractatur. Nam & diuisio frequens est, etiam si fecisset, ignoscendum fuisse, idque in caussis dubiis saepe praeualuit: & epilogi omnes in eadem fere materia versari solent. Sed nonnumquam etiam reus hic totius summam constituit, si exheredatum a se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem amauerit. Nam omnis hic quaestio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, & Centumuiri tribuere debeant veniam.* Locutus autem Orator, de frequenti deprecationum vsu in iudiciis. Interim saepius etiam Imperatores adierunt magistratus, vt definirent, an hoc vel illud exheredandi sufficiens ratio sit. vid. *L. 2. C. Th. de inoff. test. L. 11. C. Iust., Eod. L. 18. L. 19. L. 20. L. 23. Eod.*

extraordinarium auxilium confugere, ſed eo ipſo, quod iure teſtamentum non ſit validum, ad hereditatem admitterentur. *Iniuſtum reſcindi.* VLPIANVS in *L. 8. ſ. 16. D. de inoff. teſt. Si ex cauſa de inofficioſo cognouerit iudex, & pronunciauerit contra teſtamentum, nec fuerit prouocatum, ipſo iure reſciſſum eſt: & ſuus heres erit, ſecundum quem iudicatum eſt.* Reſciſſo enim teſtamento, is qui de inofficioſo agit, heres eſt, totumque teſtamentum corruit, adeo vt neque libertates, neque legata debeantur, *L. 8. ſ. 16. D. Eodem*, h) quod poſtea tamen correctum eſt. Is quoque qui querelam obtinuit, ſolus ad hereditatem admittitur, tum auctoritate Centumuiralis iudicii, quaſi illum ſolum, cum inteſtatum aliquem

h) Reportata ergo victoria, hereditas noua actione petenda non erat, & minus accurate docuerunt RAEVARD. *de Praeiud. Lib. 1. cap. 13.* & quidam interpretes Graeci, querelam fuiſſe praeiudicium ſ. praeparationem, vt ſaepius animaduertit *J.* CVIACIVS. Reſciſſo teſtamento heres legitimus proximus hereditatem conſequitur, quod adeo verum eſt, vt & actione remotioris reſciſſo teſtamento, proximior hereditatem vindicet *L. 6. §. 1. D. de inoff. teſtam.* vid. *F. A.* HOMMEL d. *de Victoria querelae inoff. tertio proficua.* Lipſ. 1719. Effectus querelae iure antiquo ex all. *L. 8. §. 16. D. d. t.* patent, cui non obſtat PAVLVS *L. 28. D. eod.* ceu putabat *Gu.* FORNER. *Selection. Lib. II. cap. 16.* Praeterquam enim quod idem in fine legis ſuſtineat, verbis: *nam cum inofficioſum teſtamentum arguitur, nihil ex eo teſtamento valet;* decretum D. Hadriani refert, quo hereditate filio, a matre ob falſum mortis nuncium praeterito, reſtituta, legata & libertates ille praeſtare debebat. Hoc ſingulari aequitate conſtitutum eſſe, haud inepte ſuſpicantur *J.* CVIACIVS *Expoſ. Nov. XVIII. Fr.* CONANVS *Comment. Iur. Civ. Lib. IX. c. 8 nr. 10. Iac.* CVRT. *Εικας. T. I. Lib. III. c. 35. Iul.* PACIVS A BERIGA *Εναντιοφαν. Cent. III. qu. 35. Renat* BOTTERAV *in Hadrian. Legislator. ad A. V.* C. *890. n. 2.* Add. *Gotfr.* MASCOV. *Praeterit. inſtitut. in Opuſc. p. 384.* vbi ſimile Baſſiani deciſum adfert: aliam vero ſolutionem dabit *G.* NOODT *Com. tit. de inoff. teſtam. Op. T. II. p. m. 135.* Sibi quoque CVIACIVS *Obſ.* X. 22. contrarius eſt.

quem faceret, in viuis fuisse existimarent, *L. 17. (pr.) D. Eodem.* i) Tum etiam quasi in remunerationem labo-

i) Verba merentur adscribi: *Qui repudiantis animo, non venit ad accusationem inofficiosi testamenti, partem non facit his, qui eandem querelam mouere volunt. Vnde, si, de inofficioso testamento patris, alter ex libris exheredatis ageret: quia rescisso testamento, alter quoque ad successionem, ab intestato vocatur, & ideo vniuersam hereditatem non recte vindicasset; hic, si obtinuerit, vteretur rei iudicatae auctoritate, quasi CViri hunc solum filium in rebus humanis esse nunc, cum facerent intestatum crediderint.* Solide h. l. interpretatus est *Desid.* HERALD. *de Auctoritat. rer. iudicat. Lib. II. Cap. 14. §. 5.* In extremis verbis latet singulare principium, quod CViri in iudicando secuti sunt, & quod iudicatis eorum haud dubie inductum est. Attendas porro velim ad verba: *repudiantis animo*, quae significant, filium exheredatum, remedio ad inuertendam supremam patris voluntatem, haud vtentem, bonis paternis renunciasse, & portionem hereditatis, ab eo, qui in querela obtinuit, vindicare non posse; cum, si hereditatem peteret, alter vteretur auctoritate rei a CViris iudicatae, qui solum querentem *nunc*, h. e. cum sententia pronunciaretur, in rebus humanis esse, alterum non conquirentem vero abesse, fingebant. Enimuero CViri, filio querelae remedium repudianti, postea subueniendum non esse, existimabant. Fallor, aut simile dixerunt PAPINIAN. *L. 16. pr. D. h. t.* & PAVLVS *L. 23. §. 2. D. Eod.* e qua lege posteriori liquet, idem, si vnus alterue in lite non perseuerauit, esse secutum, cum, auctore PAPINIANO *L. 15. §. 1. D. h. t.* non sufficiat litem instituisse, si non in ea perseueret. PAVLVS autem *d. L. 23.* caute dixit: *pars eius*, h. e. qui destitit a querela, *accrescit alteri* i. e. traditur illi, qui ad finem vsque perseuerauit in lite & testatorem intestatum fecit, licet illam ab initio petere non potuerit. Fuit quidem *Iul.* PACIVS a BERIGA Εναντιοφαν. *Cent. III. qu. 32.* qui, *h. L.* vt & *L. 8. §. 8. D. eod.* contrarias esse supra expl. *L. 17. D. h. t.* existimaret: ita nimirum, vt in iis doceatur, CViros, querelam haud mouentem, non semper pro mortuo habuisse, sed eatenus tantum, quatenus certum fuerit alterum conquesturum esse numquam, proindeque alterum non totam hereditatem, sed eius tantum partem petere debuisse. At enim verba *cit. L. 23. §. 2.* aperte monstrant, alterum exheredatum admittendum non esse, vel quia ab initio non egit, & posteà tempus ad mouendam querelam

laborum, querelarum, expensarum, & periculi; nam si non obtinuisset querela, etiam id quod testamento acceperat, perdebat, VLPIANVS *L. 8. ∫. 14. d. t. Meminisse autem oportebit, eum, qui testamentum inofficiosum improbe dixit, & non obtinuit, id quod testamento accepit perdere, & id fisco vindicari, quasi indigno ablatum. Sed ei demum aufertur, quod testamento datum est, qui vsque ad sententiam iudicum in lite improba perseuerauit. Tempore.* Priscis enim temporibus intra biennium necesse erat querelam inofficiosi testamenti instituere apud Centumuiros, alioquin is qui bona ex testamento possidebat, ea vsucepisse dicebatur. PLINIVS *Lib. V. Epist. 1. Post haec ille cum ceteris subscripsit.* Et paulo post: *Scis te non subscripsisse mecum, & iam biennium transiisse, omniaque me vsucepisse.* Postea vero ad quinquennium extensum est *L. 34. C. eodem.* k) *Modoque.* Vt enim si

relam finitum, vel quia litem coeptam deseruit, eoque repudiantem animum ostendit: vtroque ergo in casu a ICto proposito, certum erat omnino, alterum nolle & non posse conqueri. Quoad secundum, hoc etiam PAVLVS diserte tradidit, videlicet alterum exheredatum non nisi suam partem petere posse, nam in eo laesus erat, vt ab hac portione in testamento exclusus, reliqua vero portio, per fictam absentiam vacans reddita, ei *accrescit*, qua voce satis eleganter expressum, quo iure hereditatis pars ad querelam mouentem, aut in ea ad finem vsque perseuerantem, veniat; quod vidit etiam *Fr.*, CONNANVS *Comment. J. C. Lib. IX. cap. 8. ∫. 3.* Altera a *Pacio* laudata *lex 8.* §. *8.* huc trahenda non est, vt *Desid.* HERALD. *cit. loc.* §. *4.* & *Gerh.* NOODT. *loc. alleg. p. 138.* cum aliis viderunt. Disquiritur in ea, quanta debeat esse portio legitima, ad excludendam querelam relinquenda, & an in illa supputanda exheredatus partem faciat: & insuper verba *& si dicam inofficiosum non totam hereditatem debeo, sed dimidiam petere*, explicari possunt ita, vt exheredatus ab initio maiorem, quam ab intestato habiturus fuisset partem, petere non debuerit.

k) Ex his autem *Plinii* verbis solido doceri non posse argumento, querelam olim biennii lapsu exstinctam esse, monstra-

si quadrans bonorum testamento sit relicta, cessat omnino querela *L. 8. §. 8. D. eodem.* & PLINIVS *Lib. V. Epist. 1. Conuenimus in aedem Concordiae, Ibi ego: Si mater, inquam, te ex parte quarta scripsisset heredem, num queri posses? Quid si heredem quidem instituisset ex asse, sed legatis ita exhausisset, vt non amplius apud te quam quarta remaneret?*

Quibus vero, & aduersus quos, an & quomodo hodie competat querela, an ad heredem transeat, & similia, vide latissime in ipso LL. textu, apud WESENBECIVM, HOTMANVM, MYNSINGERVM, & praecipue Frisiae nostrae lumen VIGLIVM ZWICHEMVM, qui haec omnia vberrime explicarunt. Ego tantum hic querelae inofficiosi testamenti meminisse velim, atque ad cetera propero.

CAP. VII.

Quae praecipue Centumuiri in iudicando obseruarunt.

In confirmandis, rescindendisue testamentis, de quibus querela instituebatur, obseruasse Centumuiros quaedam notatu dignissima, legendo animaduerti, de quibus nunc breuiter dicam. Principio patet ex *L. 10. (pr.) D. de inoff. testam. Si pars iudicantium de inofficioso testamento* (Centumuiros puta) *contra testamentum, pars secundum id sententiam dederit,*

strarunt *Petr. de* TOVLLIEV in diss. *Vtrum detur & quid sit pro hered. Vsucapio, in Collectan. p. 387.* & Ill. PÜTTMANN. *Interpret. & Obseruat. cap. XXX. Plinius* de Vsucapione pro herede loquitur. Quinquennalis vita querelae e multis locis probari potest, vid. *L. 8. §. 17. L. 9. D. de inoff. test. & L. 16. C. Eod.* quam doctissim. disput. illustrauit laudatus PÜTTMANN Lips. 1774. & *in Aduersar. iur. vniu. Lib. 1. c. 6.* Adde si lubet MEAM *histor. iur. ciu. de legitima portione parentum* sub praesid. Perillustr. D. NETTELBLADT defens. Hal. 1773. *Cap. II. §. 22. not. h.*

rit, quod interdum fieri solet; humanius erit, sequi eius partis sententiam, quae secundum testamentum spectauit, nisi (si) aperte iudices inique secundum scriptum heredem pronunciasse apparebit. Hoc est, si duo consilia testamentum confirmassent, duo rescidissent, sequebatur eorum sententiam qui confirmabant. a) Con-

a) MARCELLI sententiam, *L. 10. pr. de inoff. test.* propositam, *Auctor* ita accepit, ac si omni aetate eadem ratio seruata sit; at enim magis est, vt istum ordinem D. Pii temporibus inductum esse; putemus. Ipsam legem eleganter exposuit *Iac.* CVIACIVS *Obseru. Lib. X. cap. 20.* sed hac de re notauit nihil, & *Gerh.* NOODT in *comment. ad h. t. p. 136.* laudato *Cuiacio*, reprehendit *Ant.* FABRVM in *Rational. ad laud. leg.* qui Triboniani manum in ea sibi deprehendisse visus est. Equidem non ignoro *Herm.* NOORDKERK *de L. Petron. Cap. II. §. 19. p. 70.* Traiano imperante, contrarium eius, quod docuit *Marcellus*, obtinuisse, sustinere, quando inquit: *temporibus Traiani si duo consilia pro testamento, duo pro liberis exheredatis pronunciassent, horum causa erat fauorabilior teste Plinio Lib. 6. Ep. 33. Illud etiam ab eodem Antonino mutatum esse, & constitutum, vt sententiae pro testamento dictae valerent, docet, qui ei iura suggessit Marcellus L. 10. D. de inoff. test.* Sed, vt posterius lubenter agnoscam, in eo, quod de Traiani aetate e *Plinio* exsculpere audet, Viro docto assensum praebere nequeo. Procul dubio in mente habuit illa *Caecilii* verba: *Secutus est varius euentus:* (loquitur autem de causa Variolae) *Nam duobus consiliis vicimus totidem victi sumus. — — Victa est nouerca, ipsa heres ex parte sexta; victus Suburranus, qui exheredatus a patre, singulari impudentia alieni patris bona vindicabat, non ausus sui petere.* Speciem haec aliquam prae se ferunt, Acciam Variolam a patre exclusam, propterea vicisse nouercam & Suburranum, quod duo CVirorum consilia pro testamento, contra tabulas autem reliqua tribunalia, sententias tulerant; sed, re paulo curatius pensitata, id verum non videri, pronunciandum est. Enimuero non prima actione, sed altera demum superatam esse nouercam, & Suburranum victum, multo probabilius est. Totam litem *Plinius* haud enarrauit, notabili potius & prorsus mira re, sententiarum scilicet aequalium diuersitate, notata, euentum causae illico subiunxit; idemque est, quasi dixisset, se nihilominus tandem vicisse, quamquam antea duobus consiliis aduer-

farii

Confirmati quoque teſtamenti exemplum habemus apud VALERIVM MAXIMVM *Lib. VII. cap. 8. (ex. 1.)* his

ſarii Variolae, clientis ſuae, ſuperiores diſceſſerint. Huius rei argumentum etiam praebent ab *Eo* adhibita verba, *victa eſt*, ait, *nouerca*, *victus Suburranus*: haec autem ſcribere non potuiſſet, ſi teſtamentum ob pares iudicum ſententias reſciſſum eſſet, ſiquidem tunc heredes non fuiſſent victi, ſed cauſa cecidiſſent duntaxat ideo, quoniam in iudicio CVirali obtinuiſſet, vt paribus iudicum ſententiis exiſtentibus, pro exheredatis iudicatum faciendum. Proinde, cum his loquendi formulis vſus ſit *Plinius*, neceſſum eſt, vt poſtea in ſecunda cauſae actione vnum aut alterum CVirorum conſilium, in ſententiam contra teſtamentum prolatam iuerit, ſicque *Plinius* vicerit nouercam, vicerit Suburranum. Atque hae ſunt rationes, cur a *Noordkerkio* diſceſſum fecerim: reſtat adponere, quae fecerint ante D. Pii conſtitutionem CViri, paribus ſententiis prolatis. Qua in re, deficientibus certis monumentis, coniecturae locus erit dandus, ſtatuendumque exiſtimo, in tali caſu nihil deciſum & rem infactam altera vice proponendam, iudices autem fuiſſe cogendos, vſque definita ſententia propoſita fuerit. Idem enim, teſte IVLIANO *L. 30. D. de liberal. cauſ.* in liberali iudicio obtinuit, de quo CViri etiam cognouerunt. Noli putare, eumdem apud hos iudices ſeruatum morem, quem tenuerunt romani in publicis iudiciis, videlicet vt ſuffragiis aequalibus abſolutos condemnatoſque reos abſoluerent, v. SENEC. *Ep. 81. extr.* & *Controu. Lib. 1. Contr. 2.* QVINCTIL. *Decl. 254.* *Iac.* CVIAC. *Obſerv. Lib. XII. cap. 16.* tunc enim in de inofficioſi querela, in fauorem heredum ſcriptorum, & pro teſtamento, pronunciandum fuiſſet. Manet igitur vero admodum ſimile, vſque ad *Marcelli* aetatem fluctuaſſe opiniones, certique nihil fuiſſe definitum & ordinem a me propoſitum eſſe ſeruatum. De D. Pii temporibus autem *Marcelli* dicta vt intelligam, his moueor: relatum inuenimus e PAVLI *Lib. XVII. ad Edict.* in *L. 38. D. de re iud.* a D. Pio conſtitutum eſſe, vt in liberali cauſa, ſi diſſonae inter pares numero iudices ſententiae proferantur, pro libertate ſtatutum obtineat, *in aliis autem cauſis pro reo, quod & in iudiciis publicis obtinere oporteat.* Fallor, aut haec Antonina diſpoſitio anſam praebuit CViris, in de inofficioſo iudiciis ſtatuendi, quod *Marcellus* retulit, & vir ſummus *Iac.* CVIACIVS *Obſerv. Lib. X. c. 20.* ſub aliis cauſis, Centumuirales intelligere, non haeſita-

his verbis: *Quam certae, quam etiam notae insaniae Tuditanus? vtpote qui populo numos sparserit, togamque veluti tragicam vestem in foro trahens, maximo cum hominum risu conspectus fuerit, ac multa his consentanea fecerit. Testamento is filium instituit heredem: quod T. Longus sanguine ei proximus hastae iudicio subuertere frustra conatus est. Magis enim Centumuiri quod scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripsisset, considerandum existimauerunt.* Quod factum ab illis fuit prudentissime. Primum, quod testamenta quae publici iuris sunt, facile conuelli non debent, deinde, quod voluntates testantium semper secundum id, quod aequissimum & benignissimum est, sint interpretandae *L. 12. D. de Regul. Iuris.* Benignius autem erat, testamento patris furiosi confirmato, filio hereditatem paternam dare, cum filius eius quasi dominus sit, quam proximo cognato, quem filius alioquin etiam exclusisset. b) Quod si vero contra omne

sitauit. Quamuis enim L. Petronia normam in caussis praeiudicialibus seruandam praescripsisset, *L. 24. D. de Manum.* partim tamen, quod in illis obtinebat ad alias transferri facile non poterat, partim vero ipsius legis dispositionem ante D. Pium non esse obseruatam IVLIANVS *L. 30. de liber. caus.* perhibet. Postea vero quam L. Petroniam quodammodo reuocauerat laudatus saepe Imperator, simul autem, quod inprimis animaduertendum, de reliquis iudiciis cauerat, vt nimirum pro reo sententia ferenda; iudices quoque humanius putarunt secundum testamentum s. pro herede scripto, qui in querela reus est, paribus sententiis repertis, pronuntiare. Humanius autem esse putabant, quoniam hac ratione testamenti vires sustinebant, quod lubentissime fecerunt Romuli nepotes *L. 5. D. testam. quemadm. aper. L. 1. C. de SS. Eccles. L. vlt. §. f. C. Commun. leg.* Haec autem consuetudo iudicatis CViralibus tribuenda erit. Veruntamen non vbique, quam e *Marcello* discimus, ratio haberi potuit; nam & ipse ICtus memorabilem adiecit exceptionem verbis: *nisi aperte iudices* reliq. quod in causa Variolae contigisse sibi persuadebat CVIACIVS *loc. cit.*

b) *Chr. Ad.* RVPERTVS *in dissertat. ad h. l. Valer. Maxim. p. m.*

omne ius, & aequitatem ſcripta eſſe teſtamenta comperiſſent, nempe, aut parentes filios, aut filios parentes, turbato ordine mortalitatis, exheredaſſe, aut praeteriiſſe, ea reſcindebant & annihilabant. Eius exemplum habemus apud VALERIVM MAXIMVM *Lib. VII. Cap. 7. (ex. 2) Item M. Ancii Carſeolani ſplendidiſſimi equitis Romani filius, a Suffenate auunculo ſuo adoptatus, teſtamentum naturalis patris, quo praeteritus erat apud Centumuiros reſcidit, cum in eo Tullianus, Pompeii magni familiaris, ipſo quidem Pompeio*

p. m. 461. ſeq. mauult cum LIPSIO in *not. ad Eund.* pro *teſtamento is filium inſtituit*, legere *teſtamento Ofilium inſtituit*, quod iudicium ſupremum accuſauerit T. Longus ideo, quoniam ipſe Tuditano eſſet ſanguine proximus, Ofilius autem extraneus. Atque haec leuis emendatio plauſu digniſſima, & neceſſaria: nam quaero cum *Ruperto: Quid enim Tutidanus pro ſtultitia ſua fecit cum filium inſtituit heredem? & Ti. Longus propinquus, iuſtior heres quam filius?* Ego vero coniicio, olim ſcriptum fuiſſe *Teſtament Ofilium inſtituit*, quod per geminationem legitur teſtamento Ofilium inſtituit, e quibus deinde error natus. Etenim deprauata lectione admiſſa contraria ſunt omnia; ipſe teſtator Tutidanus furioſus non erat, ſed homo ſingulari ratione viuens, ſtolidum, lepidum caput, ſpargebat nummos, quod ſoli tunc facere ſolebant Principes, & ruſtico more indecenter defluente toga incedebat. Qua quaeſo fronte contra filium inſtitutum agnatus conqueri potuiſſet? fingamus etiam, filium paternam maieſtatem laeſiſſe, num pertinet ad agnatum ei hereditatem eripere, quem nihilominus honorare voluit pater? Contra ſi demens, furioſus fuiſſet Tutidanus, ipſius teſtamentum fuiſſet ipſo iure nullum, nec querela fuiſſet opus *pr. I.* & *L. 2. D. de inoff. teſtam.* & filius iterum proximus ab inteſtato heres. At enim noſtra leui emendatione probata, quam bene cohaerent omnia? T. Longus accuſat agnati Tutidani teſtamentum, quoniam ei praelatus Ofilius, homo extraneus; colore inſaniae vtitur, quem, per viuendi morem teſtatoris CViris propoſitam, probare adgreditur: Sed hi iudices, neque neceſſarium heredem exheredatum, neque defuncti furorem probatum eſſe, intelligentes, ad perſonam ſcribentis haud reſpicientes, teſtamenti tabulas ratas eſſe pronunciarunt. Et ſic illis, quae *Siccama* ad h. l. commentatus, ſuperſedere poſſumus.

peio signatore heres scriptus esset. c) Et apud PLINIVM *Lib. VI. Epist. 38.* in causa Acciae Variolae, de qua sic scribit: *nam femina splendide nata, nupta praetorio viro, exheredata ab octogenario patre, intra vndecim dies, quam ille nouercam ei, amore captus, induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat.* Et paulo post: *Secutus est varius euentus. Nam duobus consiliis vicimus, totidem victi sumus. Victa est nouerca, ipsa heres ex parte sexta. Victus Suburranus, qui, exheredatus a patre, singulari impudentia alieni patris bona vindicabat, non ausus sui petere.* Idque non minus prudenter factum intelligi debet. Primum, quod consentiendum non sit parentibus, qui iniuriam aduersus liberos suos testamento inducunt, quod plerumque faciunt, maligne circa sanguinem suum inferentes iudicium, nouercalibus delinimentis instigationibusque corrupti, *L. 4. D. de inoffic. test.* Deinde quod dignitatem & merita heredum, & conquerentium ponderarent, VT QVINCTILIANVS *Lib. IV. Cap. 2.* significat, & confirmat VLPIANVS in *L. 3. §. 5. D. de bonor. possess. contr. tab. Nec enim minus in hoc nepote, is qui de inofficioso cogniturus est, merita nepotis quam patris delicta perpendet.* d) Is vero qui ita obtinuerat, si alii

c) „Thysiana Valerii Editio habet ita: Item M. Annaeus„ „M. Corseolani — —„ Hanc notam ex Editione halensi huc transtuli, & veram loci Valeriani lectionem indicat. Ipsum exemplum ab *Ant.* SCHVLTING d. *de testament. resciss. ad Valer. Max.* in *Comment. Acad. Vol. I. p. 277. seq.* perdocte explicatum, legi quoque merentur RVPERTI *loc. alleg. p. 456.* animaduersiones.

d) Notandum sane puto, CViros interdum merita heredum ponderasse, quisue hereditate dignior sit iudicasse. Saltim id e QVINCTILIANO manifestum est, cuius verba supra *Lib. 1. cap. 6. p. 45.* legi possunt. Adiicio alium locum EIVSD. *Inst. Orat. Lib. III. cap. 10. Diuersum his* (tractauerat antea de causis simplicibus & coniunctis) *tertium genus quod dicitur comparatiuum, cuius rei tractatus in parte can-*

alii essent qui itidem inofficiosi querelam habebant, partem non faciebat iis, qui non cum illo egerant, sed solus retinebat: *sed vtebatur rei iudicatae auctoritate, quasi hunc solum Centumuiri filium in rebus humanis esse tunc, cum facerent intestatum, crediderint.* *L. 17. D. de inoff. test.* Et PAPINIANVS in *L. 16. (pr.) D. eodem: Filio, qui de inofficioso matris testamento contra fratrem institutum, pro parte ante egit, & obtinuit, filia quae non egit, aut non obtinuit, in hereditatem legitimam fratri non concurrit.* e) Postremo, eueniebat aliquando contra expressam regulam iuris, vt quis pro parte intestatus decederet, quod tunc fiebat, cum pluribus querela conuentis, diuersae sententiae latae sunt, quarum altera laudabat, altera rescindebat testamentum, tanquam inofficiosum. PAPININAVS in *L. 15. §. 2. D. eodem: Filius, qui (de) inofficiosi actione aduersus duos heredes expertus, diuersas sententias iudicum tulit, & vnum vicit, ab altero superatus est, & debitores conuenire, & ipse a creditoribus pro parte conueniri potest.* Et paulo post: *Et ideo pars hereditatis in testamento remansit; nec absurdum videtur, pro parte intestatum videri.* Et VLPIANVS *L. 24. D. eodem: Circa inofficiosi querelam plerumque euenire adsolet, vt in vna atque eadem causa diuersae sententiae proferantur; quid enim, si, fratre agente, heredes scripti diuersi iuris fuerunt? quod si fuerit, pro parte testatus, pro parte intestatus decessisse videtur*, adde & *L. 19. D. eodem* & *L. 13. C. eodem.* f) In

causae frequens est; vt cum apud Centumuiros post alia quaeritur & hoc: uter dignior hereditate sit? VLPIANVS autem ab *A.* laudatus de bonor. possessione non deneganda, praeterito nepoti ex filio praedefuncto emancipato, qui vxorem non e voluntate patris duxerat, intelligendus est.

e) Vid. *cap. praeced. not. i.*

f) Iuuabit tamen causas disquirere, cur in eadem lite tam diuerse iudicauerint CViri, & tum contra testamentum, tum secundum illud, sententias formauerint. Breuiter at vere scripsit CVIACIVS *Obseru. Lib. X. cap. 20. extr. Varietas*

In Centumuirorum vero, quemadmodum & in aliorum iudicum ſententiis, illud obſeruatum fuiſſe animaduerti, vt pronunciarent VIDERI illum, aut illum bene, aut male exheredatum vel praeteritum, vt ex PLINIO liquet *Lib. V. Epiſtol.* 1. vbi ſic inquit: ***Deinde ſeceſſi, & ex conſilii ſententia: videtur, inquam, Curiane, mater tua iuſtas habuiſſe cauſas iraſcendi tibi;***

rietas perſonarum, & meritorum, & iuris efficiebat, vt vinceret vnum actor iure, vinceretur ab altero etiam iure. Equidem cenſeo id euenire potuiſſe, cum vnus heredum inſtitutorum iuſta cauſa exheredandi allegata probataque ſuperaret actorem, qualem cauſam, quia non produxerat alter, vel non rite probauerat, lite perdita, conquerenti hereditatem reſtituere cogebatur. Deinde hoc obueniſſe coniicio, ſi cum honeſtis, infimae ſortis & conditionis homines, lenones, ſerui maleferiati, heredes erant ſcripti; hos enim VLPIANVS L. 24 D. h. t. ſub *diuerſi iuris heredibus* comprehendit. Quam coniecturam confirmat VALERIVS M. *Lib. VII. cap. 8. ex. 4.* vbi narrat, Praetorem lenoni denegaſſe bonorum poſſeſſionem. Neque vero praetermittendum eſt, quod animaduertit *Gerh.* NOODT *Comment. ad tit. de inoff. p. 132. Iure Pandectarum,* inquit, *quod colligitur e L. 31. §. 1. h. t. fratribus etiam competebat querela; praelato liis vel ſeruo, vel extraneo ſiue aliquo extra familiam vel non municipe: cum in liberis & parentibus nihil referret, eſſetne ſcriptus aliquis ex liberis, an extraneis, vel municipibus. Eoque, opinor reſpicit Vlpianus L. 24. Eod. Veteribus non placuit, fratribus in fratris teſtamento praeferri vel ſeruos, vel extraneos, vel, non municipes: ſed Conſtantino non eſt viſus tanti familiae vel municipii reſpectus.* Ex his colligi poteſt, acutiſſimum *Noodtium* ſibi perſuaſiſſe, in fratribus perſonarum a defuncto inſtitutarum habitam eſſe rationem, non vero in querela a parentibus liberisue mouenda: & recte quidem: honeſtis enim perſonis, municipibus, reliq. inſtitutis, denegata fuiſſe videtur fratri excluſo querela. *At quantum ad inofficioſi liberorum vel parentum querelam pertinet,* ait PAVLVS c. L. 31. §. 1. D. h. t. *nihil intereſt, quis ſit heres ſcriptus ex liberis, vel extraneis, vel municipibus,* quibus aperte parentibus & liberis contra quemcumque heredem conceſſa de inofficioſo actio; quod adeo verum eſt, vt idem PAVLVS *Recept. Sentent. Lib. IV. tit. 5. §. 3.* perhibeat, *teſtamentum quoque, in quo Imperator ſcriptus eſt heres, inofficioſum argui poſſe:* Quod & VLPIANVS *L. 8. §. 2. D. h. t.* affirmat.

vbi formam ſententiae Centumuirorum imitatus eſt. Et SENECA in *Declamationibus*, cuius locus, nec verba mihi nunc ſuccurrunt. *g)*

CAP. VIII.

Controuerſiarum aliquot enumeratio, quae olim apud Centumuiros fuerunt actae.

Explicatis iis quae de origine, ſucceſſu, ordine, forma, cauſisque magnifici Centumuiralis iudicii, ex diuerſis ſcriptoribus, ſi non eo, quo deceret, iudicio, indefeſſo tamen labore collecta, dicenda habui, ſubiiciam hoc vltimo capite coronidis vice, cauſarum quarundam conſtitutionem, quae olim ab eloquentiſſimis Oratoribus & Aduocatis apud Centumuiros fuerunt actae, tum vt confirmem, quod *Lib. II. Capite V.* probare conatus fui, Centumuiros potiſſimum de quaeſtionibus hereditariis iudicaſſe, deinde iuris & antiquitatum ſtudioſos, qui in hunc libellum inciderint & legerint, excitem, vt, quemadmodum iuuenes & iuris tirones haſce diffi-

g) Hanc formulam in pronunciandis ſententiis adhibuiſſe CViros, probatur etiam ex VLPIANO *L.* 27. §. *1. D. de liberal. cauſa*, quam legem eo magis huc refero, quo veroſimilius eſt, CViros de cauſis liberalibus cognouiſſe. Verba haec ſunt: *Recte atque ordine iudices puto facturos ſi hanc formam fuerint conſecuti, vt vbi deeſt is, qui in ſeruitutem petit, electionem aduerſario deferant, vtrum malit cognitionem circumduci, an audita cauſa ſententiam proferri: & ſi cognouerint pronunciare debebunt: Seruum illius non videri. Neque haec res captionem vllam habet, cum non ingenuus pronuncietur, ſed ſeruus non videri. Quod ſi ex ſeruitute in ingenuitatem ſe allegat, melius fecerint, ſi cognitionem circumduxerint, ne ſine aduerſario pronuncient, ingenuum videri.* Ceterum Praetor Vrbanus, qui CViris praeerat, executioni dabat ſententiam ab illis pronunciatam, quoniam nec magiſtratus erant, nec poteſtate aut iuriſdictione gaudebant.

difficillimas hereditarias caufas apud ampliffimum iudicium olim actitarunt, ita exemplo eorum caufas eafdem retexant, & non folum in iuris lectione, fed praxi forenfi iurifprudentiae laudes & fructus fitas effe exiftiment. Ac quidem occurrit.

I. Iudicium Curianum.

A multis fcriptoribus celebratum, cuius ita meminit CICERO *Lib. I. de Oratore* (*cap. 39.*) hifce verbis: *Quid vero? clariffima M? Curii caufa, M. que Coponii, nuper apud Centumuiros, quo concurfu hominum, qua exfpectatione defenfa eft? Cum Quintus Scaeuola, aequalis & Collega meus, homo omnium & difciplina iuris ciuilis eruditiffimus & ingenio prudentiaque acutiffimus, & Oratione maxime limatus & fubtilis, atque, vt ego foleo dicere, iurifperitorum eloquentiffimus, & eloquentium iurifperitiffimus, ex fcripto teftamentorum iura defenderet, negaretque, nifi pofthumus, & natus, & antequam in fuam tutelam veniffet, mortuus effet, heredem eum effe non poffe, qui effet fecundum pofthumum, & natum, & mortuum, heres inftitutus; ego voluntatem defenderem, hac eum tum mente fuiffe, qui teftamentum feciffet, vt, fi filius non effet, qui in tutelam veniret, M? Curius heres effet.*

Caufae Conftitutio.

P. Rutilius (ita enim, vt magis dilucida fit quaeftio nominibus diftinctis, nomina Romana adfingam, vbi nomina non extant) P., inquam, Rutilius teftamentum fecit, in quo ita fcripfit: *Quicunque filius, poft mortem meam, ex me natus erit, heres efto. Si is qui ex me natus erit, antequam in fuam tutelam veniat, deceſſerit, M? Curius heres efto.* Mortuus eft Rutilius. Scaeuola pro Coponio agnato & bonorum poffeffore contendit, Curium heredem effe non poffe, nifi poft mortem Rutilii pofthumus natus effet, & antequam in tutelam fuam veniffet, mor-

tuus. Craſſus e contrario ſuſtinuit, mentem Rutilii teſtatoris fuiſſe, vt, ſi filius non eſſet, qui in tutelam veniret, Curius heres eſſet. a)

Quaeſtio.

An qui poſthumo, ſi is impubes moriatur, ſubſtituit, eo etiam non nato, ſubſtitutionem valere voluiſſe videatur? Apud Centumuiros acta eſt.

II. Iudicium.

CICERO *de Oratore. Lib. I. (cap 38.)*

Quae potuit igitur eſſe cauſa maior, quam illius militis? de cuius morte, cum domum falſus ab exercitu nuntius veniſſet, & pater eius, re credita, teſtamentum mutaſſet, & quem ei viſum eſſet, feciſſet heredem, eſſetque ipſe mortuus: res delata eſt ad Centumuiros, cum miles domum reueniſſet, egiſſetque lege in hereditatem paternam teſtamento exheres filius.

Cauſae Conſtitutio.

C. Fabius miles, in Hiſpania agens, falſo mortuus eſſe dicebatur. M. Fabius pater, filii mortem audiens, teſtamentum fecit, in quo P. Quinctium heredem inſtituit. M. Fabius pater moritur. C. Fabius filius poſt mortem patris intra biennium rediens; hereditatem paternam poſtulat. Quinctius heres inſtitutus & bonorum poſſeſſor, eum heredem eſſe negat. b)

Quae-

a) Eſt hoc celeberrimum illud iudicium *Curianum*, de quo videnda abſolutiſſima Prolus. Viri Illuſtr. *J. L. E.* PÜTTMANNI *de Iudicio Curiano* Lipſ. 1765. quam pace Cel. Auctoris in *Sylleg. Opuſc. adiect. nr. IV.* legere potes.

b) De hoc iudicio ſumenda quoque haec CICERONIS *de Orat. Lib. I. cap. 57. Vel ſi cauſam ageres militis, patrem eius, vt ſoles, dicendo a mortuis excitaſſes: ſtatuiſſes ante oculos: complexus eſſet filium, flensque eum CViris commendaſſet: lapides mehercule omnes flere ac lamentare coegiſſet vt totum illud,*

Quaestio.

An filius paternae hereditatis exheres esset, quem pater testamento, neque heredem, neque exheredem scripsisset nominatim, sed simpliciter praeteriisset?

lud, VTI LINGVA NVNCVPASSET, non in XII. Tabb. quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine scriptum videretur. VALERIVS M. *Lib. VII. Cap. 7. ex. 1.* narrauit sequentia: *Militantis cuiusdam pater, cum de morte filii falsum e castris nuntium accepisset, aliis heredibus scriptis decessit. Peractis deinde stipendiis, adolescens reuersus, domum, errore patris imprudentiaque amicorum, sibi clausam reperit. Quid enim illis inuerecundius? florem iuuentae pro rep. absumserat, maximos labores & plurima pericula tolerauerat, aduerso corpore exceptas ostendebat cicatrices: & postulabat ne auitas eius lares otiosa ipsi vrbi onera possiderent. Itaque depositis armis, coactus est in foro togatam ingredi militiam. Acerbe enim cum improbissimis heredibus de paternis bonis apud CViros contendit: omnibusque non solum consiliis, sed etiam sententiis discessit.* Rem ipsam eleganter exposuit *Ant.* SCHVLTING d. *de resciss. testam. ad. Valer. Max. in Comment. Acad. Vol. 1. p. 273. seq.* Heic ego tantum notabo, in quibus *Siccama* lapsus est: Videlicet precario statuit, intra biennium filium rediisse, quod nec a *Cicerone* expressum, nec e *Valerio* potest confirmari. Error manauit inde, quod supra *Cap. 6. pag. 155.* affirmauerat, querelam post biennium exstinctam esse olim, quam filium mouisse putauit. Illud supra *not. k.* a me in dubium vocatum, posterius autem certo quoque non potest affirmari; militem enim non exheredatum, sed plane praeteritum fuisse, colligitur ex eo, quoniam pater, falso de morte filii nuntio accepto, priori testamento mutato, in secundo alios scripserat heredes. Filius igitur e priori testamento, in quo forsan olim scriptus, hereditatem petere non poterat, quoniam per posterius ruptum erat infirmatumque; secundas autem tabulas heredes scripti acriter defendebant, expressam parentis allegantes voluntatem, quae his temporibus eo magis solebat attendi, quo magis rigida iuris eam seruabat disciplina. Quam ob rem cum heredibus acerbe filio litigandum erat; nam vt TVLLIVS *de Orat. I, 38.* ait, *in ea causa quaesitum est de iure ciuili, possetne paternorum bonorum exheres esse filius, quem pater testamento neque heredem neque exheredem scripsisset nominatim?*

III. Iudicium.

CICERO *de Oratore. Lib. I. (cap. 40.)*

Quid? quod vſu memoria patrum venit, vt paterfamilias qui ex Hiſpania Romam veniſſet, cum vxorem praegnantem in prouincia reliquiſſet, Romaeque alteram duxiſſet, neque nuntium priori remiſiſſet, mortuuſque eſſet inteſtato, & ex vtraque filius natus eſſet; mediocriſne res in controuerſiam adducta eſt? cum quaereretur, de duobus ciuium capitibus, & de puero, qui ex poſteriore natus erat, & de eius matre: quae, ſi iudicaretur, certis quibuſdam verbis, non nouis nuptiis, fieri cum ſuperiore diuortium, in concubinae locum duceretur.

Cauſae Conſtitutio.

Caecilius ex Hiſpania Romam veniens, Claudiam vxorem praegnantem reliquit. Romae Puluillam duxit, antequam Claudiae nuntium remiſiſſet, mortuuſque eſt inteſtato, Tullio ex Claudia, Valerio ex Puluilla, filiis relictis. Tullius hereditatem patris petit a Valerio, ex non legitimo matrimonio nato, quod pater matri Claudiae non ſolenniter nuntium remiſiſſet, ideoque Puluillam matrem Valerii concubinae loco habendam. Valerius Tullium heredem eſſe negat, quod pater Caecilius, relicta Claudia & repudiata, Puluillam ſuperduxerat, ideoque ſe eſſe legitimum heredem. c)

Quae-

c) Huc pertinet alius locus CICERON. *de Orat. Lib. I. cap. 56. Quibus quidem in cauſis omnibus* (ſc. CViralibus) *ſicut — in eo puero, qui ex altera natus erat vxore, non remiſſo nuntio ſuperiori, fuit inter peritiſſimos ſumma de iure diſſenſio.* Cauſa principalis hereditaria quidem fuit, obuenerunt tamen & aliae, quibus haud deciſis, componi non poterat illa. Diſquirendum puta, vtrum a priori vxore, in prouincia relicta, diuortium rite factum eſſet? multum obeſſe videbatur, quod nuntius haud eſſet miſſus, vt fieri ſolebat, licet

Quaestio.

An Puluilla a Caecilio Romae in vxorem ducta, antequam Claudiae solenniter, praescripris verbis, & testibus praesentibus, nuntium remisisset, legitimae vxoris, an concubinae loco sit habenda? quod si fiat, Valerius heres esse nequit.

IV. Iudicium.

CICERO *de Oratore. Lib. I. (cap. 39.)*

Quid? quod item in Centumuirali iudicio certatum esse accepimus? Qui Romam in exilium venisset, cum Romae exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intestatoque esset mortuus, nonne in ea causa ius applicationis, obscurum sane & ignotum, patefactum in iudicio, atque illustratum est a patrono?

Causae Constitutio.

Petronius Capua Romam in exilium missus venerat, deditque se in patrocinium Cn. Pompeii. Romae mortuus est intestato. Agnati proximi dixerant, se Petronii heredes esse ab intestato, tanquam agnati. Pompeius hereditatem Petronii, tanquam clientis, & liberti, sibi vindicauit. d)

licet summa extremis reip. temporibus diuortiorum esset licentia, cui demum Augustus SVETONIO teste *in vit. cap. 34.* modum imposuit. Ab illius decisione pendebant reliquae, num secunda vxor mater esset familias, aut pellex? & puer ex altera natus, num esset ciuis romanus, filius familias, suusque heres?

d) De iure applicationis lege quae habent *Adr.* TVRNEBVS *Aduersar. Lib. XXIV. Cap. 32. Io. Fr.* GRONOV. *Obseruat. Lib. I. Cap. 9. pag. 64.* (Edit. Platner.) *I. A.* ERNESTI *Clav. Civ.* v. *Applicatio.* Quod ius, cum *Ciceronis* aetate iam obscurum fuerit, mirandum non est, si rationem ipsius & indolem hodie penitus fere ignoramus.

Quaestio.

An qui alibi in exilium missus, & se ad aliquem quasi Patronum applicans, hereditatem suam ab intestato deferat, patrono suo iure applicationis, an agnatis proximis?

V. Iudicium.

VALERIVS MAXIM. *Lib. VII. cap. VII. (ex. 2.)*

Item M. Ancii Carseolani splendidissimi equitis Romani filius, a Suffenate auunculo suo adoptatus, testamentum naturalis patris, quo praeteritus erat, apud Centumuiros rescidit, cum in eo Tullianus Pompeii Magni familiaris, ipso quidem Pompeio signatore, heres scriptus esset.

Causae Constitutio.

M. Ancius Carseolanus testamentum fecit, in quo Tullianum amicum suum heredem scripsit, filium praeteriit, a Suffenate auunculo adoptatum. Iulius, tanquam immerito a patre in testamento praeteritus, hereditatem paternam a Tulliano scripto herede sibi restitui postulat. Tullianus sibi ex testamento hereditatem Carseolani competere dicit. *e*)

Quaestio.

An filius auunculo in adoptionem datus, & a patre in testamento praeteritus, testamentum patris tanquam inofficiosum possit rescindere, & contra scriptum heredem heres debeat declarari?

VI.

e) Loci Valeriani lectionem castiorem dedi *Lib. II. cap.* 7. *not. c.* e qua & causae constitutio poterit emendari. Exemplum exposuit solide *Ant.* SCHVLTING *loc. cit. p.* 277.

VI. Iudicium.

VALERIVS MAXIM. *Lib. VII cap. VIII. (ex. 1.)*

Quam certae, quam etiam notae insaniae Tuditanus? vtpote qui populo nummos sparserit, togamque velut tragicam vestem in foro trahens, maximo cum hominum risu conspectus fuerit, ac multa his consentanea fecerit. Testamento is filium instituit heredem, quod T. Longus sanguine ei proximus hastae iudicio subuertere frustra conatus est. Magis enim Centumuiri quid scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripsisset, considerandum existimarunt.

Causae Constitutio.

Tuditanus homo insanus & furiosus testamentum fecit, in quo filium Cornelium heredem instituit, post mortem eius T. Longus, sanguine ei proximus, testamentum Tuditani, velut furiosi, rescindere voluit, vt filius exheredaretur, ipse contra tabulas testamenti heres declararetur: filius a patre institutus, heredem se esse contendit. *f)*

Quaestio.

An testamentum hominis furiosi, in quo filium heredem instituit, a proximo agnato debuerit rescindi?

Cau-

f) De hoc exemplo conferas quae *Cap. praeced. not. b.* sumus commentati.

Quae mihi adhuc inter legendum obuenerunt Iudicia Centumuiralia, disquisitioni *De Causis CViralibus* subiicere malui.

VII. Iudicium.

PLINIVS *Lib. VI. Epist.* 33.

Est haec pro Accia Variola, & dignitate personae, & exempli raritate, & iudicii magnitudine insignis. Nam femina splendide nata, nupta praetorio viro, exheredata ab octogenario patre, intra vndecim dies, quam ille nouercam ei, amore captus, induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. - - Victa est nouerca ipsa haeres ex parte sexta. Victus Suburranus, qui exheredatus a patre, singulari impudentia alieni patris bona vindicabat non ausus sui petere.

Causae Constitutio.

P. Virginius senex Tertullam vxorem duxit, eamque, exheredata filia Accia Variola, heredem testamento instituit. Accia, testamentum patris, tanquam inofficiosum, & contra merita factum, rescindi, seque heredem paternorum bonorum declarari, petiit. Tertulla nouerca, testamentum viri sui ratum haberi, sibique hereditatem dari debere contendit.

Quaestio.

An eius testamentum, qui filiam suam exheredauit, & vxorem secundam, heredem testamento scripsit, tanquam inofficiosum, & contra merita factum, debeat rescindi?

Haec sunt quae de magnifico Centumuirali iudicio a me dici potuerunt, cuius splendor, & auctoritas meruisset, vt scriptis Oratorum, qui olim summa cum eloquentia & fructu, coram eo causas actitauerint, aeternam memoriam inuenisset. Quod cum rerum vicissitudo negauerit, collegi ego sparsim rudera & fragmenta

gmenta tam celebris iudicii, vt ex iis splendorem & magnificentiam disiecti corporis oculi nostri speculentur. Floruit hoc iudicium Centumuirale annis plus minus DLXXII. Nam institutum est g) A. V.

g) Quemadmodum *Siccama* CViralis iudicii natalitium annum constituere conatus est, ita nunc tempus, quo euanuerit, monstrare cupit; qua in re multos nactus est sectatores. At enim, verum si fateri volumus, finem huius iudicii, pariter ac initium, certe definiendum non esse, profitendum erit. Ne quis enim cum *A.* sibi persuadeat rogo, post Constantini M. ex Italia secessum, tam subito Romae fuisse mutata omnia, vt, post hanc vicissitudinem, antiquae Vrbis vestigia superfuerint nulla: multum quidem pristini splendoris sensim amisisse Romam diffitendum non est, id tamen sequenti magis aetate, praesertim mimicis sub Imperatoribus, ab exterarum gentium gratia pendentibus, contigisse, historiae horum temporum non expertem, fugere nequit. Quodsi tamen e *Nostro* quaereres, quam, hunc CVirali iudicio finem assignandi, rationem habeat? certe non aliam, nisi mutatam a Constantino sedem regiam, induceret. Nam quando ait, summam apud Consistoria Principum iudiciorum auctoritatem fuisse, id parum refert propterea, quod dudum ante Constantinum M. Consistoria Principum adfuerunt, in quibus intricatae perplexaeque lites decisae sunt, ac iisdem temporibus ICti, qui nobis CVirorum seruarunt memoriam, consistorii Assessores fuerunt, vt de IVLIO PAVLO, & CERVIDIO SCAEVOLA constat. Quamobrem si Principum Auditoria Basilicis obfuissent adeo, vt hae ab omni lite vacuae fuissent, profecto, non Constantini demum aeuo, sed dudum antea id contingere debuisset. CVirorum auctoritati Consistoria quodammodo obfuisse, inficias eundum non est, sed illis horum iudicium obrutum interemtumque esse, nec in vniuersum affirmari, nec de Constantini tempore probari potest. His accedit, CVirale iudicium non nisi causas, Romae inter ciues obuenientes, diiudicasse, cum Praetoris vrbani iurisdictio, cui tamen CViri a consiliis fuerunt, tam arcta inclusa est limitibus. Proinde parum a verosimili videtur abesse, sub Constantino adhuc exstitisse CVirale iudicium, nec illud mutata regia sede statim euanuisse, statuere, quamquam de eo, non plura his, quam proxime antecedentibus temporibus, legamus. Neque solus ego hoc sustinere au-

V. C. DXIII. perstititque ad tempora Constantini, quo ille imperium, omnemque potestatem Roma Con-

audeo, sunt, qui idem arbitrentur. Ita enim *Io.* HOPP. *d. de iudicib. a Pr. dar. sol. Cap. 1. p. 522.* relata *Nostri* sententia, ait, *Forte etiam longius permansit, ad euersum imperium in Occidente vsque, sicuti de Decemuiris supra vidimus:* notauerat autem (*p. 516.*) Xviros stlit. iudic. ad vltima imperii Romani tempora in Occidente permansisse; sed vt posterius dubiis obnoxium, ita prius ob turbidum rei romanae in extremis annis statum, vix admittendum. Ita porro quae *Iac.* GOTHOFRED. *Comment. ad. L. 1. C. Th. de inoff. testam. Tom. 1. p. 198.* (Ed. Ritt.) scripsit, placent: nimirum laudauit legem, qua Constantinus M, querela inofficiosi fratribus vterinis denegata, germanos tantummodo ad actionem, persona detestabilis turpitudinis praelata, agnatione durante, *sine Praetoris auxilio,* admittit: docet autem *Gothofredus,* his verbis, non nisi necessitatem petendae bonor. possessionis remissam esse, quod beneficium legitimis successoribus iam competierit ob *L. vn. C. Th. de cretione vel bon. poss.* & *L. 1. C. Th. de legit. hered.* & pergit: *Neque ideo tamen, quod nonnulli opinantur, Centumuirale iudicium hac parte a Constantino M. abrogatum fuit: Centumuirale, inquam, in quo Praetor praesidebat, & a quo bonorum possessio impetranda erat. Cum etiam haec lex, non ad vrbem Romam pertineat, verum ad Magistratum Africae, Lucrium inquam Verinum, Vicarium Africae ea emissa sit; vbi nullum erat CVirale iudicium, verum Romae tantum.* Imo *Herm.* NOORDKERK *ad L. Petron. Cap. II. §. 18. pag. 66.* Imp. CONSTANTIVM *L. 16. C. Th. de Praetor.* (*T. II. p. 50.*) iudicia liberalia a CViris ad Praetoris vrbani cognitionem transtulisse, censet, quod sustinere non potuisset, nisi post Constantinum adhuc CViralis iudicii existentiam credidisset. Sed post tempora Constantini CVirorum consilium cessauit, & his quidem ex causis, vt ego censeo: Post laudatum Imperatorem tam Praefecti vrbi, quam Praefecti Praetorio, auctoritati Praetorum multum obfuerunt: prior magnam potestatem & iurisdictionem habuit, & alter per Vicarium exercuit iurisdictionem Romae etiam. Praetorum munus arctioribus quam antea finibus circumseptum est, licet nondum omnem iuris dicundi potestatem amiserint. Aderant inprimis ludorum edendorum gratia, ceu constat e *tit. C. Th. de Praetorib.* ideo grauis Senatorum ordinis sarcina erat Praetura. v. CVIAC. *Paratitl. T. C. de Off. Praetor.* Interim scimus, & monstrauit *J.* GOTHOFR. *Comment.* ad

Constantinopolim transtulit, & in posterum summa iudiciorum potestas apud Consistorium Principis

ad L. 16. C Th. de Praet. Tom. II. p. 51. hunc magistratum, emancipationes, manumissiones, in integrum restitutiones, curasse, decretaque de rebus pupillorum minorumue alienandis dedisse, adeoque aliquam saltim pristini splendoris imaginem superfuisse. In specie vero quod ad iudicia attinet, Praetores talia exercuisse haud erit diffitendum, sed ea neque insignia, neque circa graues causas fuerunt: Quod vt probaret *M. C.* CVRTIVS *de senatu Rom. post. tempor. Reip. Lib. IV. c. 3. §. 82.* prouocauit ad *Aurel.* SYMMACH. *Lib. X. Ep. 52.* Ed. Parei, al. 45. (ex errore typograph. ap. *Curt.* allegat. Ep. 25.) dum scribit: *Symmachus litis meminit coram Cuprasio vrbanis tribunalibus praesidente, actae; fuit hic sine dubio Praetor; istiusmodi nomen enim inter Praefectos Vrbis exulat.* Verumtamen, quae tam fidenter affirmat Vir doctus, non adeo certa sunt. Intellexit enim *Symmachus* antecessorem suum *Eupraxium* Praefect. Vrb., & *Ph. Pareus* in margine iam notauit, in quibusdam Codicibus legi Eupraxium: idemque monuit *J.* GOTHOFRED. *Prosopograph. Cod. Theod. v. Eufraxius T. VI. P. II. p. 51. et in Comment. ad L. 1. C. Th. de denunciat.* Fuit autem ille sub Valentiniano Praefectus A. Chr. 374. v. GOTHOFRED. *Notit. Dignit. Cod. Th. T. VI. P. II. p. 12. Th. Ians. ab* ALMELOVEEN *Indic. Praef. Vrb. in Fast. Coss. p. m. 312. Eduard.* CORSIN. *Seriem Praefect. Vrb. ad A. C. 374. p. 360.* vbi haec notat: *Haec ipsa Vrbani Praefecti dignitas ab Eupraxio suscepta, a Symmacho Lib. X. E. 45. memoratur, quum ab illo solo exscriptoris vitio Cuprasius appelletur.* Quoniam autem hae litterae a *Symmacho* ad Theodosium Magnum, sub quo iterum Praefectus fuit, scriptae sunt, Eupraxium ipsius antecessorem nominare non dubitaui: hanc etiam ob caussam *Symmachus* illum nominauit Virum Clarissimum, & eum Vrbanis tribunalibus praesidere dixit. Denique nunc tota *Symmachi* oratio bene inter se cohaeret: nimirum vi officii sui, ad Imp. litem, sub Eupraxio coeptam sed intermissam, apud se rursus agitatam et instauratam refert; quod docent non verba solum, si scripsit, longo interuallo litem ad se peruenisse, sed & exinde patet, quod Flauianus, quem lite pulsauerat Theodorus, vt & successor eius, finem viuendi fecissent, & praescriptio iam orta esset: vtrumque vero scribere non potuisset, si a Praetoris Vrbani tribunali ad se delata fuisset controuersia, quod tamen, si vera *Curtii* sententia, statuendum esset.

cipis permanſit, omniſque iuris & fori antiquitas cum ipſa Roma euerſa eſt.

---

eſſet. Quae cum ita ſint, vti me probaſſe confido, ex hac *Symmachi* epiſtola, Praetorem adhuc tribunalibus praeſediſſe, probari nequit, quod equidem inprimis animaduertere volui propterea, ne quis ſub tribunalibus CViralia intelligat. Cum igitur Praetorum iuriſdictio tanta non amplius eſſet, quanta fuerat olim, illi[illegible]ane tam magnifico ſplendidoque conſilio non opus erat. Cauſae maioris momenti coram Praefectis agebantur, & hi, quorum conſilio vtebantur magiſtratus in rebus arduis, ſummorum potius magiſtratuum aſſeſſores amabant eſſe, quam Praetorum auſpiciis CVirorum nomine iudicare. Plures cauſae nunc legibus definitae, vbi cognouerant olim Centumuiri, & in arduis ſupremi magiſtratus Imperatores adibant. Sic vna mutatio excepit alteram, cauſamue praebuit, vt priſca Romanorum inſtituta ceſſarent ſaluberrima.

SYL-

SYLLOGE
OPVSCVLORVM
DE
IVDICIO CENTVMVIRALI
ARGVMENTVM
AC
SICCAMAE LIBELLVM
ILLVSTRANTIVM.

M

I.
IO. GEORG. GRAEVII
ANIMADVERSIONES
AD
SICCAMAE DE CVIRALI IVDICIO
LIBR. I. CAP. IV. ET VI.
E
PRAEFATIONE TOM. II.
THESAVR. ANTIQVIT. ROMANAR.
EXCERPTAE.

Sibrandus SICCAMA Lib. I. de iudiciis Centumuiralibus cap. 4. & 6 censet Centumuiros non fuisse iudices priuatos, quia putat iudices priuatos, non eos tantum fuisse, qui a praetore dati ad causas priuatas iudicandas, sed qui etiam fuerit homo priuatus, non qui cum imperio & potestate fuerit, ac si Centumuiri cum imperio ac potestate fuissent, reprehendit TORRENTIVM, qui in priuatorum iudicum numerum retulerit. Atqui nihil certius est omnes iudices, tam illos qui dabantur a praetore, quam quos sortiebatur praetor in iudiciis publicis, & Decemuiros ac Centumuiros fuisse priuatos, hoc est nullos magistratus, sine imperio & potestate. Omnes enim magistratus, vt consules, praetores, aediles, quaestores, tribuni plebis creabantur a populo in comitiis, iudices legebantur a praetoribus, & postea a principibus, quod SVETONIO est *decurias iudicum expungere*. Ex his decuriis a praetore deligebantur tam Centumuiri, quam iudices, quos dabant ad priua- pag. 29.

torum

torum lites diiudicandas, quam etiam qui forte legebantur ad quaestiones, siue iudicia publica. Nullum igitur dubium Centumuiros aeque vt alios iudices a praetore datos fuisse priuatos, sedisse quoque in subselliis, in tribunalibus, aeque vt alios iudices, quod negat SICCAMA in loco lauda-
pag. 30. to: sed satis clare ostendit PLINIVS *VI. Ep. 32.* vbi agit de iudicio Centumuirali: *Sedebant iudices centum & octoginta. Tot enim quatuor consiliis conscribuntur: ingens vtrinque aduocatio & numerosa subsellia: praeterea densa circumstantium corona latissimum iudicium multiplici circulo ambibat.* Vbi per subsellia intelliguntur tam Centumuirorum, quam aduocatorum subsellia. In sellis currulibus sane non sedebant Centumuiri. Ea erant in tribunalibus, sed non iudicum datorum a praetore ad alias lites. Hinc in subselliis habitare dicuntur apud CICERONEM qui in iudiciis priuatis versabantur assidue, siue ea essent Centumuiralia, siue aliorum iudicum. Quamquam autem PLINIVS & QVINCTILIANVS discrimen faciant inter priuata iudicia & Centumuiralia, non tamen haec sic intelligenda sunt, ac si Centumuiralia non fuissent priuata iudicia, sed quia Centumuiralia iudicia cum Decemuiris & praetore iudicabant in tribunali de certis causis, quarum numerus erat definitus, de quibus CICERO *I. de Oratore*: *Volitare in foro, haerere in iure ac praetorum tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus saepe non de facto, sed de aequitate & iure certetur, iactare se in causis Centumuiralibus, in quibus vsucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium iura versantur.* Hae res quae ad Centumuiros pertinebant, notae erant Romae, & habebantur olim, republica & libertate florente, leues, quamuis postea sub Caesaribus inter priuata iudicia primum locum obtinuerint, vt ostendit AVCTOR *dialogi de causis corruptae eloquentiae cap. 38.* *Apud quos* (praetor.) *quanto maiora negotia olim exerceri solita sint, quod maius argumentum est,*

quam

quam quod causae Centumuirales, quae nunc primum obtinent locum, adeo splendore aliorum iudiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Caesaris, neque Bruti, neque Coelii, neque Calui, non denique vllius magni oratoris liber apud Centumuiros dictus legatur, exceptis orationibus Asinii quae pro hereditate Vrbiniae inscribuntur. Grauiores itaque causae olim apud praetores, & iudices, ac recuperatores a praetoribus datos, magis cognoscebantur, quam apud Centumuiros. Vtrique vero erant priuati iudices, & de rebus priuatis iudicabant. Centumuiri legebantur ex decuriis iudicum a praetore in suum annum, qui illo anno secum deciderent causas Centumuirales, in tribunali, in quo ipse sedebat in sella curruli, cum Centumuiri sederent in subselliis; sed ad alias causas quae non pertinebant ad Centumuiros, dabat iudices, aut recuperatores, aut arbitrum, qui, quia non sedebant in tribunali, sed in basilica, aut alio loco, a praetore designato, in subselliis, dicti sunt *pedanei*, Graecis χαμαιδικασταὶ, quod HESYCHIVS exponit σύλεκτοι. Selecti vero dicebantur qui ex toto populo selecti erant, & in decurias seu album relati, ex quibus capiebantur tam Centumuiri, quam illi pedanei, & recuperatores a praetore. Hi *pedanei* appellabantur alio nomine quoque *priuati*, non quod magis essent priuati quam Centumuiri, sed quod Centumuirorum annuum, vt ita dicam, esset collegium, pedanei vero darentur sigillatim ad quamuis causam, quae non pertinebat ad Centumuiros. Sedebant in subselliis Centumuiri, sedebant in iisdem iudices dati, & recuperatores in loco, vbi a praetore iussi erant iudicare, siue in comitio, foroue, siue in basilica quadam. Nonnumquam tamen non sedebant iudices, sed stabant, sicut CICERO ostendit *in Bruto: In comitium veniunt, ad stantem iudicem dicunt;* sed procul dubio in causis valde leuibus, vt recte animaduertit SIGONIVS, cum sedere sit tam proprium iudicis, vt *sedere in aliquem* sit alicuius esse iudicem. Centumuiri autem ideo in tribunalibus sedebant in subselliis, quia illis iudiciis praetor praeerat, qui semper in tribunali cognoscebat, nisi de plano decideret.

 Ar-

Argumenta, quae affert SICCAMA, ad oſtendendum, iudicia Centumuiralia non fuiſſe priuata, valde ſunt leuia, & vix reſponſione digna. Nam cum ait priuatum iudicem deſiiſſe iudicem eſſe, cum ſententiam tulit, non vero Centumuirum, id verum eſt, ſed num ideo, quia Centumuiri erant annui, magiſtratum gerebant, aut priuatorum perſonam exuerant? Hoc nemo vnquam ſomniauit. Nec ex hoc colligas, quia priuata iudicia potuerunt differri, Centumuiralia non potuerunt, Centumuiros non fuiſſe priuatos iudices? Id oſtendunt tantum ſub principibus nonnulla in Centumuiralium iudiciorum ordine diſcrepuiſſe a iudiciis recuperatoriis, aut aliis priuatis, non vero Centumuiros non fuiſſe priuatos. Addit iudicibus priuatis commiſſas eſſe vt plurimum controuerſias facti, & perſpicui & ſcripti iuris, Centumuiris vero intricati iuris, & quae in aequitatis & iuris quaeſtione ſitae ſint, quae ſententia quoque SIGONII eſt. Aliter nos docuit AVCTOR *dialogi* in loco, quem paulo ante attulimus. Aliter nos docet TVLLIVS *I. de oratore cap. 38. Iudicia*, inquit, *priuata magnarum rerum obire, in quibus ſaepe non de facto, ſed de aequitate & iure certetur*, tum ſequuntur cauſae Centumuirales, *iactare ſe in cauſis Centumuiralibus, in quibus vſucapionum*, & quae ſequuntur. Et quamuis ad Centumuiros quoque cauſae graues & magni momenti deferrentur, vt in ſequentibus declarat CICERO nonnullis exemplis, non leuiores tamen in iudiciis priuatis agitabantur cauſae, cuius exempla habes apud EVNDEM *cap. 39. Quid nuper, cum ego Sergii Auratae contra hunc noſtrum Antonium iudicio priuato cauſam defenderem, nonne omnis noſtra in iure verſata defenſio eſt?* vide ibi plura. Inde conſtat etiam in priuatis iudiciis actas fuiſſe cauſas grauiſſimas, quae in iure verſabantur. Nec in vlla ferre alia re, Centumuiralia iudicia diuerſa erant a priuatis, quam quod cauſae a Centumuiris diiudicandae notae erant & definitae, quodque Centumuiralibus iudiciis ipſe praetor cum Decemuiris praeeſſet; cauſae vero, quae non erant in Centumuiralium cenſu committerentur aut iudici, aut recuperatoribus, aut arbi-

pag. 31.

arbitro a praetore dato, quae priuata appellabantur, quia iis non praeerat praetor vt Centumuiralibus, quamuis tam Centumuiri quam recuperatores essent priuati. Inde patet a vero longe abesse, quod *capite sequente VIII.* scribit SICCAMA Centumuiros fuisse creatos comitiis tributis, quod minimi magistratus essent, & minima quaeque ad populum spectantia tributis comitiis fierent. Huius rei nulla vola nec vestigium in vllo prisco monumento, nec id fidiculis exprimas ex loco FESTI quem affers. FESTVS enim nihil aliud dicit, nisi ex XXXV. tribubus electos esse Centumuiros, non addit a populo. Sed ipse sibi aduersatur in fine capitis huius, in quo ex DIONE ostendit sorte ductos esse Centumuiros. Procul dubio a praetore sorte lecti sunt ex decuriis iudicum, & quidem ex singulis tribubus tres. Nam omnium tribuum ciues fuisse in decuriis seu albo iudicum nemo ambigit.



II.
GEORG. HENR. AYRER
ICTI ET ANTECESSOR. GOETTING.
DISQVISITIO
DE
IVDICIO ROMANORVM SEPTEMVIRALI

GOETTING. 1757.

Cum reuiuiſcentis iam officii ratio me diſputationi inaugurali praefari iubet, in qua iudicii tum Centumuiralis, tum Septemuiralis fit mentio,*) haud alienum ab inſtituto praeſenti putaui, explicandae vtrique adpellationi hic paulo diutius immorari. Nec mutaui conſilium, poſtquam SIBRANDI TETARDI SICCAMAE, ICti Friſii, libellum de *iudicio Centumuirali*, fugitiuis olim oculis perlectum, nunc penitius inſpexi. Quamuis enim multa nec minus erudita diligentia fere omnia exhauſerit, quae tam ad originem, quam ad formam ampliſſimi huius, & totum populum Rom. repraeſentantis, nullique hinc prouocationi obnoxii, iudicii pertinent; ne verbulo tamen meminit iudicii Septemuiralis, quod vtique eiusdem pars, ſiue deputatio peculiaris videtur fuiſſe. Quare haud ingratum fore amatoribus antiquitatum & hiſtoriae iuris Rom. exiſtimaui, ſi hanc qualemcunque commentatiunculam eidem deſtinarem. Anſam haec deſtinata perficiendi & diligentius rem contemplandi

*) Nempe conſcriptum eſt programma ad *Henr.* BAGELMANN *Bremens.* diſp. inaug. *de iure parentum legitimam liberorum bona mente grauandi* Goetting. 1757. b. AYRER praeſide defenſam. C. F. Z.

plandi mihi inprimis variantes lectiones, quas circa leges nonnullas Pandectarum deprehendi, & magnus inde ortus interpretum dissensus praebuerunt. Non solum enim L. 7. sed etiam L. 28. & 31. de *inofficioso testamento* desumtae ibidem leguntur ex PAVLI libro singulari de *septemuiralibus iudiciis*. Quam inscriptionem, a LABITTO, ANT. AVGVSTINO, CONTIO, CHARONDA & aliis retentam, quoque Pandectas Florentinas, cum in indice ICtorum, tum in memoratis legibus, exhibere, magnus CVIACIVS a) obseruat. Et reuera ita habere archetypum, fide HENRICI BRENCMANNI, Perill. GEBAVER, beneuola manu mecum communicatis suis de hac re obseruationibus, mihi adseuerauit, qui BRENCMANNIANVM eiusdem exemplum inter reliqua bibliothecae suae selectissimae ornatissimaeque cimelia possidet. Sed falsam esse hanc lectionem, FRANCISCVS DVARENVS, ad Indicem Pandectarum pariter atque ad leges citatas 28. & 31., monet, cui etiam GVIDVS PANCIROLLVS, b) errorem ex notis numerorum facile irrepsisse, putans, adsensum praebet. Legit quoque editio Haloandrina non Septemuiralibus, sed Centumuiralibus, quod verbum posterius DIONYSIVS GOTHOFREDVS vbique loco prioris substituit, argumento potissimum motus legis 13. ff. *de inoff. testam.* ex SCAEVOLAE L. 3. *Responsorum* excerptae, in qua, sicut in L. 17. eod. ex PAVLI L. II. *Quaestionum* petita, iudicii Centumuiralis, etiam secundum ipsum Etruscum exemplum, expresse mentio est iniecta. Nec aliter BRISSONIVS c) & IOH. FRID. GRONOVIVS, d) centum degenerasse in septem, cum aliis arbitratus. **) Hinc non minus carpit lectionem co-

 dicis

a) L. III. obs. c. 32.
b) *Var. lect* L. I. c. 37. T. II. *Iurispr. R. & Att. p.* 979.
c) de *Verb. signif.* v. *centumuiri.*
d) Obs. L. IV. c. 11.

**) Quo pertinent *Gerh.* NOODT *Comment. ad tit. Dig. de inoff. testam. init.* C. G. HOFFMANN *Histor. iur. Roman. T.* 1. *p.* 350. I. A. BACH *hist. iurispr. R. Lib. III. C.* 2. *S.* 5. §. 32.

dicis Florentini ANTONIVS SCHVLTINGIVS, *e*) cum BERTRANDO, *f*) qui vitam PAVLI ICti delineauit, & cui GVIL. GROTIVS *g*) hac parte adſentitur. Probat contra cum aliis PARDVLPHVS PRATEIVS. *h*) Eandem ſententiam BERNH. HENR. REINHOLDVS *i*) fouit In tanta igitur & lectionum, & ſententiarum varietate, dubitare quis poſſet haud abſque ratione, vtrum illud iudicium, quod de querela inofficioſi teſtamenti non minus, ac reliquis quaeſtionibus teſtamentariis, apud Romanos veteres cognouiſſe conſtat, Centumuirale fuerit, an Septemuirale? Quod ipſum dubium quomodo tolli poſſit, paucis hic tentabimus.

e) *In Iuriſpr. Anteiuſt. ad vitam Iulii Pauli* p. 204. not. *a*. & ad eius *Sent. recept.* L. IV. Tit. V. §. 1. n. 1.
f) De *iuris peritis* L. I.
g) de *Vitis Iuriscon[s.]* L. II. c. 10.
h) *Catapetism.* L. II. c. 1. apud B. OTTONEM *in Theſ. iur. R.* T. III. p. 594.
i) In diſſ. *de cauſis, in quibus etiam nunc querela inoff. teſt. eſt neceſſaria* §. IV. p. 342. *opuſc. eius iurid. a Cel.* IVGLERO editor.

ſ. 32. not. e. I. G. HEINECC. *Hiſtor. Iur. I, ſ. 342.* *) qui & ad BRISSON. *de V. S.* v. *CViri* notauit haec: *Adnotauit* TABOR, *non iudicaſſe omnes, ſiue totum Senatum de hereditatibus ſed ſeptemuiros ex his electos, vnde etiam frequentem fieri ſeptemuiralis iudicii mentionem, maxime in inſcriptionibus, ceu iam obſeruaſſe ait* D. CVIACIVM ad L. 1. D. de inoff. *Enimuero primo non adeo frequenter horum iudiciorum fit mentio, ſed ter tantum inſcriptione* L. 7. L. 28. & L. 31. D. de inoff. *quae leges omnes e Pauli libro ſingulari de ſeptemuiralibus iudiciis ſunt. Deinde omnibus ICtis in eo conuenit, quod minus genuina ſit illius libri inſcriptio & pro ſeptemuiralibus legendum ſit CViralibus.* Et hanc notam intellexit fortaſſe *b. Auctor*, cum *Briſſonium* allegaret. Huc porro pertinet *Abr.* WIELING. *ad Ind. ICtor. Alphab. in Irpr. Reſtitut. Tom. I.* p. *LXXXVII. Vix opus monitu*, ſcribens, *pro Septemuiralibus legendum CViralibus, ortumque puto errorem ex affinitate ductuum* τῶν *C. & S. v. g. SViralibus.* E contrario vero F. C. CONRADI *ad Ind. ICtor. Florent. in appendic. ad* GRONOV. *hiſt. Pandect. authent. p. 165. Mirum*, inquit, *in ſingulis legum ex hoc libro ſumtarum inſcriptionibus, Centum degeneraſſe in Septem.* C. F. Z.

bimus. Ad originem itaque supremi huius & popularis iudicii si adscendimus, in eius institutione, sicut in aliis rebus bene multis, Romani Graecos videntur fuisse imitati. k) Institutum autem illud esse A. V. C. DXIII. eodem tempore, quo propter multitudinem negotiorum forensium praetor peregrinus vrbano fuit adiunctus, neuter tamen omnibus sufficit, l) & quidem lata lege Aebutia plebi gratissima, haud improbabili coniectura cum ANT. AVGVSTINO, ex loco GELLII, m) SICCAMA supra laudatus auguratur. Vnde nomen iudicii Centumuiralis idem traxerit, explicat FESTVS, n) inde dictum fuisse, scribens, quod terni ex singulis XXXV. tribubus s. curiis, in quas tum Roma fuit diuisa, ad iudicandum lecti essent, & licet quinque amplius, quam Centum fuerint, tamen, quo facilius nominarentur, numero rotundo o) Centumuiros esse adpellatos, more in re militari Romanis, aeque ac Germanis, perquam solemni, apud quos TACITVS p) *in conciliis electos fuisse principes, qui iura per pagos vicosque redderent, centenosque* q) *singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritatem adfuisse*, memoriae prodidit, ita quidem, vt, *quod primo numerus fuit, postea nomen & honor esset*, vt alibi-

k) de *Atheniensium iudicio Centumuirali* agit IOH. MEVRSIVS *Lect. Attic.* L. V. c. 4.

l) Teste POMPONIO in l. 2. ff. §. 28. de O. I. conf. IOH. HENR. MYLIVS in diss. de *praetore peregrino* §. 3.

m) *Noct. Att.* L. X. c. 10.

n) de V. S. Lib. III. h. v.

o) Eandem numeri rotunditatem & adpellandi compendium deprehendimus in septuaginta interpretibus. vid. AVGVSTINVS de *ciuit. De* L. XVIII. c. 42. ibique LVD. VIVES.

p) d. M. G. C. XII. quem locum de re iudiciaria intelligendum neque hinc cum instituto simili, sed bellico & aulico confundendum esse, contra SALINERIVM, infelicem TACITI interpretem, obseruat feliciori longe opera eundem passim interpretatus Perill. GEBAVER in progr. de *comitatu principum Germ.* ad c. XII. & XIV.

q) Vnde vox *Zent*, licet non adeo congrue, deriuari solet, vid. MATTH. BERNEGGERVS Quaest. 64. & WACHTERI *Glossarium* h. v.

alibi tradit. r) Sane idem semper Centumuirorum nomen apud Romanos mansit, s) quamuis sub imperatoribus numerus eorum eum in modum fuisset adauctus, vt tempore PLINII t) ad CLXXX adscenderent. Non alios autem in hunc numerum fuisse cooptatos, quam viros, vti ceterarum rerum cautos ac diligentes, ita inprimis iuris ciuilis peritia aeque, ac eloquentia, celebres, facile est ad colligendum. Tam amplum tamque magnificum iudicium, cui praetor vrbanus, eoque impedito, quaestura functi praeerant, u) hastae quoque Centumuiralis nomine venit, qua posita, Centumuiros esse cogendos & Centumuirale iudicium, quasi totius populi R. conuentum, esse exercendum, veluti publicae auctoritatis indice, significari solebat. x) Distributum illud fuit in IV. consilia, non concilia, vt vulgo perperam hic scribitur, y) quae a Decemuiris IV. litibus, f. stlitibus, ex antiquo loquendi more, iudicandis, cogi, z) & in Basilica Iulia, a) amplissima & ad frequentissimas ambulationes patentissima aula, vna cum his totidem diuersa tribunalia, quibus singulis, hasta Centumuirali, iudicii signo, itidem praefixa, Decemuiri dicti praesidebant

r) l. c. c. VI.

s) Vid. AE. PREVOTIVS, de *Magistrat. pop. R. c. VII.* ap. ALB. HENR. de SALLENGRE *Thes. antiq. R.* T. III. p. 1080.

t) Vt ipse scribit L. VI. ep. 33. ex quo illud refert ROSINVS *Antiq.* R. L. VII. c. 30.

u) Vt adparet ex loco SVETONII in *Augusto* c. 36.

x) Vnde PAPIN. STATIO in *Sylu. ad Marcell. centeni moderatrix iudicis hasta* & MARTIALI L. VII. epigr. 62. audit: — *centum grauis hasta virorum.* —

y) Rationem differentiae inter vtramque adpellationem reddit FRANCISCVS POLLETVS in *Hist. fori Rom.* L. III. c. 13. apud IOH. POLENVM in *Nouis Supplem. Thes. antiqu. Rom. Graecarumque* Vol. I. p. 513.

z) Alludit huc LVCANVS in carm. ad *Pisonem.* V. 41.

Seu trepidos ad iura decem vocat hasta virorum,
Et firmare iubet centeno iudice causas.

a) De qua, sicuti de ceteris Romanor. Basilicis, egit Cel. SCHORCHIVS in diss. de *Basilicis earumque iuribus* Sect. I. §. X.

debant, conſcendere ſolebant, ea propinquitate ſeſe inuicem contingentia, vt actiones vnius tribunalis a reliquis facile poſſent exaudiri, inprimis, ſi orator, qui cauſam diceret, vocem ſonoram haberet. b) Vnde haud difficile eſt intellectu, quid ſibi velit PLINIVS, dum SVETONIVM TRANQVILLVM, cui, vt alias paſſim, c) ita hic quoque lumen accendit, deterritum, ne quam acturus erat, cauſam diceret, exemplo ſuo confirmat ad eamque agendam monet, addens, ſe *adoleſcentulum in iudicio quadruplici* egiſſe; d) quid porro, dum Fabio Valenti ſcribit, e) ſe *apud Centumuiros in quadruplici iudicio dixiſſe*; quid denique, dum Romano ſuo narrat, f) ſe pro Accia Variola, quam feminam *& dignitate perſonae, & exempli raritate, & iudicii magnitudine inſignem* vocat, *quadruplici iudicio bona paterna, quod exheredata ab octogenario patre, intra vndecim dies, quam ille nouercam ei, amore captus, induxerat*, fuiſſet, aduerſus hanc ex *ſextante & Suburranum ex reliquis partibus* heredes ſcriptos, in magna auditorum corona repetiiſſe. Qua actione, ita iudicante SIDONIO APOLLIN. g), *plus gloriae de Centumuirali ſuggeſtu domum retulit, quam cum M. Vlpio Traiano in-*

com-

b) Illuſtrat hoc egregie QVINCTILIANVS *Inſtit. Orat.* L. XII. c. 5. extr. exemplo Trachalli oratoris, inter aequales, praeter *corporis ſublimitatem, ardorem oculorum, frontis auctoritatem, geſtus praeſtantiam*, vocis etiam ſonoritate, aut, ſi mauis, claritate, ita eminentis, vt in prouerbium abierit: *Trachallo vocalior. Certe cum in Baſilica Iulia*, ſic pergit FABIVS, *diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris eſt, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, & quod agentibus ceteris contumelioſum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.*

c) Vt obſeruat ADRIANVS TVRNEBVS *Aduerſ.* L. IV. c. 4. vbi de quadruplici & duplici Centumuirorum iudicio agit.

d) L. I. Ep. 18. ad quam confer CATANAEI, BVCHNERI aliorumque adnotationes.

e) L. IV. ep. 24.

f) L. VI. ep. 33.

g) L. VIII. ep. 10.

comparabili principi, incomparabilem panegyricum dixit. Quam diuisa vero fuerint, vt subinde in vna eademque causa contigit, *h*) haecce tribunalia, quam diuersae iudicantium sententiae, varius orationis Plinianae, vtut excellentis, & hinc a quibusdam, ob praestantiam suam, ei, quam DEMOSTHENES *pro Ctesiphonte* dixit, comparatae, euentus ostendit. *Nam duobus*, ait PLINIVS, *consiliis vicimus, totidem victi sumus. Notabilis prorsus res & mira: eadem in causa, iisdem iudicibus, iisdem aduocatis, eodem tempore tanta diuersitas accidit casu quidem, sed non vt casus videretur. i*) En cereum iuris nasum etiam apud Romanos! Sed, quamuis, vt MARCELLVS, *k*) qui Antoninio Pio, haec sancienti, iura suggessit, *l*) inquit, *si pars iudicantium de inofficioso contra testamentum, pars secundum id sententiam dederit, quod interdum fieri solet, humanius fuerit, sequi eius partis sententiam, quae secundum testamentum spectauit; m*) quia tamen, quae exceptio ab hac regula statim subiungitur, in causa, quam PLINIVS egit, *aperte iudices inique secundum scriptum heredem pronuntiarunt; victa est nouerca, victus Suburranus*, vicit filia, &, hereditate obtenta, patrem testatorem intestatum fecit, quia, quam rationem reddit CVIACIVS, *n*) meritorum habita comparatione, iniquum fuit filiae praeferri extraneos heredes. Obseruare hic simul in procliui est, quam frequen-

h) Vid. l. 10. ff. de *inoff. testam.* & l. 76. ff. de *Legat.* 2.

i) Inde lucem accipiunt, quae QVINCTILIANVS *Instit. orat.* L. V. c. 2. & L. XI. c. 1. de duplicibus Centumuiral. iudiciis, siue in duas partes diuisis, tradit. vid. LE BRET in *ordine perantiquo iudicior. ciuil.* C. IX.

k) Vt obseruat hac occasione HERMANNVS NOORDKERK in *specimine lectionum s. disquis. de Lege Petronia* c. II. pag. 70.

l) In cit. l. 10. ff. *de inoff. test.*

m) Quem ipsum vltimarum voluntatum fauorem, magis quidem effectu plane contrario prouocasse ad exheredandum minus meritos, sed celebriorem quoque hinc querelis de inoff. test. occasionem praebuisse, existimat CORN. VAN BYNCKERSH. *Obs.* L. V. c. 5.

n) l. c. L. X. c. 20.

quenter querela de inofficioſo teſtamento hoc illuſtre iudicium occuparit; vnde adeo iudicii Centumuiralis nomine, quo etiam hereditatis petitio, titulo ff. de inoff. teſt. immediate ſubiecta, vocatur, κατ' ἐξοχὴν fuit inſignita. o) Certe CICERO p) teſtamenta & rupta, ſ. quacunque ratione reſciſſa, & rata expreſſe inter cauſas Centumuirales refert. Imo quamuis ab initio, cum primum Centumuiri inſtituti eſſent, reliquae etiam controuerſiae ab ipſo enumeratae, & magis quoque in iure ac aequitate, quam in facto, poſitae, ad iudicia Centumuiralia pertinuerint; ſucceſſu tamen temporis illa ſolas hereditarias quaeſtiones, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato exorirentur, iudicaſſe idque, ob auctas magis magisque & multiplicatas eiusmodi lites, frequentius accidiſſe, omnium vero frequentiſſime querelam inofficioſi teſtamenti, ſiue, quod, CVIACIO q) iudice, eodem recidit, petitionem hereditatis de inofficioſo in hoc iudicium deductam fuiſſe, vel exempla teſtamentorum, illa impugnatorum & reſciſſorum, a VAL. MAXIMO r) collecta, ſatis abunde teſtantur. Sed pluribus argumentis ſat validis veterumque ſcriptorum, ipſius TVLLII potiſſimum, PLINII & QVINCTILIANI, nec non iuris IVSTINIANEI s) auctoritate ſuffultis, id probatum dedit SICCAMA, t) qui differentiam quoque illius cum a iudiciis priuatis contra SIGONIVM; u) tum a publicis, aduerſus RAEVARDVM x) ſuppeditauit, nec priuatum, nec publicum, ſed quodammodo vniuerſi populi

o) *conf.* l. 13. de *inoff. teſtam.* & l. 30. de *Liberat. leg.*
p) *De orat.* L. I. c. 38.
q) L. X. c. 20.
r) L. VII. c. 7.
s) l. 30. ff. de *Liberat. leg.* l. vlt. C. de *petit. hered.* & l. vlt. C. *de Lib. praet.*
t) l. c. L. I. C. VI. & VII.
u) In libro *de priuat. iud.*
x) *Protribunal.* c. XX. Eiusdem erroris poſtulauit GOVEANVS EGVINAR. BARONEM, ſed liberauit eo ED. HENRYSON in *libr. de iurisd. pro Egu. Bar. aduerſus Goueam* ap. Cel. MEERMANN *Theſ. iur. ciu. & can.* T. III. pag. 460.

puli R. consilium fuisse, ad priuatas controuersias dirimendas coactum, docens. Quandoquidem vero vix operae pretium fuit ob quamlibet causam tot vti ambagibus, vt primo venia coram Centumuiris agendi a praetore vrbano, quippe qui in iis, quae erant facti, aut certi indubitatique iuris, iudices s. recuperatores ex numero selectorum, de quibus inter ipsos litigantes conuenisset, in causis contra subtilioris iuris ciu. cognitionem requirentibus, potestatem apud Centumuiros experiendi dabat, y) impetraretur, deinde iudicium Centumuirale subscriberetur, cui mutuae subscriptioni actoris & rei spatium biennii satis longum patebat, z) tum a praetore Decemuiri litibus iudicandis conuocarentur atque ab his denique centum & amplius viri stato die ad locum iudicii conuenire iuberentur; valde probabile est, ne, vt OVIDIVS a) canit,

sit *fortuna reorum,*
Vsque decem decies inspicienda viris.

ex tot iudicibus subinde septem tantum fuisse electos, qui causam cognoscerent & cumprimis de testamento inofficioso iudicarent, quod iudicium hinc Septemuirale videtur esse adpellatum. ***) Fuit certe hic numerus inaequalis, quem vt

y) Vid. M. ANT. MVRETVS in *comment. de orig. & progressu iur. R.* ap. OTTONEM in *Thes. iur. R.* T. IV. p. 163. seqq.
z) Vt testatur PLINIVS L. V. ep. I.
a) *Trist.* II. 93. sq.

***) Habes igitur doctissimi Viri sententiam breuibus explicatam: prouocauit ad CVIACII & MVRETI auctoritatem, neque vero iniucundum erit hic legere mentem Fr. BALDVINI in *Iustinian. Lib. II. p. 149. seq.* (Ed. Gundling.) vbi *L. vlt. C. de hered. petit.* est explicata. „*Iustinianus,* inquit, *ipse hoc iudicium CVirale vocat hanc petitionem hereditatis, sicuti & querela inofficiosi testamenti alibi vocatur iudicium CVirale L. 13. de inoff. test. L. 30. de liber. legat. & apud Plinium L. 5. epist. Apud CViros enim, qui hasta posita in foro iudicabant, olim Romae agebantur causae testamentorum & hereditatum, vt Cicero in Oratore ostendit. Poteratque etiam vtrumque dici Iudicium Septem-*

vt sanctum habuerunt veteres philosophi, ita CICERO *b*) plenum rerumque omnium fere siue modum, siue nodum vocauit, omnium aptissimus ad euitandam paritatem sententiarum, propter quam, in duas partes euntibus Centumuirorum quatuor consiliis, etiam sine calculo Mineruae *c*) contingentem, magno saepius opere nihil actum esse, relatum legimus. Fauet huic coniecturae, cui non solum MVRETVS, *d*) sed etiam CVIACIVS *e*) locum dedit, praeter reliquas apud DIONEM, *f*) POMPONIVM *g*) & alibi passim occurentes

b) In *Somnio Scipion.* c. 2. & 5.
c) Huic post HVGONEM GROTIVM *de I. B. & P.* L. II. c. 5. §. 18. BOECKLERVM & COCCEIVM suos terminos vindicauit Perill. L. B. de CRAMER *disquis.* XVIII. T. II. *opusculor.*
d) In not. ad pr. I. *de inoff. testam.*
e) L. III. *obseruat.* c. 32.
f) Lib. LIV. p. m. 540.
g) L. 3. §. 29. ff. de O. I.

ptemuirale, sicuti & Pauli nostri liber singularis inscribitur de Iudiciis septemuiralibus. Nam ex CViris Septem deligebantur, qui hisce litibus diiudicandis potissimum praeessent. Haec BALDVINVS. Simile habere dicitur *Conr.* RITTERSHVS. *ad Plin. Epist.* quem tamen non vidi. *Ayreri* vero opinionem suffragio suo ornauit Vir Ill. *J. L. E.* PÜTTMANN *Interpr. & Observ. Cap. XXV. pag.* 117. a lectione Florentini Codicis nec recedendum, nec septemuirale iudicium eliminandum esse, existimans. Quodsi tamen, post tanta nomina coniecturam, mihi proferre liceat, in laudatis fragmentis e PAVLI libro, mihi inuenisse videor, Septemuirale e CViris delegatum iudicium, etiam adfuisse, vt disquireret an instituenda concedendaque sit de inofficioso actio: ita quidem vt bonorum possessionem litis ordinandae gratia cum praetore dederint, & an danda sit cognouerint, nec non quae ad litem praeparandam pertinerent, apud illos peracta sint. Nam omnia fragmenta e d. PAVLI libro de concedenda, praeparanda & incipienda querela loquuntur. Sed haec coniecturae instar prolata sunto; eaque cum AYRERI sententia amice componi possunt, quam nihilominus laudo meamque facio. C. F. Z.

tes iudicum diuisiones in Decemuiros, h) Seuiros, Quinqueuiros, Quatuoruiros, Triumuiros, Duumuiros, quorum diuersas functiones separataque iudicia ex Romanis antiquitatibus praecipue scriptores argumenti de iurisdictione, iudiciis & magistratibus Rom. persecuti sunt, i) non tantum LIVII, de iudicio Septemuirali mentionem facientis k) aucto-

h) Hos pariter atque triumuiros & quatuoruiros, ex XXviris, qui in locum XXVIvirorum successerunt, lectos, atque decemuiros iudiciis iis, quae ad Centumuiros forte deferuntur, praefectos fuisse, testatur DIO CASSIVS l. c. Quo ipso testimonio SICCAMA l. c. L. I. c. 9. refellit TORRENTIVM ad SVETONII *Augustum* c. 36. & *Vespasianum* c. 10. statuentem, decemuiros ex ipso Centumuirorum numero fuisse. Quam tamen sententiam quoque adoptauit V. C. IOH. AVG. BACHIVS *in histor. iurispr. R.* L. II. c. 1. Sed conferantur CHRISTOPH. ADAMI RVPERTI in *Enchiridion* POMPONII *animaduersiones* L. II. c. 15. inter *opuscula*, quae ad *Historiam iuris* collegit Ill. VHLIVS, p. 132.

i) His adde REINOLDVM *Varior.* cap. XI.

k) Factum hoc est non libro XXXIV. quem CVIACIVS obs. L. III. c. 32. sine mentione capitis allegat, sed L. XXIV. c. 45. si recte se habet iste locus, circa quem mire variant lectiones, vt ostendit I. F. GRONOV. Obs. L. IV. c. 11. †) Quod enim alibi de dignitate sacerdotali, nempe tribus viris ac deinde septemuiris epulonum, occurrit, quorum erat sacrificium epulare ludorum facere & de quibus DIO CASSIVS Lib. XLVIII. p. 376. CIC. de Orat. III. 19. PLINIVS Epist. II. 11. & X. 8. atque horum ductu scriptores antiquitatum Rom. agunt; non magis huc pertinet, quam septemuiratus agris diuidundis destinatus, vel collegium decempedatorum, de quo passim CICERO in *Philipp.* & in epist. ad Att. XV. 19.

---

†) LIVII verba olim ita legebantur: — *tum posteaquam res Romana contra spem votaque eius velut resurgeret, turpius videatur nouam referre proditionem: vt proditio* p r o *s e p t e m u i r a l i i u d i c i o* *esset, semperque aliud sentiret: infidus socius, vanus hostis.* — — Sed laudatus GRONOVIVS ita legendum esse suadet: *Cumque res Romana contra spem votaque eius velut resurgeret, turpius videatur nouam referre proditionem* *p r o d i t i s o l i m, q u i a l i u n d e* *stet semper aliunde sentiat, infidus socius, vanus hostis.* — C. F. Z.

auctoritas, sed egregius quoque locus SVETONII *l*) sic scribentis: *Litium series vbique maiorem in modum excreuerunt, manentibus antiquis, intercapedine iurisdictionis, accedentibus nouis, ex conditione tumultuque temporum. Sorte elegit, per quos rapta bello restituerentur, quique iudicia Centumuiralia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum aetas videbatur, extra ordinem diiudicarent, redigerentque ad breuissimum numerum.* Quanquam enim iudicia Centumuiralia posita sint pro caussis Centumuiralibus, vti Vir summe Reu. IOH. AVG. ERNESTI hic adnotauit; adeoque harum solum numerus, cum res innumerabiles, referente CICERONE *m*) eo spectauerint, restrictus esse videatur a Vespasiano; nihil tamen impedit, quo minus istam iudicii Centumuiralis restrictionem potissimum etiam de personis iudicantium capiamus. Ita SVETONIVM haud dubie, nec male, intellexit *Guil.* BVDAEVS, *n*) ad locum adductum hunc in modum commentatus: *Simile autem id est Vespasiani institutum, atque si hodie viros quosdam industrios princeps, spiritu diuino instinctus, ex centenariae curiae numero, aut etiam aliunde deligendos curet, qui illos sacculorum aceruos, aut apud actuarios publice, aut apud vnumquemque iudicum priuatim, non tam asseruatos magna ex parte, quam abstrusos, atque etiam in conditorio obliuionis sepultos, in lucem proferant, a blattisque vindicent, & minutilas causas, ducenarias fortasse, aut trecenarias, aut cuiuscunque [illegible]li commodum videatur, extra ordinem, id est, vt nunc loquimur, per commissarios diiudicent; maiores vero causas, aut etiam ad exemplum pertinentes, quas consequentiae vocamus, frequenti curiae reseruent, recte atque ordine iudicandas.* Iuuat hanc interpretationem quam etiam SICCAMA *o*), ex multitudine litium, apud iudicium Centumuirale pendentium, adprobat, haud parum PLINIVS, *p*) cor-

l) In *Vita Vesp.* cap. X.
m) De *orat.* l. c. c. 38.
n) In *annotat. ad Pand.* p. m. 92.
o) l. c. L. I. c. VI. in f.
p) L. II. ep. 14.

corruptum sub Imperatoribus Centumuiralis iudicii statum, nec suo tempore mutatum, cum aduocatorum *audaciam atque etiam magna ex parte adolescentulorum obscurorum, refractis pudoris & reuerentiae claustris ad declamandum non inductorum, sed irrumpentium* impudentia & auditorum actoribus similium, vel vili pretio, vel coena q) etiam ad laudandum plaudendumque conductorum & redemtorum, infinitis clamoribus ad signum μεσοχέρε, s. eius, qui medio stat choro vel turba, commoueri solitis, perbelle describens. Nolim itaque cum POLLETO r) ex hoc SVETONII loco coniectari, auctum esse per Fl. Vespasianum Centumuirorum numerum supra centesimum, quum potius ex supra dictis adpareat, iam dudum antea illos hunc numerum superasse. Quoniam vero gliscens sensim tam ampli iudicii incrementum plus retardauit, quam promouit, litium diiudicandarum exitum, de earum diiudicatione ad pauciores iudices redigenda magisque cogitari iudiciumque adeo septemuirale tempore IVLII PAVLI, quippe qui legum prudentum coryphaeus, s) seculo secundo vixit, & vna cum VLPIANO & PAPINIANO Septimii Seueri atque Antonini Caracallae, filii eius, in consilio fuit, ab Heliogabolo quidem, quod ipsius decreta non probaret, ab aulo remotus, sed ab Alexandro Seuero reuocatus, aliisque grauissimis muneribus t) functus est, frequentius, vti quidem videtur, ipsius suasu exerceri coepit. Neque hinc est, quod eius inscriptionem tantopere in dubium

q) Vnde haud inurbane nomen laudicoenorum, iisdem impositum esse, qui Graece σοφοκλεῖς vocantur, simul commemorat; de vtriusque vocis autem duplici significatu, & actiuo & passiuo, exponunt CATANAEVS, SCALIGER, VOSSIVS, & Ill. GESNERVS in *Thes. Lat. linguae* h. v.

r) *Hist. fori R.* L. III. c. 14.

s) Quo elogio eum aeque, ac CERBIDIVM SCAEVOLAM & DOMITIVM VLPIANVM, mactauit MODESTINVS in l. 13. §. 2. ff. de *Excus.*

t) De praefectura eius testantur AELIVS SPARTIANVS in *Pescennio Nigro* c. VII. & AELIVS LAMPRIDIVS in *Alexandro Seuero* c. 26.

bium vocemus atque a lectione Codicis Florentini recedamus, a quo tamen cetera Pandectarum exempla omnia, quasi ex vnico eoque genuino fonte, licet vel imperitia, vel oscitantia liberariorum passim corrupto & saepius inepte emendato, vel etiam, felici interdum coniectura restituto, promanasse, viri doctissimi statuunt, & nouissime adhuc ICtus Italus clarissimus, LEOP. ANDR. GVADAGNI, u) aduersus dissentientium argumenta magna ductus verisimilitudine ostendit.

---

u) In disquis. *de Florentino Cod. omnium, quae extant, Pandectarum exemplorum parente*, quam ex Celeberr. ANT. FR. GORII *Symbolis litterariis* separatim edidit simulque totius huius controuersiae seriem historicam in praefat. docte & eleganter tradidit V. C. CAROL. FRID. WALCHIVS.

III.

IOAN. NICOL. FVNCCII

PROFESSOR. RINTELIENS.

PROLVSIO
DE
LEGE AEBVTIA
LEGVM XII. TABVLIS
NON DEROGANTE

RINTELII 1744.

Communis hodie doctorum opinio est, legum, quae XII. Tabulis continebantur, antiquissimarum sanctitatem Aebutia lege sublatam fuisse: vt illorum nos quoque secuti asseuerationem in eandem pene sententiam ire non dubitauerimus, *Comment. in Leges XII. Tab. p. 148.* Quam, penitius nunc re inspecta, emendare potius, quam, solido non superstructam fundamento, pluribus defendere, cum humanitate coniunctum veritatis studium suadet. Et operae videtur esse pretium illud retractare argumentum: quod lex illa paucissimis adhuc vel satis perscrutata, vel intellecta fuit. Tantoque facilius ab sanioribus nobis promittimus veniam, quod vltro & ingenue fatemur errorem: in quem nos nimia incautos securitas induxit, atque maximorum auctoritas virûm. Testis vnus, quo mira fingentium nititur sententia, est A. GELLIVS, qui *Noct. Attic. L. XVI. c. 10.* leguleii cuiusdam, minus politi, verba haec refert: *cum proletarii, & assidui, & sanates, & vades, & subuades, & viginti quinque asses, & taliones, furtorumque quoque cum*

cum lance & licio euanuerit; omnisque illa XII. Tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus Centumuiralium causarum, lege Aebutia lata, consopita sit: studium scientiamque ego praestare debeo iuris & legum, vocumque earum, quibus vtimur. Quid, obsecro, haec sibi verba volunt? Quae lex Aebutia? Et quomodo legum antiquitas consopita? Vel quae tribunitia potestas, quae inueteratae legis potuit infringere sanctitatem? De quibus omnibus, vtut notatu dignissimis rebus, altum est apud omnes omnium aetatum scriptores silentium. M. T. CICERO quidem, de *lege agraria oratione altera contra Rullum c. 8.* legis meminit Aebutiae, non quae quidquam Xviralium derogat legum auctoritati; sed hoc tantum voluit, ne quis sibi, collegis, suisue curationem aliquam, aut potestatem ferret. Ita summus orator, *leges sunt*, inquit, *veteres, neque eae consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed tribunitiae, vobis maioribusque vestris vehementer gratae atque iucundae. Licinia est lex, atque altera Aebutia: quae non modo enm, qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, affines, excipit, ne ea potestas curatione mandetur.* Hinc PAVLVS MANVTIVS, *de legibus Romanis p. m. 137. (Cap. 16.)* duas arbitratur fuisse diuersis de rebus Aebutias leges: hanc, cuius CICERO meminit, atque aliam, quae tabulas correxit, apud GELLIVM. Ita HOTOMANNVS quoque, *Antiq. Roman. 1. p. 104.* Aebutium tribunum plebis de tollendis legum actionibus XII. Tab. legem rogasse putat. Et ZASIO, in *catalogo legum antiquarum*, qui insertus *Tractatui tractatuum, tomo primo*, lege Aebutia XII. Tabularum ius in locis quibusdam correctum atque emendatum fuisse videtur. ADRIANVS vero TVENEBVS *ad citatum* CICERONIS *locum* notat, legem fuisse vnam eandemque, cuius praecipuum caput Licinae legi antiquiori, ne quis sibi ferret, etiam addiderit, ne quis collegis, aut suis quibuscunque cognatis affinibusque, curationem aliquam & potestatem tribueret. Neque aliam fuisse, EVBVLVS DYNATERVS censet, *ad h. l. Johannis* OPORINI *collect. omnium*

in Ciceronis orationes commentar. Tom. 1. p. 702. Intercessit tandem, velut tribunitia & legislatoria, *Ludouici* CHARONDAE auctoritas, qui, *Annotationibus* ad supra laudatum ZASII *catalogum legum antiquarum*, sibi aliisque persuadere conatur, de hac lege in fragmento quodam Romanae antiquitatis scriptum reperisse: LVCIVS. AEBVTIVS. TR. PL .VIR. POPVLARIS. LEGEM. TVLIT. AD. POPVLVM. VT. XII. TAB. CAPITA. QVAE. INVTILIA. ESSENT. REIP. TOLLERENTVR. QVAE. LEX. MVLTIS. CONTRADICENTIBVS. TANDEM. ROGATA. EST. Haec illis auctoritas sola sufficit, vt quouis pretio contenderent, de XII. Tab. legibus L. Aebutium, tribunum plebis, tulisse, vt earum capita, quae reip. propter antiquitatem atque res obsoletas inutilia essent, abrogarentur omnia; istis innixae tantum Centumuiralium caussarum actiones manerent. Vid. ROSINVS *antiq. Rom. l. 8. c. 7.* HEINECCIVS *antiq. Rom. l. 4. tit. 1. §. 20.* & *histor. iuris L. 1. §. 27.* atque, vt alios silentio praetermittam, illustris WIELINGIVS, Vltraiectinae Academiae Antecessor, de politiori iurisprudentia longe meritissimus, eleganti diatriba *de furto per lancem & licium concepto c. 6. p. 96.* seq. Quae, obsecro, sunt XII. Tabular. capita reip inutilia, & quae prae ceteris, sine insigni iuris antiqui & longo vsu comprobati detrimento, abroganda? Aebutii illa rogatio certe pessimis quibusque hominibus faueret quam maxime: vt, quae sceleribus aduersa in XII. Tabulis, tanquam inutilia, prorsus consopita putarent. Abrogatis continuo substituendae leges sunt aliae: de quibus altum vbique silentium. Vt inepta potius illa fuisset Aebutii cauillatio, quam emendatio & constitutio iuris. Vel qualis haec lex esset: quae inutilia reip. tollantur in iure? Leges Romanas reip. inutiles fuisse latas, nego & pernego: nec sibi forsan aliquis inter omnes Romanos persuaserit vnquam. Si quid mutauit posterior aetas, formae legum verbaque concepta, non leges ipsae fuerunt. Periculosae plenum certe opus aleae, leges iniquitatis accusare, eamque non demonstrare omnibus, neque capita reip.

inuti-

inutilia sigillatim indicare. Vndenam vero CHARONDAS insulsum illud de lege Aebutia fragmentum hausit? Ex schedis forsan hominis maleferiati, qui de rebus somniauit, ab antiquitatis fide quam remotissimis: vt fucum faceret aliis, vel imponeret imprudentibus. Ipse HEINECCIVS, qui, ex sensu GELLII peruerso, cum aliis sibi persuasit, quaedam in XII. Tabb. capita redolere rigidiores priscorum mores: atque detersa paulatim illa vitae austerioris rubigine, a populo abrogata fuisse, lata lege Aebutia; lapidem CHARONDAE tamen genuinum esse negat, *historia iuris L. I. §. 27.* nec ab re veretur, ne a recentiore & falsaria manu sit totum illud monumentum; atque miratur, laudatissimum WIELINGIVM adeo fragmentum Romanae antiquitatis amplecti, qui, data opera, in elegantissimo libro *de furto per lancem & licium concepto c. 6.* in auctorem, argumentum, & tempus legis Aebutiae inquirit. Illud vero CHARONDAE quidem fragmentum semet aperte refellit ipsum. Quaestio est de inutilibus, neque ab illis vtilia discernit. Vna rogatione, res diuersas, neque populo satis cognitas, cupit esse mutatas. Atqui lex fuit Romanorum antiquissima de singulis rebus agendis: ne populo necesse sit, in coniunctis rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere; aut id, quod velit, repudiare. Vid. CICERO *orat. pro domo sua ad pontifices c. 20.* confer. BELLENDENVS *de tribus luminaribus Romanorum l. 8. p. 284.* Neque rogatio valere poterat contra iuris sanctitatem, & leges quibusque, vel propter aequitatem, commendatissimas: semper enim excipiebatur, teste CICERONE *l. c. cap. 40. extr.* vt, si quod ius non esset rogare, ne esset rogatum. Confer. *L. III. ad Atticum epist. 23.* Ecquid illa rogatione futilius? De tota lege, inquies, non constat. Ergo neque de illa, ex fragmento insulse conficto, iudicari potest. Tantumque abest, vt abrogare potuerit leges aequissimas, quae LIVIO teste *L. III. c. 34.* vniuerso populo valde placuerunt, & sanctissimae semper sunt habitae, vt AVSONIVS loquitur, *grypho tern. v. 61.* iuris publici priuatique per orbem Romanum norma ac fundamentum. Adorantur leges & con-

consuetudines, longo tempore & vsu confirmatae, quae ratione ipsa plus & religione valent, ac sine graui causa nunquam sunt mutandae. Vid. REINHARDI *animaduers. ad Lipsii politic. p. 1171. seq.* Etiam Augustus ad senatum olim, apud DIONEM *L. 53.* (p. 702. Ed. Reim.) τȣ̀ς κειμένȣς νόμȣς ἰσχυρῶς φυλάττετε, καὶ μηδένα αὐτῶν μεταβάλητε. Τὰ γὰρ ἐν ταυτῷ μένοντα κἂν χείρω ᾖ, συμφορώτερα τῶν ἀεὶ καινοτομȣμένον, κἂν βελτίω εἶναι δοκῇ, ἐστὶν. *Positas semel leges constanter seruate, nec vllam earum immutate. Nam quae in suo statu, eademque manent, etsi deteriora sint, tamen vtiliora sunt reip. his, quae per innouationem, vel meliora, inducuntur.*

Firmius sententiae de infesta XII. Tabulis Aebutia lege, & forsan vnicum, fundamentum est in A. GELLII relatione, de hominis, qui semet recentioris studiosum iuris profitebatur, parum eruditi, omnium indignationem merente calumnia. Sed ipsum grammatici multi non capiunt & plane inuertunt sensum: qui satis quidem perspicue, ex illius leguleii opinione, tradit, omnem XII. Tabularum antiquitatem consopitam esse, nisi in legis actionibus Centumuiralium causarum, lege Aebutia lata, i. e. postquam illud Centumuirale iudicium, Aebutio tribuno auctore & plebem rogante, constitutum fuit. Et eam esse auctoris sententiam, omnibus facile patet, qui mediocriter Latine docti, bene & distinguere, & magis ex rei veritate, quam aliorum vel auctoritate, vel mala persuasione, iudicare didicerunt. Eadem orationis forma POMPONIVS, *L. 2. §. 3. D. de origine iuris* scribit: *exactis regibus, lege tribunitia, omnes leges hae exoleuerunt etc.* Neque leges lege exoleuerunt, sed lege reges exacti sunt: leges autem regiae, vel propter ipsum nomen non ferendum, etiamsi abrogatae non essent, coeperunt longo vsu antiquari, vel alio titulo semet commendare: vtpote quarum non paucae postea in legum XII. Tabulas transscriptae perennarunt. Et lex tribunitia vocatur, quae non a tribuno plebis, sed a tribuno celerum, Iunio Bruto, lata, qui eo magistratu fun-

fungebatur, cum regum eiiciendorum populo auctor fuit. Confundit omnia *Stephanus Vinandus* PIGHIVS, *annalibus magistratuum & prouinciarum S. P. Q. R. tomo 2. p. 98.* vbi ad annum vrbis DXX. tribunos plebis refert T. Aebutium T. F et C. Aebutium C. F. et, *si non ab his*, scribit, *ab alio tamen Aebutio, tribuno plebis, lata est hoc quasi tempore lex Aebutia de legis actionibus Centumuiralium causarum, cuius meminit Gellius — Etenim ex eius verbis videmur colligere, Aebutiam legem latam esse, cum Centumuirale iudicium institueretur: & eadem XII. Tabularum leges de iure priuato in primis fuisse correctas & reformatas, actionibus quibusdam certis & solemnibus, vt Pomponius de origine iuris tradit, compositis ad illius seculi statum, & ad noui iudicii exercitium accommodatis, quibus inter se homines disceptarent: ne populus, vt vellet, ex legum tabulis XII. actiones diutius varie institueret.* Prius quidem satis clare patet omnibus, qui GELLIVM non conniuenti oculo perlustrare volunt: de posteriori ne verbum quidem ibi reperies. Et insignis contradictio esset asserentis, omnem XII. Tabul. antiquitatem consopitam esse, nisi in Centumuiralibus caussis, lege Aebutia constitutis; & eadem lege tamen correctas & emendatas fuisse. Ecquid, obsecro, rei esset, XII. Tabularum leges lege abrogatas esse, & valere in iudiciis? Et illis quidem ab ipso populo, sine prouocatione, constitutis Centumuiralibus? Vbinam leges reliquae valent omnes, quae norma sunt haud quaquam fucatae iustitiae, vt suum cuique tribuatur? Si ergo publica lege XII. Tabularum leges fuissent abrogatae: non potuissent vigere in Centumuiralium causarum actionibus. Consuetudine & vsu loquendi potuerunt dictiones antiquiores fuisse consopitae, i. e. obsoletae, & cum aptioribus commutatae; saluis legibus ipsis, quae immutabili iustitia, aequitate, & bonis moribus nituntur. Nec ipse auctor, nisi vocum singularum mentionem facit, vt doceat, qui proletarii, assidui, sanates, vades, & subuades etc. dicendi. Nemo dicere potest, quae fuerint, tanquam inutilia, abrogata, nisi quorum fiat apud GELLIVM mentio. Atqui diuersa est vbique locorum

rum ratio diuitum atque pauperum, qui olim proletarii & assidui nominabantur. Fideles, & qui ad meliorem frugem redierunt, iisdem vbique legibus atque priuilegiis gaudent. Sanatum vero nomen est pridem obsoletum. Vbique locorum in iudicio sisti sponsiones requiruntur: vadum & subuadum vix audiuntur nomina. XXV. asses, qui GELLII aetate valebant, & vsu erant recepti, cum aere graui, vt fuerunt librales, non potuerunt componi. Talionis ius, tanquam naturale, adeo nunquam fuit abrogatum, vt mundi seruator etiam suis illud commendauerit, gentibus simul omnibus commendatissimum, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Furtum conceptum & hodie pro manifesto habetur. Lanx & licium, quibus concipi consueuit, pridem solemnia esse desierunt. Quae cum ita sint: Aebutia lex apud GELLIVM non ad XII. Tabularum emendationem, sed, quae sanioribus placet interpretatio, ad Centumuiralium causarum, secundum XII. Tabulas, constitutionem pertinet: vt, si quid longi temporis vicissitudine antiquatum, quam linguarum inprimis ostendunt fata; venerandum iustitiae videatur seruare tribunal: vbi testatur valere, & sarta esse tecta, quae vsu ferme quotidiano euiluerint. Si lex Aebutia lata, non ad Centumuirale iudicium, sed ad XII. Tabularum antiquitatem, referenda esset: GELLIVS, qui conceptarum in iure vocum, formularum, atque proprietatis in sermone, quam maxime studiosus, non *consopita*, sed *abrogata*, scripsisset: hoc enim legibus fieri solebat, illud longi temporis consuetudine & vsu: vtpote quod nihil aliud, quam somnum inducere sensim, vt incuria quaedam quasi & veternus oboriatur. Neque, vt aliter sentiam, recta & communis loquendi forma patitur: aut vim fieri vocibus oportet. Vel omnes, vel quaedam solum XII. Tabul. leges, vt reip. inutiles, abrogatae fuerunt. De omnibus nemo, ne per somnum quidem, cogitauit: & vsus ipse, ad haec tempora vsque nostra, contrarium suadet. Ast singulae procul dubio indicandae fuissent: alioqui corpus integrum semper incertum, facillans, suspectum, inutile fuisset redditum, & sublata iudi-

iudiciorum norma: siquidem ius aliud non fuisset substitutum, de quo nihil prorsus, in tam copiosa & accurata rerum Romanarum enarratione, memoriae proditum. Res certe memoratu dignissima fuisset, si leges antiquissimae, vsu receptae, ab omnibus magni faciendae, publica lege abrogatae fuissent. Eius vero nusquam, nisi apud GELLIVM, si Diis placet, fieri mentionem, mecum sciunt & fatentur omnes. CICERO, Aebutia cui iam tum lex innotuit, quique XII. Tabularum saepius meminit, nusquam; ne hilum quidem, de illarum abrogatione scribit, illas contra omnibus, quauis data occasione, quam diligentissime commendat. Contra, quam in ficta Aebutii rogatione praetendunt, tollenda esse XII. Tabul. capita, quae inutilia reip. sub Crassi persona, M. TVLLIVS *de oratore L. 1. c. 43. sq.* totam, ait, ciuilem scientiam, descriptis omnibus ciuitatis vtilitatibus ac partibus, XII. Tabulis contineri. Addit deinde: *fremant omnes licet, dicam, quod sentio: bibliothecas, mehercule, omnium philosophorum vnus mihi videtur XII. Tabularum libellus, si quis legum fontes & capita viderit, NB. & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare.* Nec dubitat idem CICERO affirmare, omnia, quae vsquam sunt, iura ciuilia, prae hoc iure Decemuirali, incondita ac pene ridicula videri. LIVIVS *L. 3. c. 34.* fontem vocat omnis priuati publicique iuris; eiusdemque absolutum velut corpus. DIONYSIVS HALICARN. *antiq. Rom. L. XI.* eas miratur leges maxime venerandas, & praecipuae maiestatis, νόμους μάλιστα σεμνούς. Et DIODORVS SICVLVS, qui Caesaris Octauiani Augusti temporibus floruit, *biblioth. histor. Lib. XII.* testatur, has leges mansisse ad sua vsque tempora, descriptas breuiter, & absque omni redundantia; atque adeo incolumes publice pro rostris propositas. Quae vero abrogatae, in aerario reponebantur. Imo ducentis, & quod excurrit, annis post illud imperatoris aeuum saluas extitisse, facile patet ex illustri loco CYPRIANI *L. II. epist. 2. incisae sint licet leges XII. Tab. & publico aere praefixo iura praescripta, inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur etc.* Ipse

HEINECCIVS parum fibi conftat, & cum a populo, Aebutia, lege, capita quaedam fuiffe abrogata fcripfit, *antiquit. Rom. L. 4. tit. 1. §. 20.* ingenue fatetur, *hiftoria iuris L. 1. §. 26.* leges XII. Tabularum conftante vfu viguiffe, & permulta iuris noftri capita inde habuiffe originem, adeo, vt & CICERONIS tempore, qui iurisprudentiae operam dare vellent, ipfa legum illarum verba, tanquam carmen neceffarium, edifcere cogerentur. Nihil prorfus reip in legibus poteft effe inutile: quas fummo ftudio, & infigni folicitudine, veteres, aequitatis ac iuftitiae amantiffimi, propofuerunt olim: & quas recentioris aeui homines eruditiffimi de meliori nota commendarunt; vt ftarent in Romana rep. illibatae ac integrae, donec eius ftetit ipfa libertas. Quamuis etiam varias multasque viciffitudines iurisprudentia Romana habuerit: *nihil tamen vnquam melius & fanctius ipfis Xvirorum fcitis excogitari potuit. Horum vbi contemni maieftas coepit, eadem tamen illa, quae illis legibus cauebantur, in alia latorum nomina tranfierunt.* Vid. MACROBIVS *Saturnal. L. III. c. 17.* Vno ore teftantur omnes, in has leges translatum fuiffe, quicquid in patriis & Graeciae legibus excellere videbatur. Vnde Claudius apud TACITVM maiores, inquit, mei hortantur, vti paribus confiliis remp. capeffam, transferendo huc, quod vfquam egregium fuerit. Et ipfe TACITVS, *Annalium tertio*, teftatur, a Xviris accita, quae vfquam erant egregia. Si quae fuperflua, inutilia, legibus publice abrogata, hiftoricus, certe grauiffimus, non tacuiffet. Commendationem ampliffimam legimus apud GVILIELMVM BELLENDENVM, *de tribus luminaribus Romanorum L. II. p. 43. feqq.* Quae THOMASIVS & alii in illis reprehendunt, alibi examinauimus: & quae putant, velut inutilia, Aebutii lege, abrogata fuiffe, denuo fub incudem reuocare, inftituti iam nobis ratio prohibet. CORNELIVS VAN BYNKERSHOEK, *Obferu. iur. Rom. L. I. c. 12.* extr. nullo plane alio fundamento, aut veterum teftimonio, tradidit, confuetudines, contra leges XII. Tabb. credantur effe confirmatae. Credat Iudaeus Apella, non ego.

Ecquis

Ecquis dixerit, consuetudines bonas esse, quae sunt contra leges, & obtinere eo vsque, vt, ne habita quidem iuris & aequi ratione, leges ipsas infringant? Malis moribus, fateor, saepe leges bonae labefactantur: illis vero etiam, legibus ipsis, aduersus leges, subueniri, vero vix fieri potest simile. Bene CONSTANTINVS Imper. *L. 2. C. quae sit longa consuet. Consuetudinis*, inquit, *vsusque longaeui non vilis auctoritas est: non tamen tanta, vt aut rationem vincat, aut legem.* Non tam spectandum est, quid fiat, quam quid fieri debeat. Confer. BALDVINI *de leg. Constantin. M. comment. L. II. p. m. 229.* (Ed. Gundl.) *Car.* quoque SIGONIVS, *de antiquo iure Italiae L. I. c. 1. p. m. 463.* parum accurate scribit, caput illud XII. Tab. quo permittebatur, vt idem iuris esset sanatibus, quod fortibus, i. e. bonis, & qui nunquam defecerant, a populo Rom. lege Aebutia, abrogatum, a GELLIO prodi. Quod certe nusquam apud illum reperies. Sanates tantum meminit inter obsoleta vocabula & ipsa vetustate consopita censeri. Falluntur facile, & alios fallunt: neque dum errores sectari voluerunt, ab ipsis legibus legum actiones distinguere, nedum antiquioris aeui consuetudines respicere videntur. Atqui CHARONDAS ipse, nullam legem XII. Tab. de actionum formulis statuisse, sed qui illas XII. Tabulas prudentes interpretati sunt, legis actiones composuisse, commentariis ostendit, quos mihi inspicere nunquam licuit. Testatur vero apud ROSINVM, vel DEMPSTERVM potius, *paralip. ad caput vltim. L. 8. antiquit. Roman. p. m. 817.*

Sed ne a scopo nimis aberremus: ex illo supra citato A. GELLII loco nihil aliud discimus, quam Aebutia lege lata iudicium Centumuirale constitutum fuisse: de cuius origine vix aliquid certi nobis in omnibus vetustatis monumentis relictum. Eius enim temporis, quo Centumuiros fuisse lectos, vero valde est simile, historia Liuiana periit. Dionysius Halicarnassensis in Romanis antiquitatibus designandis eo vsque non peruenit. Ceteri illorum ne verbo quidem meminerunt. Tantoque magis illius apud GELLIVM sen-

sententia nobis arridet de lege Aebutia, ad constituendum Centumuirale iudicium. Bene ac sapienter autem post ANTON. AVGVSTINVM, *de legibus libro*, apud GRAEVIVM, *thesauro antiquitatum romanarum vol. 2. p. 156. edit. Venet. Sibrandus Tetardus* SICCAMA, *de Centumuirali iudicio L. I. c. 8.* apud GRAEVIVM *thes. antiq. Rom. vol. 2. p. 835. Sam.* PITISCVS *lexic. antiq. Rom. tom. 2. p. 43. v. Lex Aebutia*, & alii iudicarunt, Aebutium, tribunum plebis, de Centumuiris rogasse, circa annum ab V. C. DXIII. vel annum potius DXII. Q. Luctatio Cercone & A. Manlio Attico II. Coss. Ita enim FESTVS: *Centumuiralia iudicia a Centumuiris sunt dicta. Nam cum essent Romae XXXV. tribus, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri sunt appellati, & licet quinque amplius, quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumuiri sunt dicti.* Iam tum ergo eum oportet fuisse tribuum numerum: qui ad XXXV. tandem peruenit dictis coss., cum ad reliquas duae tribus Velina & Quirina adderentur, teste FLORO *epitom. 19.* Praetor primum creatus est peregrinus anno DIX. A. Manlio Attico & C. Sempronio Blaeso II. coss. propter maximam peregrinorum turbam, qui in vrbem quotidie confluebant: vt is ciues inter atque peregrinos ius diceret; praetore vrbano vix sufficiente ciuium negotiis. Testatur id quoque FLORVS *epitom. 19.* Peregrini, quos vocabant, triennio post in tribus relati sunt, vt dixi, DXII. Quo facto, tribus perfectae sunt XXXV. & ciuium Romanorum numerus ita creuit, vt praetor vrbanus omnibus illorum negotiis solus cum priuatis iudicibus praeesse non posset, cumulatis in dies intricati iuris controuersiis. Tribus itaque lectis ex tribu quacunque viris, CV. conuenerunt, & Centumuirale iudicium institutum est. Nec incommode hinc SICCAMA, *de Centumuirali iudicio L. I. c. 8.* Pomponium interpretatur *L. 2. §. 29. D. de orig. iuris: Deinde* (i. e. mox post praeturam peregrinam) *cum esset necessarius magistratus, qui hastae praeesset* (Centumuiralem intelligit) *Decemuiri litibus iudicandis sunt instituti.*

Hi sane mox post praetorem peregrinum creati sunt, atque Centumuiros ipsos, forsan eodem anno, vti videlicet hastam cogerent Centumuiralem. Hinc MARTIALIS *L. VII. epigr. 62.*

Hunc miratur adhuc centum grauis hasta virorum.

Hastae autem iudicium vocatur Centumuirale, quia hastis duabus defixis, tanquam posito iurisdictionis signo, exercebatur. Confer. SVETONIVS *Aug. c. 36.* VALER. MAX. *L. VII. c. 8.* QVINCTILIANVS *institut. orat. L. V. c. 2.* Certe huius iudicii nunquam ante hoc tempus, saepius autem paulo ante Ciceronis aetatem, veterum monumentis mentionem fieri legimus. Huic iudicio praetor vrbanus, vna cum Xviris stlitibus iudicandis, praeerat. Vid. DIO CASSIVS *L. 54.* & PLINIVS *L. V. epist. 21.* Eoque denunciante, Centumuiri a Xviris illis cogebantur, qui, inter minores magistratus, vt plurimum solebant esse in praetoris consilio. Vnde LVCANVS ad Calpurnium Pisonem poemat. quod falso a quibusdam Virgilio, ab aliis Ouidio adscribitur, *v. 41.*

Seu trepidos ad iura decem citat hasta virorum,
Et firmare iubet centeno iudice causas.

Conueniebant in basilicis, quae splendida profecto aedificia fuerunt, praesertim aeuo recentiori in basilica Iulia, publico loco, & eo quidem amplissimo: *vt densa circumstantium corona latissimum iudicium multiplici circulo ambiret*, vt PLINIVS loquitur, *L. VI. epist. 33.* Sedebant in tribunalibus, *L. 76. pr. D. de legat. & fideic. II.* nec ab illis ad aliud superius iudicium prouocari poterat: quia, quod ex singulis tribubus viri tres fuerant electi, totius populi videbatur esse consessus: quod pluribus SICCAMA demonstrat, *L. 1. de iudicio Centumv. c. 6.* Causae hic grauiores ventilabantur, quae non facti, sed iuris erant: & M. TVLLIO referente, *de orat. L. 1. c. 38.* vsucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, ceterarumque

que rerum innumerabilium iura custodiebantur. Confer. *L. 13. D. de inoff. test.* Magis etiam hoc Centumuirale iudicium post tempora Caesaris Octauiani Augusti coepit frequentari, lectis, non, vt ante, ex triginta quinque tribubus, CV. sed CLXXX. viris, manente semper tamen nomine Centumuirorum: eaque magna assessorum copia in quatuor consilia, vel classes, distributa est: vnde etiam quadruplex iudicium appellatur. Praetor autem, pro caussae dignitate, modo vnum, modo plura consilia adhibebat: vel quatuor etiam illa coniungebat, si quando causae difficultas atque grauitas tanta iudicii maiestate digna esse videbatur. vid. PLINIVS *L. VI. epist. 33.* & VALER. MAX. *L. VII. c. 7.* Alioqui diuersae causae, quae leuiores erant, vno tempore poterant agi in consiliis illis distinctis: quae non nunquam a disceptantibus aliis non sine strepitu in eadem basilica audiebantur. PLINIVS *L. II. epist. 14.* QVINCTILIANVS *instit. orat. L. XII. c. 5.* Pluribus supra laudatus SICCAMA consuli potest. Ius stricte obseruabant, XII. Tabulis praescriptum: id enim GELLIVS *noct. Attic. L. XVI. c. 10.* diserte scribit, postquam iudicium illud Aebutia lege fuit constitutum: quae & M. TVLLIO, *de lege agraria contra Rullum oratione altera c. 8.* teste, in electione, aut suffragiis populi, quemque vetuit sibi fuisse potestatem, aut curationem ferre. Haec cuiuis facile sunt obuia: nec immerito, cum aliis interpretibus, FRANCISCVS POLLETVS, *historia fori Romani L. 4. c. 1. p. m. 428.* legem Aebutiam Centumuiralium causarum; & PETRVS RAMVS, *ad locum Ciceronis citatum, Oporin. collect. omnium in Ciceron. orationes commentar. tom. 2. p. 918.* legem vocat, apud Gellium, Aebutiam de actionibus. Tantumque abest, vt quae iudicium non modo constituit, verum etiam secundum leges antiquas voluit actiones stricte agitari, illam legem XII. Tabularum auctoritati quicquam derogare: licet posterior aetas, quod ad dictionem obsoletam attinet, aliquid immutasse, neque adeo semper legum, moribus peruersis, studiosa fuisse videatur.

IV.

IV.

IOS. LVD. ERN. PVTTMANN

ICTI ET ANTECESSORIS LIPSIENS.

DE

IVDICIO CVRIANO

PROLVSIO.

LIPSIAE 1765.

Illuſerat nuper aliquis, quod dixeram, turpe eſſe cauſarum patrono, *iudicium Curianum* quid ſit, ignorare, plane autem irriſerat, quod SCAEVOLAE ſententiam Centumuirorum auctoritati praetuleram. Ad illud quod attinet, memoria equidem teneo, quod ſaepe me monuit GOTFR. MASCOVIVS ὁ μακαρίτης, magnopere ſcilicet falli, qui per has artes, quibus CVIACIVS, quique eum ſecuti ſunt, ad tantam nominis famam peruenerunt, in foro regnare ſe poſſe exiſtimant. Nae enim quotidie videmus, feliciorem ibi eſſe, cui, vt verbis vtar. IOS. AVREL. DE IANVARIO in *Fer. Autumn.*

Sat compendiolum, ſat paruulus index,
Curtae notitiae, perpauca vocabula iuris,
Et notae quaedam normae, & generalia dicta,
Non collecta libris, ſed paene accepta per aures.

Scio etiam, ſolere ICtis illis, qui ſimul litteris humanioribus operam nauant, imperitiam fori, artisque rabulariae ignorantiam exprobrari, multumque illis a plebecula, docta pariter atque indocta, praeferri eum,

— Cui ſunt barbara nomina vates,
Sunt oratores obſcura vocabula, vani
Hiſtorici, vana ars critica, vana omnia demum.

Eundem sane aduocatum, qui, orationem D. Marci, de qua frequens in libris iuris mentio, preces esse Sancti Marci, existimabat, longe omnium in foro occupatissimum fuisse, magnam sui fiduciam habuisse, ceterorumque contemtu auctoritatem captasse, in *Epist. ad Ludov. Nublaeum* scribit AEGID. MENAGIVS. Nihilo tamen minus H. O. VAN VRYHOFF adstipulor, qui in *oratione, Obs. Iur. Ciu. praemissa*, interiorem iuris Romani notitiam etiam in foro versaturis omnino necessariam esse, abunde docuit, planeque probo, quod in *L. 1. C. Th. de decur. vrb. Rom.* legimus, *litteraturam omnium virtutum* (inter studia scilicet liberalia) *maximam* esse, cum, vt CVIACIVS scribit *Obs. L. XXI. cap. 10.* verissimum sit, sine hac frustra dari operam ceteris, & cum hac cetera facile percipi, & ex iis litteratorem statim eruere, quae, qui in eis illiteratus triuerit aetatem, vix perceperit vmquam, nec vllum maius sit argumentum imperitiae in homine, quam cum litteraturam damnat, quam scilicet ipse nescit. Quod si secum perpenderent, qui cruda adeo studia in forum propellunt, & iurisprudentiam induunt pueris adhuc nascentibus, minor profecto eorum numerus esset, quorum iurisprudentia, vt oues Aegonis illius Virgiliani, vix ossibus haeret, quique, vt imperiti medici in cute aegrotorum, ita ipsi in fortunis vel vita etiam litigantium experimenta artis suae capiunt. Sed haec *ὡς ἐν παρόδῳ*.

Ad alterum enim eorum, quorum initio mentionem fecimus, veniendum, rationesque reddendae sunt, quare in nobilissima illa lite, iudicium Curianum quae vocatur, male olim iudicasse Centumuiros, existimem. Ne autem extra oleas vagari videar, primum, quid in controuersia fuerit, edisseram, deinde in rationes ab vtraque parte prolatas inquiram, denique quid hodie, si quando similis species emergat, obtinere debeat, ostendam. Manius Curius a Coponio heres institutus erat, his verbis: *Si mihi post mortem meam in decem mensibus proximis filius natus erit, heres esto: quod si is ante tutelae suae annos decesserit, tunc M. Curius heres esto.* Non nascebatur posthumus. Contro-

trouerfia oriebatur inter M. Curium heredem fecundum, & agnatos Coponii, qui eiusdem bona fibi vindicabant, illique ab inteftato fuccedere volebant. Res deferebatur ad Centumuiros. Pro M. Curio dicebat L. Craffus, pro agnatis Q. Mucius Scaeuola. Vicit Craffus, bonaque Coponii, exclufis eius propinquis, M. Curio a Centumuiris adiudicabantur. Docet hoc nos CICERO in *Orat. pro Caecin. cap. 18. Ornate*, inquiens, *& copiofe L. Craffus, homo longe eloquentiffimus, paulo ante, quam nos in forum venimus, iudicio Centumuirali hanc fententiam defendit, & facile, cum contra eum prudentiffimus homo, Q. Mucius, diceret, probauit omnibus, M. Curium, qui heres inftitutus effet ita, mortuo pofthumo filio, cum filius non modo non mortuus, fed ne natus quidem effet, heredem effe oportere. Quid? verbis fatis hoc cautum erat? minime, quae res igitur valuit? voluntas. quae fi tacitis nobis intelligi poffet, verbis omnino non vteremur, quia non poteft, verba reperta funt, non quae impedirent, fed quae indicarent voluntatem*, & QVINCTILIANVS *Lib. VII. Inftit. Orator. cap. 6. In teftamentis & illa accidunt, vt voluntas manifefta fit, fcriptum nihil fit, vt in iudicio Curiano, in quo nota L. Craffi & Scaeuolae fuit contentio. Subftitutus heres erat, fi pofthumus ante tutelae fuae annos deceffiffet. Non eft natus. Propinqui bona fibi vindicabant. Quis dubitaret, quin ea voluntas fuiffet teftantis, vt is non nato filio heres effet, qui mortuo? Sed hoc non fcripferat.* a) Satis, ni fallor, hinc claret, qua de re apud Centumuiros difceptatum fit, quemque res habuerit exitum. Sed cum haud raro accidere foleat, vt, qui minimum iuris habet, victor iniuftus abeat, ftultumque fit, de iuftitia caufae ex illius exitu iudicare, age, conferamus inuicem argumenta Craffi & Scaeuolae, quo fic melius pateat, non M. Curium, fed agna-

a) Ad quem locum *P.* BVRMANNVS nihil notauit, nifi hoc: *vide Ciceronem I. de Orat. 39. I. M.* GESNERVS autem hoc tantum: *Narrat Cicero pro Caecin. c. 18. & de Orat. I. 39.* Ceterum in *Geo.* ARNAVDII *vit. Scaeuolar. p. 93.* citatur etiam FABRIC. *hiftor. Ciceron. p. 20* vbi tamen nihil, quod nos inuaret, inuenimus.

agnatos Coponii vincere debuisse. Ac Crassus quidem voluntatem defendebat, dicens, eum, qui testamentum fecisset, hoc sensisse, quoquo modo filius non esset, qui in suam tutelam veniret, siue non natus, siue ante mortuus, Curius heres vt esset; ita scribere plerosque, & id valere, & valuisse semper. Exempla colligebat ex legibus, & ex Senatusconsultis, & ex vita ac sermone communi, vbi si verba, non rem sequeremur, confici nihil posset, itaque multa contra scriptum pro aequo & bono dicebat, vt obrueret quasi aduersarium argumentorum exemplorumque copia. Illudebat denique acumen illud & ingenium Scaeuolae, qui excogitasset, nasci prius oportere, quam emori, & ex vno scalmo captionis Centumuirale iudicium hereditatis effecisset. Mucius contra scriptum tuebatur, negabatque, nisi posthumus & natus, & ante quam in suam tutelam veniret, mortuus esset, heredem eum esse posse, qui esset secundum posthumum & natum & mortuum heres institutus. Captiosum esse dicebat populo, quod scriptum esset, negligi, & opinione quaeri voluntates, ac interpretatione disertorum scripta simplicium hominum peruertere: varia esse, si posthumus non nascatur, & si posthumus moriatur, ideoque, quod in vnum casum dispofuerit testator, ad alterum trahi non oportere. Addebat multa de iure testamentorum, & antiquis formulis, docebatque, quemadmodum scribi oportuisset, si etiam filio non nato heres institueretur, & haec omnia tam acute, & eleganter, vt nemo quidquam politius aut elegantius, aut omnino melius exspectaret, aut fieri posse putaret. Ne quis autem putet, me ipsum haec ex ingenio confinxisse, potiores, qui huc pertinent, ex scriptis CICERONIS locos adscribere haud pigrabor. Ac primo quidem ipse loquatur Crassus apud CIC. *de Orat. Lib. I. cap. 39. Quid vero? clarissima M. Curii causa, M. que Coponii nuper apud Centumuiros, quo concursu hominum, qua exspectatione defensa est? cum Q. Scaeuola, aequalis, & collega meus, homo omnium & disciplina iuris ciuilis eruditissimus, & ingenio, prudentiaque acutissimus, & oratione maxime limatus, atque, vt ego soleo dicere, iuris peritorum eloquentissimus, eloquen-*

quentium iuris peritissimus, ex scripto testamentorum iura defenderet, negaretque, nisi posthumus & natus, & antequam in suam tutelam veniret, mortuus esset, heredem eum esse posse, qui esset secundum posthumum, & natum, & mortuum, heres institutus: ego voluntatem defenderem; hac eum tum mente fuisse, qui testamentum fecisset, vt, si filius non esset, qui in tutelam veniret, M. Curius esset heres, Deinde apud eundem CICERONEM *l. c. cap.* 57. legimus: *In eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos, non esse difficile oratori, eius partis, quamcumque defendat, auctorem aliquem inuenire: a quo cum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis, viribusque torquebit. Nisi vero (bona venia huius optimi viri dixerim Scaeuolae) tu libellis, aut praeceptis soceri tui causam M. Curii defendisti, nonne arripuisti patrocinium aequitatis, et defensionem testamentorum, ac voluntatis mortuorum? Ac mea quidem sententia, (frequens enim te audiui, atque affui,) multo maiorem partem sententiarum sale tuo, & lepore, & politissimis facetiis pellexisti, cum & illud nimium acumen illuderes, & admirarere ingenium Scaeuolae, qui excogitasset, nasci prius oportere, quam emori: cumque multa colligeres ex legibus, & ex senatus consultis, & ex vita ac sermone communi, non modo acute, sed etiam ridicule ac facete, vbi si verba, non rem sequeremur, confici nil posset. Itaque hilaritatis plenum iudicium, ac laetitiae fuit; in quo quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit, non intelligo: dicendi vis egregia, summa festiuitate, & venustate coniuncta profuit. Ipse ille Mucius paterni iuris defensor, & quasi patrimonii propugnator sui, quid in illa causa, cum contra te diceret, attulit, quod de iure ciuili depromptum videretur? quam legem recitauit? quid patefecit dicendo, quod fuisset imperitis occultius? nempe eius omnis oratio versata est in eo, vt scriptum plurimum valere oportere defenderet.* Et ibidem *Lib. II. cap.* 32. *Quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum: est enim infinita. Si in personis ponitur: quot homines, tot causae, sin ad generum vniuersas quaestiones*

referuntur, ita modicae & paucae sunt, vt omnes eas diligentes, & memores, & sobrii oratores percursas animo, & prope decantatas habere debeant: nisi forte existimatis, a M. Curio causam didicisse L. Crassum, & ea re multa attulisse, quam ob rem posthumo non nato Curium tamen heredem Coponii esse oporteret. Nihil ad copiam argumentorum, neque ad causae vim, ac naturam nomen Coponii, ac Curii, pertinuit, in genere erat vniuerso rei, negotiique, non in tempore, ac nominibus omnis quaestio, cum scriptum ita sit, si mihi filius genitur, isque prius moritur, & cetera, tum vt mihi ille sit heres, si natus filius non sit, videaturne is, qui filio mortuo institutus heres sit, heres esse? IDEM in *Bruto cap. 39.* scribit: *Nam, vt Antonius coniectura mouenda, aut sedanda suspicione, aut excitanda, incredibilem vim habebat; sic in interpretando, in definiendo, in explicanda aequitate, nihil erat Crasso copiosius; idque cum saepe alias, tum apud Centumuiros in M. Curii causa cognitum est. Ita enim multa tum contra scriptum pro aequo & bono dixit, vt hominem acutissimum, Q. Scaeuolam, & in iure, in quo illa causa vertebatur, paratissimum, obrueret argumentorum, exemplorumque copia; atque ita tum ab his patronis aequalibus, etiam consularibus, causa illa dicta est, cum vterque ex contraria parte ius ciuile defenderet, vt eloquentium iurisperitissimus Crassus, iuris peritorum eloquentissimus Scaeuola putaretur; qui quidem cum peracutus esset ad excogitandum, quid in iure, aut in aequo verum aut esset, aut non esset, tum verbis erat ad rem cum summa breuitate mirabiliter aptus.* Et *cap. 52. Quare quis ex populo, cum Q. Scaeuolam pro M. Coponio dicentem audiret in ea causa, de qua ante dixi, quidquam politius, aut elegantius aut omnino melius aut exspectaret, aut posse fieri putaret? Cum is hoc probare vellet, M. Curium, cum ita heres institutus esset, si pupillus ante mortuus esset, quam in suam tutelam venisset, pupillo non nato heredem esse non posse; quid ille non dixit de testamentorum iure? de antiquis formulis? quid, quemadmodum scribi oportuisset, si etiam filio non nato heres instituere-tur?*

tur? Quam captiosum esse populo, quod scriptum esset, negligi, & opinione quaeri voluntates, & interpretatione disertorum scripta simplicium hominum peruertere? Quam ille multa de auctoritate patris sui, qui semper ius illud esse defenderat? quam omnino multa de conseruando iure ciuili? quae quidem omnia cum perite, & scienter, tum ita breuiter, & presse, & satis ornate, & pereleganter diceret, quis esset in populo, qui aut exspectaret, aut fieri posse quidquam melius putaret? At vero, vt contra Crassus ab adolescente delicato, qui in litore ambulans scalmum repperisset, ob eamque rem aedificare nauem concupiuisset, exorsus est; similiter Scaeuolam ex vno scalmo captionis, Centumuirale iudicium hereditatis effecisse; hoc in illo initio consecutus, multis eiusdem generis sententiis delectauit, animosque omnium, qui aderant, in hilaritatem a seueritate traduxit; quod est vnum ex tribus, quae dixi ab oratore effici debere. Deinde hoc voluisse eum, qui testamentum fecisset, hoc sensisse, quoquo modo filius non esset, qui in suam tutelam veniret, siue non natus, siue ante mortuus, Curius heres vt esset; ita scribere plerosque, & id valere, & valuisse semper. Haec & multa eiusmodi dicens, fidem faciebat: quod est ex tribus oratoris officiis alterum. Deinde aequum bonum, testamentorum sententias, voluntatesque tutatus est: quanta esset in verbis captio, cum in ceteris rebus, tum in testamentis, si negligerentur voluntates: quantam sibi potentiam Scaeuola assumeret, si nemo auderet testamentum facere postea, nisi de illius sententia. Haec cum grauiter, tum ab exemplis copiose tum varie, tum etiam ridicule, & facete explicans, eam admirationem, assensionemque commouit, dixisse vt contra nemo videretur. b)

 Quan-

b) Eodem pertinet locus *in Topic. Cap. 10. Ex eodem similitudinis loco etiam exempla sumuntur, vt Crassus in Curiana causa exemplis plurimis vsus est, agens de eo, qui testamento sic heredem instituisset, vt si filius natus esset in decem mensibus, isque mortuus prius, quam in suam tutelam venisset, secundus heres hereditatem obtinuisset, quae commemoratio exemplorum valuit, eaque vos in respondendo vti multum soletis.* Nec non in *Orat. pro*

Quandoquidem autem Craſſum in eo maxime verſatum fuiſſe videmus, vt voluntatem defenderet, dicens, hac eum tum mente fuiſſe, qui teſtamentum feciſſet, vt, ſi filius non eſſet, qui in tutelam ſuam veniret, M. Curius heres eſſet, liceat quaeſo mihi iam quaerere, vnde hoc ipſi conſtiterit? An ex verbis? Tantum abeſt, vt verba eius ſententiae opitulentur, vt potius ipſe CICERO contrarium fateri cogatur, *quid*, inquiens, *verbis ſatis hoc cautum erat? Minime!* Vnde igitur? Reſpondeat idem CICERO: *Quae res igitur valuit? Voluntas.* Sed hoc ipſum quaero, vnde de hac teſtatoris voluntate conſtiterit? Haud ineleganter BALDVS animi cogitationem voluntatemque, quae in lucem non producitur, quaſi abortiuam cenſeri, eamque velut poſthumum in vtero exiſtentem, niſi naſcatur ac in lucem proferatur, nihil eſſe dicebat. Equidem, ſi voluntatis coniectura capienda eſt, eodem, & haud ſcio an non meliore iure, quo Craſſus dixit, hoc voluiſſe eum, qui teſtamentum feciſſet, hoc ſenſiſſe, quoquo modo filius non eſſet, qui in ſuam tutelam veniret, Curius heres vt eſſet,

pro Caecin. Cap. 24. Etenim ipſe Craſſus non ita cauſam apud Centumuiros egit, vt contra iuris conſultos diceret, ſed vt hoc doceret, illud, quod Scaeuola defendebat, non eſſe iuris, & in eam rem non ſolum rationes afferret, ſed etiam Q. Mucio, ſocero ſuo, multisque peritiſſimis hominibus auctoribus vteretur. Et *de Inuention. II. 42. Paterfamilias cum liberorum nihil haberet, vxorem autem haberet, in teſtamento ita ſcripſit: Si mihi filius genitus fuerit vnus, pluresue, is mihi heres eſto. Deinde, quae aſſolent. Poſtea, ſi filius ante moritur quam in tutelam ſuam venerit, Tu mihi, dicebat, ſecundus heres eſto. Filius non eſt natus, ambigunt agnati cum eo, qui heres eſt, ſi filius ante, quam in tutelam ſuam veniat mortuus ſit.* Denique ipſe Craſſus apud CIC. *de Orat. Lib. II. c. 6. Itaque illud, quod ego in cauſa Curiana Scaeuolae dixi, non dixi ſecus, ac ſentiebam. Nam ſi, inquam, Scaeuola, nullum erit teſtamentum recte factum, niſi quod tu ſcripſeris, omnes ad te ciues cum tabulis veniemus, omnium teſtamenta tu ſcribes vnus. Quid igitur? inquam, quando ages negotium publicum? quando amicorum? quando tuum? quando denique nihil ages? Tum illud addidi, mihi enim liber non videtur, qui non aliquando nihil agit.*

esset, contrarium defenderem. Quid enim, si defunctus ideo Curium posthumo substituit: vt sic melius filii saluti prospiceret, existimans, proximos, ad quos eius morte nihil perueniret, vitae illius non insidiaturos, a Curio, autem, apud quem filius non educaretur, nihi tale, aut certe non tantum, quantum ab heredibus legitimis, metuendum esse. Nemo ignorat, quantum periculi pupillis imminuerit ab heredibus, proximam spem succedendi habentibus. Si quis tamen ignoret, ille IVVENALEM legat *Satyra 6.*

Vos ego, pupilli, moneo, quibus amplior est res,
Custodite animas, & nulli credite mensae.
Liuida materno feruent adipata veneno.
Mordeat ante aliquis, quidquid porrexerit illa,
Quae peperit, timidus praegustet pocula papas.
Nos, vtinam vani: sed clamat Pontia: feci,
Confiteor, puerisque meis aconita paraui,
Quae deprensa patent: Facinus tamen ipsa peregi,
Tu ne duos vna saeuissima vipera, coena?
Tu ne duos? septem, si septem forte fuissent.

& IVSTINIANVM in *§. 3. I. de pup. substitut.* vbi parentum circa liberos suos, quos impuberes relinquunt, suspiciosae formidini prospicit his verbis: *Sin autem quis ita formidolosus sit, vt timeret, ne filius eius, pupillus adhuc, ex eo quod palam substitutum accepit, post obitum eius periculo insidiarum subiiceretur: vulgarem quidem substitutionem palam facere, & in primis testamenti partibus, debet: illam autem substitutionem, per quam, etsi heres extiterit pupillus, & intra pubertatem decesserit, substitutus vocatur, separatim in inferioribus partibus scribere, eamque partem proprio lino, propriaque cera consignare: & in priore parte testamenti cauere debet, ne inferiores tabulae viuo filio, & adhuc impubere aperiantur. Illud palam est, non ideo minus valere substitutionem impuberis filii, quod in iisdem tabulis scripta sit, quibus sibi quisque heredem instituisset, quamuis pupillo hoc periculosum sit.* Ad quem locum conf. ANTONII FOQVELINI *Praelect. Aurel.*

Aurel. ad titulos I. de vulg. & pup. subst. Iam cum recte moneat CICERO de *Diuinat. Lib. II.* coniectura, quae in varias partes duci potest, nonnumquam etiam in contrarias, nihil quidquam incertius esse, quam recte Crassus tam lubrico incertae voluntatis argumento contra clarissima testatoris verba vsus sit, illi, qui sententiae ipsius subscribendum censent, ipsi viderint. Sed instas fortasse, & ais, ex aequo & bono, non ex callido versutoque iure res esse iudicandas: scriptum sequi, calumniatoris esse, boni vero iudicis, voluntatem scriptoris auctoritatemque defendere. Liceat vero mihi vicissim MARCELLVM tibi opponere, recte monentem in *L. 69. D. de Leg. III. non aliter a significatione verborum recedi oportere, quam cum manifestum est, aliud sensisse testatorem.* Neque aequitatis nomen me decipit, qui scio, eius praetextu perniciose plerumque in iure errari, memoriaque teneo illud CONSTANTINI in *L. 1. C. de Leg. inter aequitatem iusque interpositam interpretationem nobis solis & oportet & libet inspicere.* Recte CORN. VAN BYNKERSHOECK in *Praef. ad P. I. Obs. Iur. Rom. De aequitate si omnibus vna mens esset, frustra fuisset leges scribere, sed quia Maeuio videtur aequum, quod Titio iniquum, dissentientibus superuenit Legis auctoritas: absque ea si sit, tunc demum arbitrii partes erunt, tunc prudentiae, argumentis legum vti, & vel minimum sibi tribuere.* Conf. Viri summi, quem recte τὸν τῆς νομικῆς ὀφθαλμὸν dixeris, CAR. FERD. HOMMELII Diss. *pro summo iure contra aequitatis defensores.* Eat igitur Crassus & illudat acumen illud & ingenium Scaeuolae, neque tamen minus huius sententiae vnice subscribendum censeo. Quid enim? nonne varia sunt, si posthumus moriatur, antequam in tutelam suam veniat, & si plane non nascatur? Nonne absonum est, in pupillari substitutione, quae testamentum filii censetur, inesse vulgarem, per quam patri succeditur, atque ita in accessorio, vt cum pragmaticis loquar, contineri principale? Recte substitutus heres secundus dicitur: secundus autem non est, nisi adsit etiam primus, qui saltem heres fieri possit, quod de non nato nemo sanus dixerit.

Vbi

Vbi verba clara ſunt & manifeſta, tutiſſima interpretatio eſt, quae ex verbis ipſis colligitur. Neque errauero, ſi potiorem dixero cauſam heredum legitimorum, quos lex ipſa ad ſucceſſionem vocat, quorumque poſt liberos primo omnino cauſa atque conditio eſt. Fingere ſi licet ICtis in teſtamentis interpretandis, ſi fas eſt ſcriptum negligere, & ſupplere ingenio, de quo teſtator haud cogitauit, certe nihil dixit, actum eſt de certitudine vltimarum voluntatum, nihilque facilius erit, quam, vt eleganter dicebat SCAEVOLA, interpretatione diſertorum ſcripta ſimplicium hominum peruertere. Tantum quiſque velle creditur, quantum expreſſit, *nec putauerit quisquam*, ait PAPINIANVS in *L. 11. D. de bon. poſſ. ſec. tab. nudo voluntate conſtitui teſtamentum.* Probauit tamen, inquis, CRASSVS ſententiam ſuam facile omnibus, eamque admirationem & aſſenſionem commouit, dixiſſe vt contra nemo videretur. c) Sed quibus artibus hoc conſecutus eſt? An legum nitebatur auctoritate? Nihil minus. Facetiis ſuis impoſuit iudicibus, ſuoque etiam exemplo dubium fecit, bonine an mali plus attulerit hominibus & ciuitatibus copia dicendi, ac ſummum eloquentiae ſtudium. Nihil mentior, ſed refero tantum, quod ipſe CICERO haud diffitetur, *ac mea quidem ſententia*, inquiens, *multo maiorem partem ſententiarum ſale tuo & lepore, & politiſſimis facetiis pellexiſti, cum & illud nimium acumen illuderes & admirarere ingenium Scaeuolae, qui excogitaſſet, naſci prius oportere, quam emori: cumque multa colligeres ex legibus & ex ſenatusconſultis, & ex vita, ac ſermone communi, non modo acute, ſed etiam ridicule ac facete; vbi ſi verba, non rem ſequeremur, confici nil poſſet: Itaque hilaritatis plenum iudicium ac laetitiae fuit: in quo quid tibi ciuilis exercitatio profuerit, non intelligo: dicendi vis egregia, ſumma feſtiuitate & venuſtate coniuncta profuit.* Et, vt libere dicam, quod ſentio,

c) Quod illi eo facilius erat, quia MVCIVS, etſi iurisperitorum eloquentiſſimus, tamen, vt VELLEIVS *Lib. II. cap. 9.* ait, iuriſcientia, quam proprie eloquentiae nomine, celebrior fuit.

tio; fcenae procul dubio feruit Tullius, quum fcribit, Craffum fententiam fuam facile probaffe omnibus, adeo, vt contra dixiffe nemo videretur. Sane non refpondent haec iis, quae apud IPSVM in *Brut. cap.* 52. legimus: *Quare quis ex populo, cum Q. Scaeuolam pro M. Coponio dicentem audiret in ea caufa, de qua ante dixi, quidquam politius, aut elegantius, aut omnino melius aut exfpectaret, aut poffe fieri putaret? d)* Illud filentio praetereundum haud eft, SCAEVOLAM nec primum, nec vltimum fententiae fuae defenforem fuiffe. Etenim iam ante illum hoc ius defenderat pater illius, P. Mucius Scaeuola, at quantus ICtus? quod docent verba CICERONIS in *Brut. cap.* 52. *Quam ille multa de auctoritate patris fui, qui femper ius illud effe defenderat?* Deinde iam ab HENR. BRENCKMANNO ad *Heuremat. Modeftin. cap. VII.* & GOTFR. MASCOVIO de *Sect. Sabin. & Procul. cap. IX.* adnotatum eft, nec poft Craffum defuiffe, qui deinceps etiam cum Mucio fcripto inhaererent, nec voluntatis coniecturam admitterent, quamquam BRENCKMANNI, MASCOVIIque fententiae, quod ad lectionem *L. 28. D. de reb. auct. iud. poff.* in qua delendam cenfent particulam *non*, attinet, haud fubfcribam, fed EDM. MERILLIO *Obf. Lib. V. cap.* 29. qui illam retinet, adftipuler. Sed quorfum haec omnia? Eo fcilicet, vt pateat, iniuria viciffe M. Curium, & tunc

d) Rem auget IDEM *in Bruto C.* 73. *Malim*, inquiens, *mihi L. Craffi vnam pro M. Curio dictionem, quam caftellanos triumphos duos.* Sed faepius CICERONEM, fui immemorem, inepta protuliffe, poft GRAEVIVM monuit *H. I.* ARNTZENIVS *Mifcellan. cap.* 14. De fide autem oratorum ipfe CICERO *de Orat. II.* 7. *Oratoris omnis actio opinionibus, non fcientia continetur. Nam & apud eos dicimus, qui nefciunt, & ea dicimus, quae nefcimus ipfi. Itaque & illi alias aliud iisdem de rebus & fentiunt & iudicant, & nos contrarias faepe caufas dicimus, non modo vt Craffus contra me dicat aliquando, aut ego contra Craffum, cum alterutri neceffum fit falfum dicere, fed etiam vt vterque noftrum eadem de re alias aliud defendat, cum plus vno verum effe non poffit.* Conf. *Io.* LVZAC *Obf. Apolog. pro ICtis Rom. Cap. III.* §. 23.

etiam, quod nec hodie infrequens eſt, malam cauſam triumphaſſe. Venit hic mihi in mentem lepidae illius hiſtoriolae, quam in *Menagianis T. I. p. 194.* olim me legere memini. Aduocatus ſcilicet ſolito doctior, multarum patrocinium malarum cauſarum ſuſcipiens, curque id faceret, rogatus, tot, inquiebat, bonas perdidi, & in tot malis victor abii, vt, quibus in poſterum operam nauare debeam, ipſe neſciam. Male, ne dicam peſſime.

Supereſt autem, dicamus, quid, ſi Curius Coponiique agnati reuiuiſcerent, eademque de re inter ſe contenderent, aut ſi quando, ſimilis nobis ſe offerret ſpecies, hodie decernendum eſſe videatur? & nolo diſſimulare, pleroſque in ea eſſe opinione, vt exiſtiment, quidquid olim fuerit dubitationis, id omne ſublatum eſſe, poſtquam Impp. Marcus Antoninus Philoſophus, & Lucius Verus, Craſſi Centumuirorumque ſententiam, ſua conſtitutione firmauerint. Ita ſentiunt HENR. BRENKMANNVS & GOTFR. MASCOVIVS, loco vterque citato; ARN. VINNIVS, *Sel. Iur. Quaeſt. Lib. II. cap. 24.* IO. AVG. BACHIVS in *hiſt. iurispr. Rom. Lib. II. cap. II. Sect. IV. §. 15.* & qui non? e) Auctorem laudant MODESTINVM, cuius verba in *L. 4. D. de vulg. & pup. ſubſt.* haec ſunt: ***Iam hoc iure vtimur ex D. Marci & Veri Conſtitutione, vt cum pater impuberi filio in alterum caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligatur: ſiue filius heres non exſtiterit, ſiue exſtiterit, & impubes deceſſerit. §. 1. Quod ius ad tertium quoque genus ſubſtitutionis tractum eſſe***

e) Idem viſum eſt *Ant.* GOVEANO *ad Topic. Cic. Op. p. 479.* & *Geo.* ARNAVDIO in *vit. Scaeuolar. p. 95.* Sed quemadmodum leges a GOVEANO laudatae ſententiae ipſius plane haud opitulantur, ita nec ARNAVDIVS quidquam, quod operae pretium eſſet, protulit, vt potius a recta prorſus aberrauerit via, quando ſcribit: *in cauſa Curiana Coponius poſthumo, ſi intra pubertatis annos decederet, Curium ſubſtituit; eſt ſubſtitutio pupillaris; non natus eſt poſthumus, adeoque heres non exiſtit, igitur ſecundum Scaeuolae noſtri ſententiam, & reſcriptum D. Fratrum nihilominus heres debebat eſſe Curius, quia pupillaris ſubſtitutio vulgarem continebat*, manifeſto alienam ſic SCAEVOLAE ſententiam tribuens.

esse videtur. Nam si pater duos filios impuberes heredes instituat, eosque inuicem substituat, in vtrumque casum reciprocum substitutionem factam videri, D. Pius constituit. Sed aut magnopere fallor, aut nimis leuiter inspectis Modestini verbis legere sibi visi sunt viri docti, quod ibi neque scriptum neque pictum est. Dicunt illi, D. Marcum & Verum Crassi Centumuirorumque sententiam suis constitutionibus firmasse, idque ex Modestini verbis manifestum fieri. Neutrum recte, mehercule! Quid quaeso fecerunt Imperatores? Constituerunt, vt cum pater impuberi filio in alterum casum substituisset, in vtrumque casum substituisse intelligatur. Hoc memoriae prodidit MODESTINVS: Ceterum de sententia CRASSI, aut ea specie quae ab illo apud Centumuiros defendebatur, apud MODESTINVM nec vola nec vestigium est. Nae autem male ingeniosus sit, oportet, qui, quantum iudicium illud Curianum ab ea specie: quam D. MARCVS & L. VERVS prae oculis habuerunt, differat, non intelligat. CRASSVS contendebat, M. Curium, qui heres institutus erat mortuo posthumo, cum filius non modo non mortuus, sed ne natus quidem esset, heredem esse oportere. D. Marcus & L. Verus autem non de posthumo, sed de filio iam nato, & adhuc impubere constituerunt. Crassus loquebatur de posthumo non nato, Imperatores de iam nato, qui aut heres non exstiterit, aut exstiterit, sed impubes decesserit. Filius natus & impubes exsistit: posthumus autem, quem testator, plus aequo fortasse fidens viribus suis, tantum sperauit, si plane non nascitur, eius exsistit nihil. Nonne autem sic valde absonum est, species immane quantum diuersas confundere, iusque, quod D. Marcus & L. Verus in vna specie constituerunt, ad alteram, multum illi absimilem, transferre? Sed nec D. PII constitutio, cuius MODESTINVS in §. *1. d. L.* 4. meminit, huc pertinet. Cum enim constituit D. PIVS, vt, si pater duos filios impuberes heredes instituat, eosque inuicem substituat, in vtrumque casum reciprocum substitutio facta videatur, nihil hoc commune habet cum iudicio illo Curiano, neque adeo MO-

DESTI-

DESTINVS auctor eius sententiae, in qua refellenda versamur, a viris doctis laudandus erat. Vidit fortasse hoc ipsum, quamuis a nobis dissentiens, AVG. LEYSERVS *Meditat. ad Pandect. Spec. 362. Med. VI.* Non enim vtitur is auctoritate MODESTINI, sed inquit: *Nec hodie secundum leges nostras scriptas aliter iudicandum est, quia in testamentis, si certo constet de voluntate testatoris, verba non sunt attendenda, sed casus omissus continetur sub expresso. L. 15. C. de testam. L. 25. §. 1. D. de lib. & posthum. L. 4. C. de postum. hered.* Ego vero lubens quidem LEYSERO largior, verba non esse attendenda, si certo constet de testatoris voluntate. Sed hoc ipsum quaeritur in specie proposita, an testator hoc voluerit, quoquo modo filius non esset, qui in suam tutelam veniret, siue non natus, siue ante mortuus, Curius heres vt esset? frustraque adeo est LEYSERVS αὐτὸ τὸ ζητούμενον ἀπ' ἀρχῆς, seu id ipsum, quod in quaestione est, argumenti loco afferens. Neque leges a LEYSERO allegatas quidquam, nostrae quod officiat sententiae, continere, cuilibet non luscitioso facile apparebit. Primo loco citat. *L. 15. C. de Testament.* vbi CONSTANTINVS: *Quoniam indignum est ob inanem obseruationem irritas fieri tabulas & iudicia mortuorum: placuit ademptis his, quorum imaginarius vsus est, institutioni heredis verborum non esse necessariam obseruantiam, vtrum imperatiuis & directis verbis fiat, aut inflexis. Nec enim interest, si dicatur, heredem facio, vel instituo, vel volo, vel mando; vel cupio, vel esto, vel erit: sed quibuslibet confecta sententiis, vel in quolibet loquendi genere formata institutio valeat, si modo per eam liquebit voluntatis intentio. Nec necessaria sunt momenta verborum, quae forte seminecis & balbutiens lingua profudit. Et in postremis ergo iudiciis ordinandis amota erit sollemnium verborum necessitas: vt qui facultates proprias cupiunt ordinare in quacunque instrumenti materia conscribere, & quibuscunque verbis vti, liberam habeant facultatem.* Patet sermonem esse Imperatori de inutili & scrupulosa verborum solemnitate, tantumque abest, vt opituletur opinioni LEY-

SERVS *d. L. 4.* vt nobis potius inseruiant, si quae alia, eius verba: *si modo per eam liquebit voluntatis intentio.* Secundo loco LEYSERVS testimonium denunciat PAVLO in *L. 25. §. 1.* D. *de lib. & posthum.* vbi haec ICti verba legimus: *Lucius Titius, cum suprema sua ordinaret in ciuitate, & haberet neptem ex filia praegnantem, rure agentem, scripsit id, quod in vtero haberet, ex parte heredem: quaero, cum ipsa die, qua Titius ordinaret testamentum in ciuitate, hora diei sexta, eadem die, albescente caelo, rure sit enixa Maeuia masculum, an institutio heredis valeat, cum, quo tempore scriberetur testamentum, iam editus esset partus. Paulus respondit, verba quidem testamenti ad eum pronepotem directa videri, qui post testamentum factum nasceretur, sed si, vt proponitur, eadem die, qua testamentum factum est, neptis testatoris, antequam testamentum scriberetur, enixa esset, licet ignorante testatore, tamen institutionem iure factam videri, recte respondere.* Tertio denique IVSTINIANO in *L. 4. C. de Post. hered. Quidam cum testamentum faciebat, his verbis vsus est: si filius vel filia intra decem mensium spatium post mortem meam editi fuerint, heredes sunto, vel ita dixit, filius vel filia, qui intra decem menses proximos mortis meae nascentur, heredes sunto. Iurgium antiquis interpretatoribus legum exortum est, an* (filii viuo eo nati) *videantur non contineri testamento, & hoc ruptum facere. Nobis itaque eorum sententiam decidentibus, cum frequentissimas leges posuimus testatorum voluntates adiuuantes: ex neutra huiusmodi verborum compositione ruptum fieri testamentum videtur: sed siue viuo testatore, siue post mortem eius intra decem menses a morte testatoris numerandos filius vel filia fuerint progeniti: maneat testatoris voluntas immutilata, ne poenam patiatur praeteritionis, qui suos filios non praeteriit.* Sed vtraque species ab illa M. Curii, quae ad Centumuiros olim deferebatur, tantum differt, vt oleum & operam perdant, qui in illis conciliandis vires ingenii periclitantur. PAVLVS agit de institutione posthumi alieni, qui ante testamentum ignorante testatore nasci-

nascitur, IVSTINIANVS autem de filio, viuo patre nato, cum verba testamenti concepta essent de posthumo. Sed enim vtroque loco adest filius, ante, an post testamentum, viuo, an mortuo testatore natus sit, nihil interest. Ast mortuo Coponio nullus plane nascebatur posthumus, neque adeo erat, cui M. Curius substitutus censeri potuisset. Equidem probo illud CICERONIS in *Topic. Quod in re pari valet, valeat in hac, quae par est. – Valeat aequitas, quae paribus in caussis paria iura desiderat.* Sed idem ego desidero, vt re ipsa pares sint caussae, in quibus idem ius obtinere debet. Quae cum ita sint, inhaereamus adhuc sententiae SCAEVOLAE, iniuria, quantum equidem video, ab illis iniquissimae interdum aequitatis defensoribus CRASSI opinioni postpositae. Sed bonum factum, quod numquam ita potuerit eradicari, vt nullos plane sectatores inuenerit. Audi ANT. SCHVLTINGIVM in *Orat. de Iurisprudentia M. Tullii Ciceronis. Hic*, inquit, *Iurisconsultos audias asseuerantes, id sequendum esse, quod scriptum sit, ac ita ius esse, vti lingua nuncupassit, quemadmodum erat in duodecim tabulis; non esse admittendam voluntatis quaestionem, cum verba clara sunt ac perspicua; nec licere nobis casum omissum supplere, vel neglectis iuris regulis aequitatem sectari, quod & deinceps principes sibi solis vindicarunt.* Idem testatur AVGVSTIN. LEYSERVS *l. c. Et sunt tamen*, inquiens, *qui contrarium tuentur. Certe apud Menochium in consilio 532. similis Ciceronianae facti species narratur, & prorsus contrario modo deciditur, atque ea decisio in communi receptaque sententia inniti dicitur.* Euolui MENOCHIVM, nihilque de eo mentitum fuisse LEYSERVM, deprehendi. Sed siue is neget, siue affirmet, ego floccum non interduim, quippe qui rationibus, non auctoritatibus rebusque iudicatis, pugnare soleo, postquam saepius intellexi, eandem hodieque ludi fabulam, de qua iam olim questus est AVCT. AD HEREN. *Lib. II. cap. 13. Iudicatum*, inquiens, *est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. Ea saepe diuersa sunt, vt aliud alii iudici, aut praetori, aut consuli,*

aut tribuno plebis placitum sit; & fit, vt de eadem re saepe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit; quod genus, M. Drusus, praetor vrbanus, quod cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit; S. Iulius non reddidit. Item, C. Caelius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim laeserat; P. Mucius eum, qui L. Accium poetam nominauerat, condemnauit. Hoc tamen silentio praetermittere haud possum, quod scribit VIGLIVS ZVICHEMVS in *Commentar. ad Tit. I. de pup. subst. cum haec voluntatis interpretatio ex legis magis dispositione, quam defunctorum cogitatione proueniat, & multae rationes iuris ciuilis huic interpretationi obstent, minime mirum, hanc potius sententiam Q. Scaeuolam amplexum fuisse, quam etiam non infimae classis doctores secuti sunt. Sic enim Oldradus, Ioannes Andreas, Ancharanus, Socinus Corneus, item Paulus Castrensis, Signorolus, Romanus, ac alii partim consulti responderunt, partim in scholis docuerunt. — & fortassis restitui sententia Scaeuolae posset, si quis accuratius eam controuersiam examinaret: vel non iniquus arbiter exemplo Tiberii in hoc voluntatis & ciuilium rationum conflictu hereditatem inter legitimum & scriptum heredem diuidet.* Recte omnia, nisi quod de hereditate inter legitimum & scriptum heredem diuidenda addit VIGLIVS. Quo minus enim huic consilio patulas praebeamus aures facit EDM. MERILLIVS *Variant. ex Cuiac. Lib. I. cap. 37. Alias vero,* inquiens, *minime probandum est, in re dubia, & obscura, vtrique partem tribui debere: id iudicium rusticorum esse, ait non infacete Accursius ad L. Nesennius 34. D. de negot. gest. tentandum est potius, cui ius competat, omni solertia deprehendere, quam inter vtrumque diuidere.* Et sunt tamen haud pauci, qui tunc demum iudicis officio praeclare se functos esse existiment, si rem, qua de agitur, inter litigantes diuidant, & vtrique partem addicant, adeo, vt nihil frequentius sit illo rusticorum iudicio, quod quidem nos, qui quotidie in foro litibusque versamur

famur, heu! nimium faepe experimur. Sed hoc iam non agimus.

Sic autem habes, aeque periteque Lector, quae mihi de difficillima illa quaeſtione tecum communicanda viſa ſunt, quibus ſi tu calculum addideris, rem omnino gratiſſimam mihi feceris, vt qui plus aliorum, qui de his rebus iudicare poſſunt, iudicio, quam ingenio tribuam meo, ſin quis meliora attulerit, argumentaque noſtra validioribus infregerit, nec id ingratum fecerit: ego certe tunc hoc

ſolamen habeo
Mortis, ab Aemonio quod ſim iugulatus Achille.

V.

D. CAR. FRIDER. ZEPERNICK

DE

CAVSIS CENTVMVIRALIBVS DISQVISITIO.

---

§. I.

Instituti ratio. Causae CViralis notio.

Quam de causis Centumuiralibus instituam, ad duo summa reuocari poterit capita disputatio, in cuius *priori* has causas definitas certasque non fuisse, monstrare conabor; & in *altero*, Caesarum temporibus solas circa hereditates controuersias, CViros non tractasse, sed alias etiam, speciatimque liberales cognouisse, vero reddere simile, studebo. Vtriusque capitis contrarium in suo libello adfirmauit SICCAMA a), qua in re varios sectatores, in rationibus ab ipso proditis acquiescentes, inuenit. De causis autem apud CViros agendis tractationem instituens, me tales, quae principaliter in eorum, tamquam competente iudicio, peragendae, non quae in litem inciderant, & ideo ab ipsis simul erant cognoscendae, b) intelligere voluisse, facile

a) *Lib. II. cap. 5.*

b) cf. *Animadu. ad Siccam. Lib. I. c. 6. not. f. pag. 49.* Quam coniecturam magis confirmare videtur Rescriptum VALERIANI & GALLIENI *L. 3. C. de Ordin. cognit.* quod instar legis generalis nunc ita legimus: *Cum ciuili disceptationi principaliter motae, quaestio criminis incidit, vel crimini prius instituto, ciuilis causa adiungitur: potest iudex eodem* (in quibusdam Ed. Vulg. legitur *eorum*) *tempore vtramque disceptationem sua sententia dirimere.* Explicauit hanc legem παραφραστικῶς I. H. BOEHMER *in I. E. P. Lib. II. T. 10. §. 4.*

facile quemlibet perſpecturum eſſe, arbitror. Notionem vero cauſae CViralis poſtulanti, cauſam mihi hoc loco rurſus eſſe rem controuerſam, c) litem, iudicium, reſpondeo; nam talem vim cauſae vocem, ceteroquin verbum πολυσημον, ſibi vindicare, monſtrauit *B.* BRISSONIVS d) ad quem breuitatis ergo Lectorem ablego. Litis autem CViralis mentionem SVETONIVS e) & SENECA f) fecerunt; & apud ILLVM g) in eodem ſignificatu, nimirum pro cauſis, CViralia iudicia ſunt accipienda, vt Ven. ERNESTI h) monuit; quae huius verbi ſignificatio haud infrequens eſt, & apud CICERONEM ſaepius obuenit. Ceterum breuis eſt, attamen vera, quam nobis his de cauſis dedit finitionem FESTVS, *Centumuiralia*, dicens, *iudicia ea ſunt quae CViri iudicabant.* i) Quodſi prolixiorem legere lubeat, cauſae CVirales non niſi tales priuatae ſunt controuerſiae, quae in iudicio a CViris cognoſcendae, & ſententiis definiendae erant. Determinatam magis notionem formare non audeo propterea, quod iſtae controuerſiae cer-

ſ. 4. T. I. p. 101. Neque tamen cum Viro ſummo huc trahere vellem *L. vn. C. quand. ciuil. act. crim. praeiud.* (IX, 31.) quoniam ibi tantum definitur, de vna re & ciuiliter & criminaliter agi poſſe, neque ciuilem actionem alteram, vti loquuntur, abſorbere: tractatur ergo de actionibus concurrentibus, quod vidit *I.* GOTHOFRED. *ad L. vn. C. Th. Victum ciuil. agere & criminal. poſſe T. III. p. 186.* quae lex eadem eſt cum lege e C. Iuſt. citata, Sed ad *L. 3. C. de Ord. cogn.* vt redeam, Iudicis ibi nomen vſurpatum, licet de magiſtratu intelligas, quod ſuaſit etiam *D.* GOTHOFREDVS *in not.*, tamen id non oberit propterea, quod de Praetore Vrbano, cuius ſupremum conſtituebant CViri conſilium, aeque poteſt accipi.

c) Vid. CIC. *de Inuent. I, 6. alleg. in Anim. ad. Sicc. Lib. I. c. 2. not. a.*

d) *de Verb. Signif. Lib. III. v. cauſa* §. 3.

e) *de Illuſtr. Rhetor. c. VI.*

f) *Praefat. Lib. VII. Controuers.*

g) *In Veſpaſian. cap. X.*

h) *in not. ad d. l.*

i) *de V. S.*

certae definitaeque fuisse non videntur, quod nunc paulo plenius erit commonstrandum.

§. II.

Causae CViriles a Tullio Cicerone enumeratae non sunt definitae.

Videlicet disquirendum venit: *Num a* CICERONE, *loco notissimo*, k) *enumeratae controuersiae, ea ratione in iudicio CVirali iudicatae sint, vt, nec de aliis pluribus CViri, nec alii iudices de iis, sententias ferre potuerint?* Et si recte video, praeter SICCAMAM, & *I. G.* GRÆVIVM l), id affirmarunt plurimi m), non alia ex ratione, quam quod CICERO has tantum nominauerit controuersias. At enim vero certae causae, & quarum numerus definitus, iudicio CVirali relictae & adscriptae fuisse non videntur, saltim non illae tantum, quas apud CICERONEM enumerauit Antonius; sed a CViris causas priuatas omnes, vbi quaestiones, in iure praesertim positae, obuenerunt, iudicatas esse, vero propius accedit, idemque *Gerb.* NOODTIVM n) *Car.* SIGONIVM o), *Fr.* POLLETTVM p), *Gu. van der* MVELEN q), *Anton.* SCHVLTING r), *I. A.* BACH s), statuere reperio. Antonius enim apud Ciceronem, contra Crassi sententiam. Oratori iuris ciuilis cognitionem oppido necessariam esse, euincens, enumeratas causas exemplorum in-

k) *De Orator. Lib. I. cap. 38.*
l) *Praef. Tom. II. Thes. Ant. Rom. pag. si num. 30.* vid. supr. *p. 180.*
m) Quorsum RAEVARD. *Protribun. XX. extr. I. S.* BRVNQVEL. *Histor. iur. P. 1. c. 8. §. 28.* qui Ciceronem d. l. *accurate recensuisse* CVirales causas putat: Eodem redeunt quae scripserunt *I. G.* HEINECCIVS *Syntagm. Ant. R. Lib. IV. Tit. 6. §. 9. &* C. BRETTVS *de Ord. perantiquo iudic. cap. IX.*
n) *De Iurisd. & Imp. Lib. I. c. 8.*
o) *De Iudic. Lib. I. c. 22.*
p) *Histor. for. Rom. Lib. III. c. 13.* & *Lib. IV. c. 1.*
q) *Comment. Pompon. Enchyrid. §. 27. p. 591.*
r) *Enarrat. Part. I. Digestor. tit. de Iurisd. §. 23.*
s) *Histor. Iurispr. R. Lib. II. C. 1. §. 29.*

instar tantum adduxit, nec in eo fuit, vt monstraret, quaenam controuersiae, aliis iudicibus exclusis, a CViris cognoscendae sint. Proinde mox adiecit, in hoc iudicio *ceterarum rerum innumerabilium iura & omnino quid suum, quid alienum, versari*, igiturque insignem esse impudentiam, si quis iurium cognitione destitutus, harum rerum defensionem subire audeat; quibus verbis quasi breuibus se expedire conatus est, cum, multitudinem causarum insignem enumerare, nimis ipsum auocasset. Diserte porro TVLLIVS, t) apud vnum iudicem de stillicidiis agi potuisse, tradidit, *quam indecorum est*, scribens, *de stillicidiis cum apud vnum iudicem dicas, amplissimis verbis & locis vti communibus: de maiestate populi Romani summisse & subtiliter?* quum tamen stillicidiorum causas ad CVirales numeret eo loco, vbi numerum earum refert; quod aliud argumentum esse potest, easdem causas, & apud pedaneum iudicem, & apud CViros agi potuisse. Fereque idem docuit QVINCTILIANVS, u) *aliam apud CViros, aliam apud priuatos iudices, in iisdem quaestionibus, rationem esse*, sustinens, quale praeceptum frustra dedisset, nisi certum, easdem controuersias & a CViris, & a pedaneo iudice cognitas esse; pedaneum enim sub priuato contineri, iudice, ex his, quae dixi alio loco x), liquebit. Praeterea Decemuiros stlitibus iudicandis, CICERONIS aetate liberalia iudicia exercuisse constat, y) iam vero quaestiones, *quare ciuis, an peregrinus, seruus an liber quisquam sit*, ad causas CVirales ab EODEM z) relatas deprehendimus, igitur quemadmodum inde, causarum liberalium cognitionem Decemuiris propriam haud fuisse concludimus, a) ita quoque, liberalia iudicia a solis CViris, aetate TVLLII Romae haud fuisse tractanda, deducamus necesse est. Multarum denique rerum, de quibus certum est, eas ad horum

P 5 indi-

t) *In Orator. Cap. XXI.*
u) *Instit. Orat. Lib. V. Cap. 10.*
x) *Animaduers. ad Siccam. Lib. I. C. 6. not. b.*
y) *Orat. pro Caecin. cap. 33. & pro Domo cap. 29.*
z) *De Orator. Lib. I. cap. 38.*
a) *Animadv. ad Siccam. Lib. I. Cap. 10. not. i.*

iudicum confilium fpectaffe, mentionem factam fruftra quaerimus, quorfum v. c. hereditates legitimae, imo ipfius querelae inofficiofi teftamenti mentio, pertinent, nifi placet eam fub nomine ruptorum, quorum nomen adeft, teftamentorum comprehendere.

§. III.

Argumenti continuatio.

Itane vero TVLLIVS nobis aliquid impofuit, & egregie errauit, dum, caufarum CViralium notionem definiens, tot atque tantas omifit? Non putarem; vt enim iam antea dicere occupaui, caufarum CViralium fpecies exacte determinare noluit, fed quibusdam earum, frequentiorum forfan praeftantiorumque, exemplis vfus eft, quibus, fe fatis confirmare poffe doctrinam fuam, putauit. Ad haec, *faepe partium diftributio eft infinitior tamquam riuorum a fonte deductio*, quamobrem *fi ftipulationum, aut iudiciorum formulas partiare, non eft vitiofum in re infinita praetermittere aliquid:* ex hoc, quod CICERO b) dedit praecepto, eum, fi opus, tueri quoque poffemus atque defendere; fcilicet ipfum haud admiffiffe aliquid vitii, quando infinitas caufas non enumerauit omnes, fed in earum enarratione praetermifit aliquas, cum eas innumeras effe confeffus fit. Quae igitur quum ita fint, CVirales caufas determinatas certasque fuiffe, vt fibi Viri docti perfuadent, vero non eft fimile. Neque tamen, ab arbitrio Praetoris vrbani plane pependiffe, CVirine, an alii iudices, caufam tractarent, exiftimandum eft; ftatuendum potius, fi coniecturae locum dare volumus, quod alio loco iam affirmaui, c) caufas priuatas grauiores, in quibus praefertim de iure certatum, quaeque e Legibus moribusue fimpliciter non poterant definire, fed vbi aequitas & ratio fpectanda erat, a Praetore ad CViros effe delatas, ab illis iudicandas, atque fententiis definien-

b) *Topicor. Cap. 8.*

c) *Animadv. ad Siccam. Lib. I. c. 6. not. e.* Add. BACH *hift. Irpr. R. Lib. II. C. 1. §. 29.*

finiendas fuisse: Contra vero negotia, in quibus de facto magis quam de iure cognitio instituenda, & vbi futura sententia e iure certiori formulae inseri poterat, ad pedaneos spectasse iudices. Iam quia CICERO, causas agnationum, gentilitatum, reliq. eam plerumque indolem habere, vt a CViris iudicandae sint, non ignorauit, eas etiam, simul cum quibusdam aliis, nominetenus excitauit, multis adhuc aliis omissis, & innumerabilium rerum elogio generali, comprehensis. Licet ergo non sit inficias eundum, huius generis causas a CViris fuisse cognitas, tamen, eas priuatiue & coram illis solis agitatas, affirmandum esse non arbitror. Neque igitur est, quod operose rationes inuestigemus, cur istas a CICERONE causas enumeratas CVirorum iudicio Romani subiecerint, quandoquidem nec in Veterum de hac re silentio certi quid affirmari posset. Eas enim omnes Legibus non fuisse definitas dici vix potest, quum alias in quibusdam speciebus, vt de stillicidiis vidimus, priuatus iudex notionem habere non potuisset: Magis igitur est vt arbitremur, negotii qualitatem mouisse Praetorem ad CViros litem deferre, quod tunc obuenire poterat inprimis, cum priscae Leges non sufficerent amplius. De inofficiosi testamenti querela vero rationem NOODTIVS *d)* in eo reperire voluit, quoniam ex aequitate decidenda fuerit. Ceterum priuatas controuersias tantum ad CVirorum iudicium pertinuisse palam est; adeoque publicas principaliter non definierunt, h. e. crimina ab iis quaesita non sunt, nisi incidentes in priuatas lites quaestiones constituerent, quod, cum alio loco sit expositum *e)*, hic repetere nolo.

§. IV.

Num de fideicomissis iudicauerint CViri?

Prius vero, quam ad reliqua progrediar, memoranda venit singularis opinio, Illustriss. *Fr. Lud.* Comitis *ab* OETTINGEN, *f)* ad CViros ante Augustum cognitionem de fidei-

d) *Commentar. ad* T. D. *de inoff. testament.*

e) *Animaduers. ad Siccam. Lib. I. cap. 6. not. f.*

f) Diatrib. *de Fideicommissis* (Helmstad. 1734.) *§. VI. not.* * *p. 16.*

fideicommiſſis pertinuiſſe, ob fragmentum SCAEVOLAE g) ſtatuentis, & SICCAMAM, & SIGONIVM, quod iſtud praetermiſerint, arguentis. Tantum vero abeſt, vt SCAEVOLA in partes vocari queat, vt tota potius adſertio contra fideicommiſſorum naturam ſit, eorumque viciſſitudines aliud ſuadeant. Verum enim fideicommiſſa, in fraudem L. Voconiae, atque Corneliae de proſcriptis, praeſertim inducta, ante tempora Auguſti, nullo iure, ſed pudore fiduciarii nitebantur, ideoque apud nullum iudicem, & omnium minime apud CViros, honorati conqueri poterant. Diuus autem Auguſtus Conſulibus extra ordinem cognoſcendi facultatem de fideicommiſſis dedit, h) & quamquam Imp. Claudius Praetores duos fideicommiſſarios, teſtibus SVETONIO i) & POMPONIO k), in Vrbe conſtituerit, e quibus abs Tito iterum vnus eſt detractus; tamen ſemper extra ordinem de ipſis facta eſt cognitio, ſcilicet nullis adhibitis iudicibus, ſed inſtituta tantum a magiſtratu cognitione, adhibito Iurisperitorum conſilio, in quo fuit aliquando CELSVS pater. l) Imo Praetori fideicommiſſario ne adeſſe quidem poterant CViri, cum Vrbano tantum aſſiderent, &

g) *L. 13. D. de inoff. teſtament.*

h) *Pr. I. de fideicom. hered.* atque hanc cognitionem poſtea, inſtituto Praetore de fideicommiſſis, non amiſerunt, quod, praeter loca paulo poſt a me laudanda, illuſtrari poteſt *L. 27. D. de Reb. auctor. iud. poſſ.* vbi VLPIANVS *Si Magiſtratus fideicommiſſi ſeruandi cauſa in poſſeſſionem miſerint, dare arbitrum poſſunt, ad ea diſtrahenda quae mora deteriora futura ſunt:* hoc autem fragmentum, inſcriptione docente, e ICti *Lib. I. de Off. Conſulis* eſt deſumtum.

i) *Vit. Claud. cap. XXIII.* ibique Ven ERNESTI. In Prouinciis *Poteſtatibus* delegauit cognitionem.

k) L. 2. §. 32. *D. de O. I.* Vbi huius Praetoris mentio in iure facta eſt notauit *Iac.* CVIACIVS ad VLP. *fragm. tit. XXIV. §. 12.* In Mamore apud GRVTER. p. CCCXCIII. 6. vocatur PR. DE. FIDEICOMMISSIS. De ipſius officio recte ſcribit *Fr.* BALDVINVS *Comment. ad pr. I. de fideic. Atque hic praetor de fideicommiſſis non modo ius dicebat, ſed & cognoſcebat & iudicabat.* Ceterum e *L. 26. D. de Probation.* apparet Imperatores ex appellatione de fideicommiſſis interdum etiam cognouiſſe.

l) L. 29. *pr. D. de legat. II.*

& eius constituerent supremum consilium. Qua igitur ratione in CVirali iudicio, vbi causae ordinarii iuris decidi solebant, fiduciarii potuissent conueniri? Sane QVINCTILIANVS m) caute dixit: *non debes apud Praetorem petere fideicommissum, sed apud Consulem: maior enim, Praetoria cognitione, summa est.* Et VLPIANVS n) *fideicommissa non per formulam petuntur vt legata, sed cognitio Romae Consulum, aut Praetoris, qui fideicommissarius vocatur: in prouinciis vero Praesidum prouinciarum.* Et IDEM alio loco: o) *persecutionis verbo extraordinarias persecutiones, putat contineri, vtputa fideicommissorum, & si quae aliae sunt, quae non habent iuris ordinarii executionem.* Nec non PAVLVS p) *ius omne fideicommissi,* inquit, *non in vindicatione, sed in petitione consistit.* Vides igitur naturae fideicommissorum fuisse contrarium, vt CViri controuersias de illis subortas tractarent. Restat adhuc SCAEVOLAM audire, q) & an nobis obsit perspicere. Verba sunt e *Libro III. Responsor.* desumta & ita iacent: *Titia filiam heredem instituit, filio legatum dedit, eodem testamento ita cauit: Ea omnia, quae supra dari, fieri iussi, ea dari, fieri volo, ob omni herede bonorumue possessore, qui mihi erit, etiam iure ab intestato. Item quae dari iussero, ea vti dentur fiantque, fidei eius committo. Quaesitum est: si soror Centumuirali iudicio obtinuerit, an fideicommissa ex capite supra scripto debeantur? Respondi: Si hoc quaeratur, an iure eorum, quos quis sibi ab intestato heredes, bonorumue possessores successuros credat, fidei committere possit, respondi posse.* PAVLVS *notat: Probat autem, nec fideicom-*

m) *Instit. Orat. Lib. III. c. 6.* BVDAEVS τὸ *Summa* refert ad cognitionem consularem, quae maior esset praetoria: Memini eundem in lapidem impingere MATERNVM *de* CILANO *Roem. Alterth. T. I.* Sed de quantitate fideicommissi FABIVM loqui, monstrauit *Iac.* CVIAC. *Obseru. Lib. XXI. Cap.* 34. & VLPIANI verbis *L.* 19. §. 1. *D. de Iurisd.* illustrauit.

n) *Fragment. Tit. XXV.* §. 12.

o) *L.* 178. §. 2. *D. de V. S.*

p) *Recept. Sententiar. Lib. IV. Tit.* 1. §. 18.

q) *cit. L.* 13. *D. de inoff. testam.*

commiſſa ab inteſtato data deberi, quaſi a demente. Ex his autem adparet, ICtum non adfirmaſſe in iudicio CVirali fideicommiſſa eſſe petenda, ſed ad ſequentem ſpeciem propoſitam reſponſum edidiſſe: Num a Titiae filia, herede inſtituta, poſtquam fratrem, ſpreto legato ſibi a matre relicto, querelam mouentem, in Centumuirali iudicio ſuperauerat, fideicommiſſa peti poſſint propterea, quod illorum praeſtationem mater teſtatrix, omnibus heredibus etiam legitimis impoſuerat? Et SCAEVOLA tam generaliter huic quaeſtioni fecit ſatis, &, concedens heredum ab inteſtato fidei poſſe aliquid committi, tam tritum propoſuit, vt cum *Fr.* CONANO r) putarem, ICtum exiſtimaſſe FCmiſſa deberi. Et recte quidem; nam iudicium ſupremum reſciſſum non erat, cum filia, heres inſtituta, in CVirali iudicio obtinuiſſet, ideoque nulla ratio adeſſe videretur, cur non praeſtanda ſint fideicommiſſa, vtpote legitimorum etiam heredum fidei aliquid poterat committi. Verumtamen PAVLVS aliud notauit, imo Praeceptorem quodammodo reprehendit: at, ſi quid video, praeter meritum. PAVLVS aliam ſubſtituit ſpeciem, hanc ſcilicet, ſi filia non obtinuiſſet, ſed filii querela teſtamentum tamquam inofficioſum reſciſſum eſſet; atque tunc nec ab inteſtato data fideicommiſſa, quaſi a demente relicta deberi, lubenter largimur. Nam, vt CLAVDIVS apud SCAEVOLAM *Lib. XVIII. Digeſtorum* notat: s) *nec fideicommiſſa ab inteſtato data debentur ab eo, cuius de inofficioſo teſtamento conſtitiſſet: quia crederetur quaſi furioſus teſtamentum facere non potuiſſe: ideoque nec aliud quid pertinens ad ſuprema eius iudicia valet.* Hinc non video quare Vir ſummus *I.* CV-

IA-

r) *Commentar. Iur. Ciuil. Lib. IX. Cap. 8. §. 10.*

s) *L. 36. D. de Legat. III.* Fuit is haud dubie CLAVDIVS TRYPHONINVS, SCAEVOLAE diſcipulus, cuius notae in Digeſta Praeceptoris obueniunt; ſaltim id putarunt VV. CC. *Io. Lud.* CONRADI *de Vita & ſcriptis Q. Cerbidii Scaeuolae* (Lipſ. 1755.) *Cap. XII. p. 74.* & *Chr.* RAV d. *de Claudio Tryphonino ICto Romano* (Lipſ. 1768.) §. 13. p. 34.

IACIVS *t*), ex isto SCAEVOLAE loco concludit: *Itaque in eius legis specie solida fideicommissa non debentur, quia parte rescinditur testamentum a sorore instituti. Filius namque institutus fuit, filia exheredata, ideoque sic in ea legendum est: Titia filium heredem instituit, filiae legatum dedit.* Nam, vt silentio praeteream, praeter necessitatem hic emendationem esse factam, speciemque legis eandem manere, siue filium legas institutum cum CVIACIO, siue retineas verba vti iacent; e qualicunque mea interpretatione liquebit, fideicommissa vtique fuisse praestanda, quoniam soror exheredatum fratrem apud CViros superauerat, adeoque testamentum, licet e capite inofficiosi impugnatum, tamen saluum erat, & a filia propugnatum, vt igitur locum habere nequeant, quae de fideicommissis ex inofficiosa voluntate iudicata non praestandis, Veteres tradiderunt. Sed vt ad causam redeamus nostram, generosissim. contradicentem seduxit iudicii CViralis mentio, quae tamen, quoniam in eo inofficiosi querela mouebatur, a SCAEVOLA facienda erat; ceterum istud fragmentum id, cuius gratia excitatum est, non euincit, & neque sub republica, neque sub Imperatoribus in CVirali iudicio de fideicommissis controuersias disceptatas esse, nullamque adeo reprehensionem incurrere SICCAMAM, quando tales praeteriit, manifestum est.

§. V.

Rationes Siccamae, quibus probare voluit, duntaxat hereditarias causas apud CViros sub Impp. actas esse, trutinantur.

Transeundum vero ad *alteram* disquisitionis partem, in qua Caesarum aetate solas causas hereditarias apud Cviros agitatas non esse, contra SICCAMAM, contrarium adfirmantem, *u*) ostendere animus est. Sequar autem hunc ordinem, vt, argumentis Aduersarii profligatis, in rationes inquiram, & earum quasdam proferam, quare sub Imperatoribus

t) *Commentar. ad L. ex ea scriptura 29. D. qui testam. facer. poss.*

u) *Lib. II. cap. 5.*

ribus non omnes a CICERONE enumeratae controuerſiae, in CVirali iudicio videantur peractae; deinde vero argumenta producam, e quibus, niſi certo affirmari, vero ſaltim poſſit reddi ſimile, praeter hereditàrias cauſas, adhuc alias, & in ſpecie liberales, in iſto iudicio cognitas eſſe.

Quod igitur ad argumenta SICCAMAE attinet; quibus ſuſtinere voluit: *temporibus poſt Ciceronem de controuerſiis hereditariis ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato, duntaxat iudicaſſe CViros*, ſpeciem ea prae ſe ferre fateor, neque defuerunt, qui, ipſis moti, in *Noſtri* partes tranſirent, quorſum *Ioan.* HOPP x), *G.H.* AYRER y), *I. S.* BRVNQVELL z), forteque plures, pertinent; nihilominus tamen haec argumenta tanti pretii mihi non ſunt viſa, vt illis acquieſcendum eſſe putarem, cum potius aduerſus illa grauiora proferri poſſint dubia. Agedum audiamus SICCAMAE rationes. Prima eſt, *apud nullum ſcriptorem legi, CViros de eiusmodi controuerſiis quales enumeravit Cicero iudicaſſe* a). Sed hoc argumentum, a praetenſo Veterum ſilentio ductum, admodum eſt fallax, ceu Viri docti generatim de inficiali argumento dudum obſeruarunt. b) Quid enim? cum ſola TVLLII fide niſus, ſub republica, omnes quas apud Illum enumeratas legimus controuerſias, coram CViris agitatas eſſe, affirmauerit SICCAMA, neque tamen alia quam de hereditariis litibus exempla attulerit, nonne contra EVM inſurgere poſſemus eodem iure, & ne M. TVLLII quidem aetate alias, niſi de hereditatibus cauſas, in CVirali iudicio eſſe iudicatas, defendere? Nonne ſolidum inde poſſet argumentum duci, quod in quibusdam locis idem Orator CVirales cauſas abſolute dixiſſe hereditarias videatur? Visne exempla? *Primum*, ait, *populi Romani hereditatem Decemuiri iudicent*, *cum vos volueritis de priuatis here-*

x) Diſſ. *de Iudicibus a Praetor. & Praeſid. dar. ſolit. Cap. I.* in OELRICH *nov. Th. diſſ. Belg. Vol. 1. T. 2. p. 519.*
y) Progr. *de Iudic. Septemuiral. pag. 191.* hui. Edit.
z) *Hiſtor. iur. rom. P. I. C. 8. §. 29.*
a) vid. *pag. 144.*
b) vid. *I. A.* ERNESTI d. *de fide hiſtorica* §. 52.

hereditatibus Centumuiros iudicare. c) Oratorem, non, vt apud aliquem me legere memini, de Decemuiris stlitibus iudicandis, sed de Decemuiris agrorum diuidundorum Rullianis verba fecisse, facile quispiam animaduertit; in Rullianos enim homines quo magis odium Romanorum concitaret, ridiculum esse dixit, hereditatem, bona vniuersa, salutemque totius populi Romani iudicio decem tantummodo relinquere virorum, cum iam Centum de hereditatibus priuatorum iudicent. Ex hoc inquam loco, pariter atque ex alio *d)*, vbi simpliciter CVirale iudicium, *hereditatis iudicium* appellatum esse videtur, eadem ratione concludi posset, sub republica CViros duntaxat hereditatum iudices fuisse, quoniam de reliquis causis altum est apud Oratorem silentium. Praeterea nobis etiam sub republica iudiciorum exempla deficiunt, vbi de controuersiis sub Antonii persona a CICERONE narratis CViri cognouerunt, adeoque, SICCAMAE vestigia prementibus, affirmandum esset, hos iudices de priuatis modo iudicasse hereditatibus. Id tamen negat Ipse, negant omnes; & cur ita? certe non aliam ob causam, nisi quoniam CICERO sub Antonii persona, de aliis etiam quam hereditariis controuersiis coram CViris Oratori dicendum esse, affirmauit; laudo rationem; at quaeso, cur statuamus contrarium sequenti tempore, iisdem argumentis existentibus? Nam si a defectu iudiciorum, in quibus principaliter de negotio hereditatem non concernente litigatum sit, concludamus, in CVirali iudicio huiuscemodi causas non esse tractatas, vt in vniuersum, adeoque tam de reipublicae, quam Caesarum temporibus, id affirmetur, necessum est, cum his aeque ac illis desint.

Alterum SICCAMAE argumentum huius indolis est, *in Veterum monumentis legi tantum, CViros de hereditatibus iudicasse, nec alia nisi hereditaria iudicia, vt exempla doceant, superesse. e)* – Equidem verum esse quod Noster affir-

c) Agrar. II. cap. 17.
d) in Brut. Cap. 53.
e) pag. 144. & Lib. II. cap. 8. pag. 164.

ribus non omnes a CICERONE enumeratae controuersiae, in CVirali iudicio videantur peractae; deinde vero argumenta producam, e quibus, nisi certo affirmari, vero saltim possit reddi simile, praeter hereditarias causas, adhuc alias, & in specie liberales, in isto iudicio cognitas esse.

Quod igitur ad argumenta SICCAMAE attinet; quibus sustinere voluit: *temporibus post Ciceronem de controuersiis hereditariis siue ex testamento siue ab intestato, duntaxat iudicasse CViros*, speciem ea prae se ferre fateor, neque defuerunt, qui, ipsis moti, in *Nostri* partes transirent, quorsum *Ioan.* HOPP x), *G.H.* AYRER y), *I. S.* BRVNQVELL z), forteque plures, pertinent; nihilominus tamen haec argumenta tanti pretii mihi non sunt visa, vt illis acquiescendum esse putarem, cum potius aduersus illa grauiora proferri possint dubia. Agedum audiamus SICCAMAE rationes. Prima est, *apud nullum scriptorem legi, CViros de eiusmodi controuersiis quales enumeravit Cicero iudicasse* a). Sed hoc argumentum, a praetenso Veterum silentio ductum, admodum est fallax, ceu Viri docti generatim de inficiali argumento dudum obseruarunt. b) Quid enim? cum sola TVLLII fide nisus, sub republica, omnes quas apud Illum enumeratas legimus controuersias, coram CViris agitatas esse, affirmauerit SICCAMA, neque tamen alia quam de hereditariis litibus exempla attulerit, nonne contra EVM insurgere possemus eodem iure, & ne M. TVLLII quidem aetate alias, nisi de hereditatibus causas, in CVirali iudicio esse iudicatas, defendere? Nonne solidum inde posset argumentum duci, quod in quibusdam locis idem Orator CVirales causas absolute dixisse hereditarias videatur? Visne exempla? *Primum*, ait, *populi Romani hereditatem Decemuiri iudicent, cum vos volueritis de priuatis here-*

x) Diss. *de Iudicibus a Praetor. & Praesid. dar. solit. Cap. I.* in OELRICH *nov. Th. diss. Belg. Vol. 1. T. 2. p. 519.*
y) Progr. *de Iudic. Septemuiral. pag. 191.* hui. Edit.
z) *Histor. iur. rom.* P. I. C. 8. §. 29.
a) vid. *pag. 144.*
b) vid. *I. A.* ERNESTI d. *de fide historica* §. 52.

hereditatibus Centumuiros iudicare. c) Oratorem, non, vt apud aliquem me legere memini, de Decemuiris stlitibus iudicandis, sed de Decemuiris agrorum diuidundorum Rullianis verba fecisse, facile quispiam animaduertit; in Rullianos enim homines quo magis odium Romanorum concitaret, ridiculum esse dixit, hereditatem, bona vniuersa, salutemque totius populi Romani iudicio decem tantummodo relinquere virorum, cum iam Centum de hereditatibus priuatorum iudicent. Ex hoc inquam loco, pariter atque ex alio d), vbi simpliciter CVirale iudicium, *hereditatis iudicium* appellatum esse videtur, eadem ratione concludi posset, sub republica CViros duntaxat hereditatum iudices fuisse, quoniam de reliquis causis altum est apud Oratorem silentium. Praeterea nobis etiam sub republica iudiciorum exempla deficiunt, vbi de controuersiis sub Antonii persona a CICERONE narratis CViri cognouerunt, adeoque, SICCAMAE vestigia prementibus, affirmandum esset, hos iudices de priuatis modo iudicasse hereditatibus. Id tamen negat Ipse, negant omnes; & cur ita? certe non aliam ob causam, nisi quoniam CICERO sub Antonii persona, de aliis etiam quam hereditariis controuersiis coram CViris Oratori dicendum esse, affirmauit; laudo rationem; at quaeso, cur statuamus contrarium sequenti tempore, iisdem argumentis existentibus? Nam si a defectu iudiciorum, in quibus principaliter de negotio hereditatem non concernente litigatum sit, concludamus, in CVirali iudicio huiuscemodi causas non esse tractatas, vt in vniuersum, adeoque tam de reipublicae, quam Caesarum temporibus, id affirmetur, necessum est, cum his aeque ac illis desint.

Alterum SICCAMAE argumentum huius indolis est, *in Veterum monumentis legi tantum, CViros de hereditatibus iudicasse, nec alia nisi hereditaria iudicia, vt exempla doceant, superesse.* e) – Equidem verum esse quod Noster affir-

c) *Agrar. II. cap. 17.*
d) *in Brut. Cap. 53.*
e) *pag. 144. & Lib. II. cap. 8. pag. 164.*

affirmauit, mihique nondum obueniſſe litis CViralis exemplum, in qua de alia quam hereditaria cauſa principaliter fuiſſet actum, fateor *f*); nihilominus tamen, nobis in ICtorum & aliorum Auctorum libris ſupereſſe veſtigia, e quibus haud improbabili coniectura concludere poſſumus contrarium, ſuſtinere audeo. Nobis autem omnium minima pars iudiciorum CViralium cognita eſt, & quemadmodum diligentiam SICCAMAE quaedam effugerunt, abs me in fine huius tractationis collecta, ita forſan memet ipſum quoque alia, quorum exſtat memoria, praeteriiſſe ſine rubore confiteri poſſum. Cauendum igitur ne, quod contigit *Noſtro*, e cognitis nimia feſtinatione concludamus. Non vtar exemplis adhuc exſtantibus, in quibus de iure agnationum eſt diſputatum, quandoquidem de his cauſis tunc ob hereditariam quaeſtionem, cum illis coniunctam, CViri cognouerunt; ſed, de gentilitatibus & agnationibus controuerſias, inprimis ob hereditatum commoda eſſe agitatas, & in ſe vel rarenter obueniſſe, vel interdum a Pontificibus cognitas, reticendum non eſt. Ideo non perſpicio, quam vtilitatem inde capiat aduerſa opinio.

Tertium argumentum eſt, *quod quaeuis hereditatis petitio abſolute iudicium CVirale appelletur, vt e* IVSTINIANO *g)* & SCAEVOLA, *h) animaduerti poſſit. i)* At enim

f) Cauſam Hoſtilii Mancini videtur CICERO *de Orator.* [illegible]. *I. c. 40.* inter CViralesreferre; ſed, vtrum de ciuitate huius infelicis Conſulis ſit apud CViros iudicium habitum, an tantum inter ICtos, tunc temporis celeberrimos, diſputatum, definire nolo. Poſterius probabilius eſt, & placuiſſe videtur *Fr.* BALDVINO *in Iuriſpr. Muciana pag. 43. ſeq.* vbi totam controuerſiam eleganter expoſuit; & *Georg.* D'ARNAVD. *in Vitis Scaeuolarum* (ab ARNTZENIO V. C. Trai. ad Rh. 1767. edit.) *§. 20.* Quodſi apud CViros geſtum eſſet iudicium, & Mancinus, a Numantinis haud acceptus, affirmaſſet ibi, ſe ciuem adhuc eſſe, quod P. Rutilius Tr. pl., illum e Senatu eiiciens, negabat; ſane litis CViralis de quaeſtione: ciuis an peregrinus quis eſſet, haberemus exemplum excellentiſſimum.

g) *L. vlt. pr. C. De hered. petit.*

h) *L. 13. D. de inoff. teſtament.*

i) *pag. 145.*

enim quod Tu tam fidenter affirmas, mi SICCAMA, e citatis abs Te legibus haud apparet. Adspice FLAVII verba, eaque, de ordine siue modo causas in isto iudicio agendi, disponere inuenies: *Cum hereditatis petitioni locus fuerat*, verba sonant, *exceptio assumebatur*, *quae tuebatur hereditatis petitionem, ne fieret ei praeiudicium. Magnitudo enim & auctoritas CViralis Iudicii non patiebatur, per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi.* Vbi quaeso nominauit Imperator absolute petitionem hereditatis CVirale iudicium? in his verbis profecto nullo modo, alia vero excitari nequeunt. SCAEVOLAM autem mentionem huius iudicii facere oportebat ea propter, quod ibi inofficiosi actio necessario mouenda erat (§. antec.). Et tantisper concedamus, querelam nominari CVirale iudicium, indene, quoniam haec actio apud CViros instituta, concludere fas erit, alius generis disceptationes ab ipsorum tribunalibus penitus fuisse reclusas? Nil sane minus; ex Aduersarii rationibus igitur redundabit tantum, CViros praesertim de causis hereditariis, in quibus petitiones ex capite testamenti inofficiosi locum occuparunt primum, iudicasse. Quod Ipsi lubenter dare volumus, quoniam inofficiosi querela, auctoritate Prudentum inuenta, iudicatis CViralibus postea magis exculta atque polita est; iamque alii, in eo causam latere, cur istud remedium sub nomine CViralis iudicii interdum veniat, dudum recte sunt arbitrati.

Atque hac ratione SICCAMAE possunt illationes infirmari, quem praeterea suo quasi gladio iugulabimus. Nam ecce! dum contra *Iac.* RAEVARDVM disputat, k) ob QVINCTILIANI l) verba: *quibusdam in iudiciis maximeque capitalibus vt apud CViros*, capitalia iudicia ab his iudicibus esse cognita, sustinentem, Ipse monet, sub capitalibus causis intelligendas esse priuatas, circa hominum libertatem & existimationem versantes. Haec argumentatio vel superflua & inefficax est, vel istam sibi vindicare potestatem debet, vt contra RAEVARDVM euincat, liberta-

k) *Lib. I. cap. 7. pag. 56. seq.*
l) *Institut. orator. Lib. V. Cap. 10.*

bertatis & existimationis caussas a CViris esse cognitas, illisque sub verbis: capitalibus iudiciis, a FABIO adscriptas. Quodsi tunc tu affirmasti, QVINCTILIANVM sub hac voce liberales caussas CViralibus suis temporibus tribuisse, qua fronte nunc negabis apud illum de aliis altum esse silentium, nec aliarum nisi hereditariarum litium existere memoriam?

§. VI.

Rationes proferuntur e quibus, Caesarum aetate CViralium caussarum numerum decreuisse, redditur verosimile.

Me vero dicere memini, procul a vero haud abesse adsumere, non omnes a CICERONE ad CViralia negotia relatas caussas, sub Imperatoribus, ad istius iudicum consessus notionem spectasse; periculum igitur faciam aliarum rationum in medium proferendarum, quibus haec coniectura suffulciatur. Et initio probatione non eget assidua, mutata rei Romanae publicae forma, iudiciorum constitutionem expertam esse magnam vicissitudinem, quam & CVirorum auctoritas sensit. Enimuero Principes, non solum adpellationes ab hoc iudicio admiserunt, m) sed sensim etiam paulatimque, imo palam grauiores ad suam cognitionem vocarunt caussas, easque vel decretis suis composuerunt, vel nouorum magistratuum, vice sacra cognoscentium, iudiciis tradiderunt. Hoc, vt exempla habeamus, de caussis agnationum gentilitatumque obseruauit *Ern. Mart.* CHLADENIVS n) V. C. *Ast*, inquiens, *quamquam CVirorum sollicitudo in nutriendo flore gentilitatis occuparetur, atque haec, si vnquam, CVirorum praesertim aetate vigeret, ex eo tamen tempore quo vnius potestate Roma contineri, atque gentium auctoritas inuidiae procellis agitari, coeperat, caussas gentilitias & eas praecipue, quae successiones gentilitias concernebant, in iudicio CVirali exulasse, eiusque, qui imperii habenas tractabat, arbitrio decisas fuisse compertum*

m) Rem probaui in *Animaduers. ad Sicc. Lib. I. cap. 6. n. g.*

n) *De gentilitat. veter. Romanor.* C. X. §. 4. p. 121.

tum habemus. Posteaquam enim fisci iura a iuribus aerarii discernebantur, indigna res videbatur, si CViri de iure successionis legitimae, quo de excludendo fisco subinde agebatur, vlterius iudicarent. Inde iam Augustus Imperator de successione legitima cognoscebat, (VALER. M. Lib. VII. c. 7.) *Inde etiam Tiberius Imp., cum Aemilia Musa intestata decessisset, &, agnatis deficientibus, hereditas in fiscum petita fuisset, ipse causae arbiter erat, & Musae hereditatem Aemilio Lepido, qui gentilis eiusdem esse, videbatur deferebat* (TACIT. Annal. Lib. II. c. 48.) *Imo subsequente aetate Impp. decreta CViralia rescindere non dubitabant, quod a Domitiano primum factum fuisse fertur.* (ALEX. ab ALEXANDRO. Lib. III. c. 16.) *Quis igitur Impp., quorum technis gentium auctoritatem labefactatam fuisse scimus, ea CVirorum decreta, quae gentium dignitati velificabantur, rata habuisse existimauerit? Si qua autem Impp. aetate iurisdictio in gentilitiis causis CViris relicta, profecto tanti momenti non fuit, vt inde quicquam commodi in gentilitatem redundare potuerit.* Haec Vir Doctissimus. Quin imo in ista causarum specie non est quod subsistamus, praestat VALERIVS M. o) exempla, vbi, in causis hereditates concernentibus, adierunt Augustum, apud CViros ius suum qui persequi debuissent; vt tacitus praeteream, memoratam a CHLADENIO, de Aemiliae Musae bonis, litem, magis ad hereditarias legitimas spectantem. p) Profecto vix opus est vt pluribus commonstrem CVirorum auctoritatem decreuisse, saltim tantam non fuisse amplius vt olim. Deinde variarum controuersiarum indoles ita comparata non erat, vt amplum CVirorum exigeret indicium, tum quoniam successu temporum, quid in quauis specie iustum, definitum accuratius erat, neque adeo CVirorum deliberatione vbique erat opus, tum quoniam aliae deficere incipiebant. Verum enim, quod ad prius attinet, non Legibus solum, SCtis, Principum constitutionibus, & Pru-

o) *Lib. VII. cap. 7. ex. 3. 4.*
p) Cf. si lubet MEAM *differt. I. de testamenti destituti viribus §. 10. pag. 22.*

Prudentum auctoritate in iure multa erant constituta inductaque, quae sub Rep. incerta fluctuauerant; sed Praetorum quoque edicta ius ciuile mirifice locupletauerant, suppleuerant, & ius honorarium ferme iuris ciuilis fontem inexhaustum efficiebat. Imo iudicatis CViralibus difficilia quoque capita erant determinata, & post magnas varietates tandem quid obtineat poterat pronunciari. Quae cum ita se habeant, ceu comparata fuisse legum romanarum historia leuiter tinctus, facile dabit; praetorem varia pedaneorum iudicum ope potuisse expedire, nec, vt olim, ad CViros deferre debuisse, inde deduci posse suspicor. Reputes tecum tutelarum, seruitutum, vsucapionum materiam, quarum caussas ad CVirales numeratas a CICERONE vides, multaque noua iurisprudentia planiora facta inuenies. Inuenies tutelarum caussas Imperatorum gratia luculenter emendatas; vtpote SEVERVS Aug. Cuspino Rufino: *Omnem me rationem adhibere subueniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, omnibus liquere volo*, scripsit. q) Igitur iam ante illum ad meliorem & exactiorem curam, & vt diligentius de tutoribus tractaretur, Praetorem tutelarem ab Imp. M. Antonino Philosopho institutum legimus r), qui magistratus omnes curabat in Vrbe tutelas, deque controuersiis circa illas subortas cognoscebat, iudicabat, quam ob rem ICtus PAVLVS s) ipsum nominauit *Iudicem tutelarem*, & Imp. THEODOSIVS t) Praetorem *qui cognitionibus tutelaribus praesidet; aut qui tutoribus impertiendis praesidet:* u) salutatur etiam *Praetor tutelarius*, vt in Marmore ex MAFFEIO laudato ab *Eduardo* CORSINIO x) vbi:

L.

q) *L. 2. §. 2. D. qui pet. tutor.*
r) CAPITOLIN. *in vit. M. Anton. Philos. cap.* X. vid. *Io. Ortw.* WESTENBERG *D. Marcus Diss. XI. §. 6. seq.* Laudatur etiam VOLHARDT d. *de Praetore tutelari*, quam tamen huc vsque nondum inspicere mihi licuit.
s) *Recept. Sentent. Lib. V. Tit. 16. §. 1.*
t) *L. 3. C. Th. de tutor. & curator.*
u) *L. 4. C. Th. Eod.*
x) in *Serie Praefector. Vrb. ad A. V. C. 953. Chr. 200. pag. 107. seq.*

L. FVLVIO. L. FIL. OVF.
GAVIO. NVMISIO. PETRONIO. AEMILIANO.
PRAETORI. TVTELARIO.
CANDID. AVGG. QVAESTORI. CANDID. AVGG.
PONTIFICI. PROMAGISTRO. SALIO. COLLINO.
PRAEF. FERIAR. LATINAR. IIIVIR.
MONETALI. A. A. A. F. F. VI. VIR.
TVRMAE. I. EQVIT. ROMANOR.
ATTIA. CERVIDIA. VESTINA.
MARITO.

Hoc igitur instituto Praetore, tutelarium causarum cognitio CViris erepta est, Vrbano quidem adsistentibus, non autem Tutelari, qui potius cum Assessoribus aliis de tutelis cognouisse videtur. Vsucapionem porro transformatam, ne dicam praescriptionis inuento paene enecatam, nouo iure deprehendimus; istud enim inuentum, iure honorario illatum, Praetorum edictis magis magisque explicatum est: ac praeterquam quod vsucapione saepius applicaretur, haec ipsa non e Legibus decemuiralibus, variis ambiguitatibus olim ansam praebentibus, tantum erat decidenda, sed aderant aliae, & recentiores leges, quae statui magis accommodatae videbantur praesenti, quaeue sanctionibus Decemuirorum subrogabant, easque pleniores & explicatiores faciebant. Enimuero de rerum quae tangi cerniue nequeunt, inque iis seruitutum, vsucapione, disputatum esse e CICERONE compertum habemus, & Prudentum auctoritate, quamquam seruitutum adeptio per vsum quodammodo inducta esset, y) tamen inficias eundum non est, multas de illis contigisse lites, quae, deficiente lege certa, ex aequitate erant dirimendae, vt ea propter TVLLIVS z) scribere poterat: *quod in re pari valet, valeat in hac quae par est*, cui dissidio lex Scribonia

 vsu-

y) *Orat. pro Caecin. cap. XXVI.* Cf. *Ioseph.* NERII *Analect. Lib. I. cap. 24.* in OTTON *Th. I. C. T. II. p. 356.* & *Abr.* WIELING *Praetermiss. ad* HAHNII *Orat. de Vsu Chron. in iure §. 48. in Iurispr. Restit. Tom. II. p. 235. sequ.*

z) *Topic. cap. IV.*

vsucapionem, quae seruitutem constituebat, vetans, aliquo modo finem fecit. Lex Atinia de rebus furtiuis haud vsucapiendis, nisi in potestatem domini rediissent, lex Plotia, eamque repetens Iulia, de rebus vi possessis non vsucapiendis, nonne XII. Tabb. surrogarunt, & quae in iis vel ambigua vel nondum expressa satis sanciuerunt? *a*) Per denique Praetorum Edicta, ICtorum interpretationes & auctoritatem, seruitutum praediorum tam, quam personarum, doctrinam stabilitam inprimis & explicatam, parietum, luminum, stillicidiorum iura enucleata reperimus, partim vt tot dubitationes, quot antea vix obuenire, partim faciliori negotio solui possent. Haec igitur atque innumera alia, cum iam essent certi iuris, et condito Edicto perpetuo magis certiora fierent, quando in litem deducebantur, non ex aequitate & legum analogia definienda erant, sed sententiae a Praetore concipi poterant, & faciliori negotio a iudice arbitroue postulato, *περιστασῃ* factorum perspecta, iudicabantur, vt nunc dici posset fere quod CICERO *b*) ait, ***attamen quae causae sunt eiusmodi, vt de earum iure dubium non esse possit, omnino in iudicium vocari non solent.*** In difficilioribus quaestionibus aditum ad Principem patuisse, consilio ICtorum ea explicantem, quae magistratus componere dubitabant, taceo.

§. VII.

Continuatio.

Sed ipsum quarumdam causarum defectum, deminutae CVirorum auctoritatis aliam rationem constituere dixi. (§. antec.) Atque hoc mihi inuenisse videor in causis agnationem & gentilitatem concernentibus. Familiarum enim gen-

a) Vid. *L. 4. §. 6. §. 29. L. 33. pr. & §. 2. D. de Vsurpation. & Vsucap. §. 2. I. Eod. L. 215. D. de V. S.* Historiam vsucapionis & praescriptionis narrarunt *F. C.* CONRADI in Praefat. *ad Trigam libellor. quibus iura vsucapion. & complura iur. ciu. veterumque auctorum loca explicantur, illustrantur, vindicantur* Lips. 1728. Nec non *A. F.* RIVINVS in diss. *de Vsucapionis statu secundum ordinem chronologicum a XII. Tabb. ad tempora Iustiniani.* Viteb. 1756.

b) *D: Orator. Lib. I. cap. 57.*

gentiumque, imo nominum confusionem sub Caesaribus ortam, quorumdam studio fisci gratia auctam magis, quam repressam esse, notum est, atque laudatus CHLADENIVS c) obseruauit. Cuius mutationis causas licebit inuestigare. Et primo quidem adoptiones, sub Impp. post Augustum magis quam antea vsitatae, gentes confuderant; fiebant praesertim in fraudem L. Papiae Poppaeae, & eundem in finem adoptiones fictae erant inuentae, ne scilicet orbi a muneribus honoribusue repellerentur, postea SCto Memmiano, Nerone imperante, prohibitae. *Percrepuerat*, scribit TACITVS d), *ea tempestate prauissimus mos, cum propinquis comitiis, aut sorte prouinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, praeturasque & prouincias inter patres sortiti, statim emitterent manu, quos adoptauerant.* Factum igitur SCtum Memmianum, quo cautum: *ne simulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne vsurpandis quidem hereditatibus prodesset*, cuius vestigia in quibusdam iuris nostri locis e), deprehendisse sibi visus est *Io. Gotl.* HEINECCIVS f). Adoptione vero in familiam adoptati transibant adoptantis, & sic alii in gentem & inter agnatos veniebant, iure sanguinis ad illos non pertinentes. Transibant non minus in nomen g), indeque variatio & mutatio nominum sub Imperatoribus summa, quae alios adhuc agnoscit fontes, adulationem puta, cum saepius Principum amicorum nomina adoptarent, & ostentationem, si magnorum virorum nomina adsciscerent felicioris ominis gratia, qua de re plura *Isaac.* CASAVBONVS h), *Iac.* CVRTIVS i), *Iac.* PERIZONIVS k), & *Henr.* CANNEGIETER l), scripserunt: Quod eo progressum est vsque, vt nobis

c) *de gentilitat. Roman. Cap. XIII.*
d) *Annal. Lib. XV. Cap. 19.*
e) *L. 51. §. 1. D. de legat. II. L. 76. D. de Cond. & Demonstr.*
f) *Comment. ad L. Iul. & Pap. Pop. Lib. II. c. 7. §. 4.*
g) cf. *Chr. Henr.* TROTZ *de memor. propagat. Cap. IV.*
h) *ad Spartian. Hadrian. cap. 1.*
i) Εἰκαστῶν *Tom. I. Lib. I. cap. 26.*
k) *Animaduers. historic. Cap. III. pag. 132. seq.* Edit Harles.
l) *De mutata romanorum nominum sub Principibus ratione* Traiect. ad Rh. 1758.

bis adhuc DIOCLETIANI & MAXIMIANI rescriptum superſit, m), in quo libertas mutandi nomina cuiuis relicta, modo ne fiat in alicuius praeiudicium. *Mutare*, reſcribunt AA, *nomen vel praenomen ſiue cognomen, ſine aliqua fraude licito iure, ſi liber es, ſecundum ea, quae ſaepe ſtatuta ſunt, minime probiberis, nullo ex hoc praeiudicio futuro.* Deinde homines agnatos gentilesque ſuos nominare vix audebant, niſi malis Imperatoribus diſplicere, ſeque infelices reddere vellent. Vin exempla? Audi TACITVM n): *mortem Poppaeae – noua inſuper inuidia Nero compleuit; probibendo C. Caſſium officio exſequiarum: quod primum indicium mali; neque in longum delatum eſt. Sed Silanus additur nullo crimine niſi quod Caſſius opibus vetuſtis, & grauitate morum, Silanus claritudine generis, & modeſta iuuenta praecellebant. Igitur miſſa ad ſenatum oratione, remouendos a Rep. vtrosque, diſſeruit, obiectauitque Caſſio, quod inter imagines maiorum, etiam C. Caſſii effigiem coluiſſet, ita inſcriptum Duci partium – Tunc conſulto ſenatus, Caſſio & Silano exilia decernuntur – deportatusque in inſulam Sardiniam Caſſius & ſenectus eius exſpectabatur.* o) Sed e diuerticulo redeamus in viam: agnationes & gentilitates his ex cauſis non amplius adeo cognitae

m) *L. vn. C. de mutation. nomin.* (*Lib. IX. tit. 25.*)

n) *Annal. Lib. XVI. cap. 7. & 9.*

o) Add. POMPON. *L. 2. §. f. D. de O. I.* & SVETON. *Neron. c. 37.* Hic interemtum eſſe Caſſium Longinum ſcripſit, IVVENALIS autem ſtrangulatum, quam, inter hos Tacitum & Pomponium, adparentem pugnam, componere ſtuduit. *P. Ph.* WOLFFAHRDT in Progr. *de ſupremis vitae diebus* C. *Caſſiii Longini* in append. Schediaſm. *de mod. acq. notit. ICtor. p. 201. ſ.* ita quidem, vt Tacitum anteponat partim, partim τα *interimere* & *ſtrangulare* de morte ciuili explicet. Haud inique. Caeterum a noſtro C. Caſſio Longino, velim ſecernas L. Caſſium Longinum, de quo, quae narrauit DIO *Lib.* LIX. & ex eo XIPHILIN. *in Epitom. p. m. 143.* ſunt intelligenda: Neque erat quod reprehenderet POMPONIVM LIPSIVS ad *Tac. An. VI, 16.* vt monſtrauit *Gu. van der* MVELEN *Exerc. ad Hiſtor. Pompon. p. 730. ſeq.* & *Chr. Ad.* RVPERT. *Animadv. ad Enchir. Pomp. Lib. III. C. 13. S. 3.* Add. *Aegid.* MENAGII *Amoenit. Iur. Ciu. Cap. 43. p. 416. ſeq.* (*Ed. Hofman.*)

gnitae erant, & religiose seruatae, quibus aliud *σκεμμα πολιτικον* poterit adiici, Imperatores, ne familiarum potentia ipsis obesset, gentibus obfuisse. Atque haec mutatio tandem eo peruenit, vt ex CAIO & VLPIANO retulerit PARIATOR LL. MOSAICAR. & ROMANAR. gentilitium ius in desuetudinem abiisse; scribit enim vno loco: *p) qui sint autem gentiles, primo Commentariorum & vltimum est, & cum illic admonuerimus, gentilitium ius in desuetudinem abiisse, superuacuum est hoc quoque loco de ea re curiosius tractare.* Altero vero *q)*: *Lex XII. Tabb. gentiles ad hereditatem vocat – Nec gentilitia iura in vsu sunt.* Permulta vero e gentilitate pependisse iura, & de illis insignes suboriri potuisse controuersias palam est, quae nunc vel cessabant plane, vel saltim immutato cognoscendi tractabantur ordine. Atque his argumentis potius euinci posset causarum CViralium multitudinem aetate Caesarum restrictam esse: Nihilo tamen secius veriorem puto sententiam, non solum hereditarias causas hac aetate a CViris esse disceptatas, sed & alias & speciatim liberales, defendentem. Restat igitur, hanc opinionem quibusdam rationibus adstruere.

§. VIII.

Praeter hereditarias causas alias quoque Caesarum aetate a CViris cognitas esse monstratur.

Veterum quidem neminem id, quod tueri suscipio, de his temporibus tam diserte tradidisse, quod de suis affirmauit CICERO, non sum nescius; at enim negandum quoque non est, nullum contrarii, nempe CViros de solis hereditariis causis iudicasse, mentionem fecisse. Proinde diserta licet deficiant scriptorum testimonia, tamen, quod saepe fit, argumentis nostram stabilire possumus sententiam. Et en illa quae habeo! Primum cum apud SVETONIVM *r)* legerem, Vespasianum Imp. propter litium multitudinem extra

p) *Tit. XVI* §. 2. in *Ant.* SCHVLTING *Irprud. anteiust. p.* 794.
q) *Tit. XVI.* §. 4. *cit. l. p.* 798.
r) *in Vespasian. cap.* X.

extra ordinem aliquos legisse, qui CViralia iudicia iudicarent, mihi in mentem statim venit, id, de controuersiis litibusque duntaxat hereditariis, accipiendum vix esse. Iudiciorum enim CViralium TRANQVILLVS meminit, h. e. *causarum*, notante ERNESTI s), quod fieri non potuisset, si tantum vnius generis causae, puta hereditariae, tunc temporis in isto iudicio fuissent actae. Me quidem non fugit, frequentes circa hereditates Romae controuersias fuisse, aegre tamen mihi persuaderi patiar, tantam illarum multitudinem exstitisse, vt iis peragendis vix suffectura litigatorum aetas Vespasiano imperante visa sit, propterea, quod intercapedine iurisdictionis atque temporum priorum iniuriis dirimi non potuerant. Hinc SVETONII narrationem de aliis, praeter hereditaria, CViralibus iudiciis simul intelligendam esse, patet, quod & capitis initium vbi generatim litium, antiquarum & nouarum e conditione & tumultu temporum, meminit, suadere videtur. Deinde hic pluribus non memorabo, ipsi SICCAMAE placuisse coniecturam, Caesarum aetate auctum esse Iudicum numerum; si vero reip. temporibus, vbi plures aderant causae, suffecerunt CV. iudices, cur eorum numerus ad CLXXX. ampliatus sit, cum solum de hereditatibus cognouerint, rationem video nullam. Porro, Domitiani aetate, & paulo antea qui floruit QVINCTILIANVS, quando de causis CViralibus in institutionibus oratoriis praecepta dedit, vt ad certum genus istas causas reuocauerit tantum abest, vt eas potius variam habuisse indolem ex ipsius oratione facillime liqueat. Quodsi nullae, nisi hereditariae lites, apud CViros fuissent pertractatae, nonne de illis tantum tirones instituendi fuissent? Mihi quidem id eo magis videtur, tum quia FABIVS praecepta caute solet proferre, tum quia fucum discentibus fecisset, & iustam reprehensionem esset promeritus, si aliter instituisset iuuenes, quam in foro fuisset, aut affirmasset in vniuersum, quod in vna tantum specie valuisset. Quum vero SICCAMA, de aliis rebus apud QVINCTILIANVM quicquam inueniri, negauerit, pau-

s) *Not. ad d. l. Sueton.*

paulum in hoc Auctore subsistamus, & quantopere a recta aberrauerit Ille monstremus. Ita FABIVS t) diserte perhibet, *aliam apud CViros, aliam apud iudicem priuatum, in iisdem quaestionibus rationem esse:* nullo sane modo haec docere potuisset, cum quaestiones CVirales merae fuissent hereditariae; meo potius iure inde concludo, QVINCTILIANI tempore CVirorum notionem circa varias adhuc versatam esse controuersias, ita quidem vt tales etiam, quae interdum a priuato, h. e. pedaneo iudice cognosci solebant, iudicauerint. Neque minus SICCAMAE, & in eius partes transeuntium, vera si esset opinio, CVirales & hereditariae causae fuissent synonima, nec a se inuicem secernendae; ast apud QVINCTILIANVM contrarium mihi reperisse videor. Causarum scilicet simplicium & coniunctarum discrimen exponens, sic infert: *nec aliae species erunt, etiam si vnus a duobus duntaxat eandem rem, atque ex eadem causa petit, aut duo ab vno, aut plures a pluribus, quod accidere in hereditariis litibus interim scimus.* u) Hereditarias lites nominetenus hic excitatas vides, at si tantum illas CViri tractassent, certe CViralium litium mentionem tantum fecisset. In vniuersum tandem monuit IDEM: *CViros in suis iudiciis exigere sollicitas & accuratas actiones,* x) vnde vero haec, nisi diuersae & difficiles quaestiones in saepe laudato tribunali obuenissent? iudicia circa hereditates haud nominat, sed de illis, pariter ac aliis, suum voluit capiant tirones praeceptum.

Verum instas, hunc Oratorem plerumque de controuerersiis hereditariis exempla, petiisse, si de CViris verba fecit, v. c. in loco a SICCAMA excitato y), in quo sic: *Id accidit aliquando vtrique parti, cum vel nulla expositio est, de re constat, de iure quaeritur, vt apud CViros, filius, an frater, debeat intestato heres esse.* Sed ab exemplis petenda non est litis nostrae decisio: nam primum illa, vtut instituenti in mentem veniunt, suppeditari solent, dummodo tra-

t) *Institut. Orat. Lib. V. c. 10. p.* 432. Ed. Burm.
u) *cit. loc. Lib. III. cap. 6.*
x) *cit. loc. Lib. IV. c. 1.*
y) *c. l. Lib. IV. c. 2.*

tradita illustrant, neque igitur, si placuit FABIO ab hereditariis causis illustrationes sumere, reliquas exclusit. Deinde vero speciatim in adducto loco SICCAMA verba omisit haec: *pubertas, annis, an habitu corporis, aestimetur*, quae tamen, eadem, ratione quam praecedentia, instar exempli, posita, & cum prioribus vno halitu legenda sunt. Inciuile esset toto loco non perspecto iudicare, eo vero perspecto aliarum litium exempla non solum non desiderari, sed adesse, constabit.

§. IX.

Argumentum continuatur: &, tempore Quinctiliani de tutelis adhuc cognouisse CViros, conicitur.

Haec enim quae excitaui verba, prout recte vidit *Ant.* SCHVLTING z), ita sunt accipienda, vt de ea re disceptauerint Iudices. Siquidem olim magna fuit inter ICtos dubitatio, annis, an habitu corporis, sit aestimanda pubertas, & notauit VLPIANVS: a) *Puberem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id est qui generare potest; Proculeiani autem eum, qui quatuordecim annos expleuit. Verum Priscus eum puberem esse in quem vtrumque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum:* cui testimonium IVSTINIANI b) possumus adiicere. QVINCTILIANI vero tempore nondum certam sententiam obtinuisse, ex hoc loco colligendum est, quamquam postea PRISCI sententia obtinuerit inter ICtos, sicuti tandem Imperatori IVSTINIANO c) Proculeianorum

z) *Commentar. ad* CAII *Institut. Lib. I. Tit. IV. §. 1. in Irpr. Anteiust. p. 33.*

a) *Fragment. Tit. XI. §. 28.* Nihilo minus probare voluit *Emund.* MERILLIVS *Observ. Lib. V. cap. 16.* indefinitum pubertatis tempus ante IVSTINIANI Constitutionem fuisse: Sed exempla e LL. ab *Eo* in medium prolata, probant tantum, licuisse parentibus filiis suis, in plures quam XIV annos tutores constituere, aut in testamentis pupillariter substituere.

b) *pr. I. Quib. mod. tutel. finit.*

c) *L. 3. C. quand. tutor. vel. cur. esse desin.* Quam legem *verecundiae & pudoris magistram* nominauit *Fr.* BALDVIN. *in Iustinian.*

norum opinio placuit potius. PRISCVS ille ab VLPIANO laudatus, forsan est PRISCVS IAVOLENVS, qui PLINII *iunioris*, adeoque TRAIANI, floruit aetate. Praeceptorem quidem COELIVM SABINVM d) coluit, sed variant docti Viri, Illumque alii Proculeianum fuisse, alii Sabinianum existimant. Ipse *G.* MASCOVIVS e) Sabinianorum scholae adnumerauit IAVOLENVM, fatetur tamen duobus locis, f) se decidere nolle, an NERATIVM PRISCVM, an PRISCVM IAVOLENVM intellexerit VLPIANVS. Sed ego, vt dixi, IAVOLENVM intelligere mallem: nam in Digestis sub PRISCI nomine venire, eoque a NERATIO discerni solet, sic v. c. VLPIANVS g). *Et Priscus & Neratius putant solam habitationem relictam, quod est verum*: & aliis locis; deinde IAVOLENVS noster SABINI familiae se non adeo mancipauerat, vt a traditis Praeceptoris haud recederet, interdum potius, alterius sectae Principum vestigia premens, LABEONIS & PROCVLI probasse opiniones, ex infra citatis locis h) adpare-

nian. Lib. I. pag. 74. (Ed. Gundl.) Rationes, cur Imp. probauerit Proculeianorum sententiam, inuestigare voluit *Em.* MERILLIVS *Obseruat. Lib. VIII. C.* 29. fluctuauit tamen, & bifariam dedit, vel scilicet quod Hippocrates, cui magnam fidem ICti habeant, ita senserit, vel quod Solon in suis LL. ita scripserit. Neutra placet: Ego censeo IVSTINIANVM non inepte existimasse, melius esse certam numerum annorum figere, quam incertum corporis habitum sequi, quandoquidem per inspectionem saepe fraudes obuenire poterant: nam ecce opportune mihi in mentem venit, quod e PAVLI *Lib. I. Quaest.* legimus in *L.* 32. *D. de Minor. Minor viginti quinque annis, adito Praeside, ex aspectu corporis falso probauit perfectam aetatem: curatores cum intellexissent esse minorem, perseuerauerunt in administratione.*

d) *L.* 2. §. 47. *D. de O. I.*
e) *de Sectis Sabinian. & Proculeian. Cap. II.* §. 4. *n.* 1.
f) *cit. loc. Cap. VIII.* §. 2. *p.* 126. & *Cap. IX.* §. 2. *n.* 1. *p.* 153.
g) *L.* 10. §. 2. *D. de Vs. & habita*.
h) *L.* 57. *D. loc. conduct. L.* 32. *pr. D. de Pact. dotal. L.* 64. *D. de Donat. int. V. & V. L.* 11. *D. de her. instituend. L.* 64. *D. de acq. vel omit. hered.*

parebit, & obferuauit quoque *G. A.* IENICHEN. *i*) Proinde vero fimile in hac etiam diffenfione PRISCVM IAVOLENVM, hercifcentis inftar, ambabus fententiis conflatis, fibi vnam formaffe, quod poftea ICti mifcelliones, obferuante BRVNQVELLO *k*), fecerunt faepiffime. Reuertamur autem ad locum noftrum: Quamquam has de pubertate quaeftiones & difputationes in hereditariis litibus obuenire potuiffe largiar, inprimis cum de alicuius teftamentum condendi facultate, quaeftio suboriretur; *l*) tamen, in aliis quoque, & fpeciatim in tutelaribus negotiis, de pubertate quaefitum effe, fore vt mihi concedatur fpero. Nam ecce Imperator IVSTINIANVS, pariter ac VLPIANVS *m*), hanc diffenfionem occafione tutelarum memorarunt: Iam fi QVINCTILIANI tempore dubitatum & apud CViros quaefitum, annis, an habitu corporis, pubertas fit aeftimanda, firmum inde duci poteft argumentum, hac aetate CViros adhuc de caufis tutelaribus, quas etiam CICERO ipforum notioni fubiecit, iudicaffe, atque hanc controuerfiarum fpeciem, M. Antonini Philofophi inftituto, fupra memorato (§. 5.), iudices demum amififfe. Nam ex CLAVDII inftituto, tefte SVETONIO, *n*) Confules extra ordinem in Vrbe tutores conftituebant quidem, at eos tutelares caufas tractaffe, probari nequit. Quae cum ita fint, FABII locus exempli gratia confirmandae fententiae a SICCAMA excitatus, eam potius infirmat, quippe ex verbis monftraui, praeter hereditarias alias adhuc, & in fpecie tutelares caufas, QVINCTILIANI aetate, adeoque Caefarum tempore, in Bafilica Iulia effe cognitas.

§. X.

i) *De Prifco Iauoleno ICto incomparabil.* (Lipf. 1733.) §. *VII. not. h.*

k) Prol. *de ICtiis hercifcundis f. Mifcellionibus quorum fragm. in Digeft. superfunt.* (Ien. 1728.) §. *18. feq.*

l) Vid. CAII *Inftit. Lib. II. Tit.* 2. §. 2. PAVL. *Rec. Sent. Lib. III. T.* 4. §. 1. *L.* 5. *D. qui teftam. fac. poff. L.* 4. *C. eod.*

m) *LL. cit.*

n) *in vit. Claud. Cap. XXIII.*

§. X.

Continuatio.

QVINCTILIANO misso, progredior ad CAECILIVM PLINIVM SECVNDVM, cuius, vt Ipse fatetur, o) arena erat CVirale iudicium. Ex hoc autem Scriptore, non nisi iudicium Acciae Variolae, quo suam firmaret opinionem, excitauit SICCAMA, sibi rursus persuadens, tempore PLINII tantum hereditarias lites ventilatas esse apud CViros, quoniam vnius alteriusue huius indolis iudicii, omissis reliquis, mentionem fecerit. Verumtamen hoc argumentum satis est inualidum: solebat enim PLINIVS de grauioribus tantum & excellentibus causis amicos per epistolas certiores facere, cuius generis cum iudicium esset Acciae, illud etiam plenius descripsit, siquidem, iudice SIDONIO APOLLINARI p), sua pro hac exclusa foemina oratione habita maiorem gloriam consecutus, quam suo Panegyrico Traiano dicto. Causarum Iulii Pastoris q), & Arionillae r), constitutiones cognitas si haberemus, vt praeteream alias, quarum ne nomina quidem scimus, exempla forsan adessent iudiciorum de aliis rebus quam hereditariis apud CViros agitatis. Interim argumentationibus haud destitutus sum: ecquis enim putabit, cum apud ILLVM legit: *distringor causis CViralibus, quae me exercent magis, quam delectant,* s) omnes has causas de hereditatibus fuisse, inque his tam saepe vnius PLINII patrocinio vsos esse Romanos, & eum de iisdem in quadruplici iudicio ad nauseam vsque egisse? Certe mihi hoc improbabile satis est. Et adolescentes a CAECILIO nostro reprehensi, t) num omnes de hereditatibus egerunt? num omnes patrocinii rudimenta in hoc causarum genere posuerunt? Praetereo sciens alias rationes, & obiter tantum anim-

o) *Lib. VI. Ep. 12.*
p) *Lib. VIII. Ep. 10.* locum vide in AYRER *D. de iud. septemuiral. p. 189.*
q) *Lib. I. Ep. 18.*
r) *Lib. I. Ep. 5.*
s) *Lib. II. Ep. 14.*
t) *citat. Ep.*

animaduerto, pragmaticum illum, quem A. GELLIVS u) loquentem induxit, legum actiones CViralium causarum in genere memorasse, atque D. HYRONIMVM x) a I. RAEVARDO y) & B. BRISSONIO z) laudatum, dixisse *liberatus est mundus a periculo & hereditariae vel Centumuirales causae de Barathro erutae, quod hic forum negligens ad ecclesiam transtulit.* Hic denique velim addas, apud CVirorum diuersa consilia saepe diuersas esse tractatas controuersias, quod aduersarium non praeteriit, a) nonne vero innumerabiles infinitaeque fuissent Romae de hereditatibus lites, si vbiuis hi iudices de illis cognouissent? His ita comparatis, QVINCTILIANVM & PLINIVM, e quorum scriptis multa de CViris discimus, assertioni SICCAMAE non fauere, sed meae qualicunque prodesse coniectioni, monstrasse confido.

Neque vero in his subsistendum est, sed ad ICtos quorum fragmenta nobis supersunt prouocare possum. Et reperio IVLIVM PAVLVM CViralium litium tam generaliter meminisse, vt verbis vim inferremus, cum illa de hereditariis tantum intelligere vellemus. Scripsit autem vno loco b) sequentia: *Petitor vel possessor damnauit heredem suum,* ne CViralc iudicium exerceat: *de effectu legati quaeritur? Et dictum ita demum vtile videri legatum esse, si malam causam aduersarius testatoris habuit, aut litigante herede vinci debuerit: tunc enim non tantum litis emolumentum, sed etiam sumtus heres legatario praestare debetur. Nam in bona causa nihil videtur esse in legato, nec propter sumtus, quod quidam existimauerunt.* In specie ICto proposita, litem cum aliquo apud CViros habuerat testator, damnauitque suum heredem, ne hoc iudicium exerceat, siue ne prosequatur coeptum negotium: generatim loquitur PAVLVS, ideoque ad hereditariam controuersiam

verba

u) *Noct. Attic. Lib. XVI. cap. 10.*
x) *Lib. II. Epist. ad Domnion.*
y) *Protribunal. cap. 19.*
z) *De Verb. Signif. v. Centumuiri.*
a) *Lib. I. c. 8. pag. 71.*
b) *L. 30. D. de liberat. legat. e Lib. X. Quaestion.*

verba reuocare, dubito. At *Iac.* CVIACIVS c) notauit ad hunc locum: *Qui egerat CVirali iudicio, id est petitione hereditatis, vel possessor cum quo actum erat eodem iudicio, damnauit heredem suum ne illud exerceat, sed ab eo desisteret. — Quaeritur an valeat legatum ne heres actoris, vel ne heres rei, testamentum faceret actore vel reo instituto, ne CVirale iudicium exerceat de hereditate.* Vir summus igitur CVirale iudicium explicauit, hereditatis petitione: neque vero nexus orationis id exigit, sed contrarium potius, quandoquidem & in sequentibus indefinite ICtus dixit *si malam causam aduersarius testatoris habuit* &c. & quoniam ex aliis rationibus iam constat, apud CViros alias etiam causas actas esse, Cuiacianae interpretationi, in quam caeteroquin inquirere nec opus est, calculum adiicere abs me impetrare non potui, de aliis potius controuersiis, s. vniuersim, PAVLVM intelligens cum *Io.* VOETIO, d) Alter locus est huius tenoris: *Iudex tutelaris, itemque CViri, si aliter de rebus hereditariis, vel de fide generis instrui non possunt, poterunt de seruis hereditariis habere quaestionem*, & eundem PAVLVM e) auctorem agnoscit. Cognoscimus singularem licentiam CViralis iudicii, potestatem scilicet de seruis quaestionem habendi, sed vbi? in sola hereditatis petitione? Equidem scio *Ant.* SCHVLTINGIVM f) ita sensisse, sed ego nullam video rationem, nam ob verba: *de rebus hereditariis*, id statuendum non est, cum ad Iudicem s. Praetorem tutelarem etiam referenda sint, cui pupillorum bona cognita esse debent; deinde generatim; *vel de fide generis*, appositum est, quod aeque ad CViros quam ad tutelarium Praetorem pertinet. Sed haec sufficiant pro confirmanda nostra sententia, temporibus Caesarum CViros de meris hereditariis causis non cognouisse: Restat probatio apud CViros liberales causas agitatas esse.

R 2 §. XI.

c) *Recitation. ad Lib. X. Quaestion. Iulii Pauli ad h. l.*
d) *Commentar. in Dig. tit. de liber. leg.* §. 2.
e) *Recept. Sentent. Lib. V. tit. 16.* §. 1.
f) *In not. ad d. l. Pauli.*

§. XI.

In CVirali iudicio liberales causas Caesarum aetate cognitas esse probatur.

Apud CViros de libertate quaestiones propositas, siue iudicia liberalia tractata esse, non ego solus sustinere audeo, sed idem affirmarunt & alii, e quibus tantum *Gu.* FORNERIVM, g) *Gerb.* NOODT, h) & *Herm.* NOORDKERK i) nominabo. In quorum vero auctoritate, quanta quanta sit, cum acquiescere nequeam, age videamus an argumentis firmare possimus thesin propositam. Et in genere neminem fugit liberales causas, ob summum libertatis fauorem, a Romanis semper peculiari iudicatas esse diligentia, & in de illis iudiciis multa obuenisse in aliis haud obseruata. Hinc iudicio vnius tam graue negotium relinquere noluerunt, sed ad supremum sub Rep. iudicium istas reuocarunt causas, quas & CICERO diserte nominauit, cum recensum daret CViralium negotiorum. Istum vero libertatis fauorem sub Impp. auctum magis esse quam deminutum, e libris nostris abunde constat, siquidem & PAPINIANVS respondit: *libertatis quaestionem tutelam publicam meruisse* k), quorsum spectauit etiam CALLISTRATVS, si, *conuentio priuata*, scripsit, *neque seruum quemquam neque libertum alicuius facere potest* l) Certe libertas inaestimabilis res reiterata vice m) dicitur, & a TERENTIO n) summum pretium, quando, Simonem inducens, ait:

— Feci e seruo vt esses libertus mibi,
Propterea quod seruiebas liberaliter,
Quod babui summum pretium persolui tibi.

vt alia innumera tacitus praeteream loca. In cuius rei causas non est huius loci inuestigare, id igitur monuisse sufficiat, vt

g) *Selection. Lib. II. cap.* 23.
h) *de Jurisdict. Lib. I. Cap.* 9. & 12.
i) *De Lege Petronia Cap. II.* §. 18. *pag.* 65.
k) L. 2. §. 1. D. *Ne de statu defunct.*
l) L. 37. D. *de liberal. causa.*
m) L. 106. & 176. D. de R. I. Cf. *Petr.* FABRI *Commentar. ad T. de R. I. p.* 470. *seq.*
n) *Andr. Act.* 1. *Sc.* 1. *v.* 10. *seq.*

quemadmodum aetate Caeſarum ſeruorum conditionem leniorem factam, ita quoque libertatis aeſtimationem magis magisue auctam eſſe ſciamus. Iam ſi, quod nemo in dubium vocauit, ſub republica liberales cauſae ad CVirorum iudicium ſpectarunt, neque tantae rei diſceptatio priuatis iudicibus relicta fuit; quanto magis ſub Impp. id ob elatum earum fauorem ſtatuendum eſt. Et ſunt, qui PAVLVM in verbis: *fauor libertatis eſt, vt maiores iudices habeat* o), non alios niſi CViros in mente habuiſſe, putent, p) quam in partes meas vocare poſſem interpretationem, niſi melius eſſet, ſub PAVLI iudicibus, ipſos intelligere magiſtratus, vt alio loco dixi q); nam eodem fere modo poſtea IVSTINIANVS r) ſanciuit: vt lites, vtrum ingenuus an libertinus aliquis ſit, in alma Vrbe Conſtantinopolitana apud *competentes maximos iudices examinentur.* Retinuit autem in Vrbe Praetor de libertate iudicium, quod iam ex eo colligi poſſet quoniam in Edicto etiam titulus de liberali cauſa fuit, ad quem, inſcriptionibus quarumdam legum docentibus, CAIVS ICtus commentatus eſt s). Quis autem arbitrabitur quod olim cum CVirorum conſilio definire debuit, ſub Impp. Praetorem potuiſſe pedaneis expedire iudicibus, ſub Imperatoribus inquam, vbi libertatis fauor tam mirifice auctus eſt? Nihil igitur obeſt quominus & hac aetate CViros de libertate cognouiſſe ſtatuamus. Alteram rationem e SVETONIO colligo, is in vita Veſpaſiani t) narrauit ſequentia: *Inter haec Flauiam Domitillam duxit vxorem* (nempe Veſpaſianus) *Statilii Capellae, equitis Romani Sabratenſis, ex Africa, delicatam olim, latinaeque conditionis ſed mox ingenuam, & ciuem romanam, recuperatorio iudicio pronunciatam:* haec cauſa notante ERNESTI in

 pro-

o) *L. 32. §. 7. D. de Arbitr. qui arbitr. recep.*
p) quorſum pertinent *Gu.* FORNER. *loc. cit.* & *Herm.* NOORDKERK *l. c. p. 66.*
q) *Animadv. ad Siccam. Lib. 1. c. 10. not. h.*
r) *L. 6. C. Vbi cauſ. ſtatus agi deb.*
s) vide indicem fragmentor. in *A.* WIELING *Iurispr. Reſtit. pag. 8. Tom. I.* add. BACH *hiſtor. I. Lib. III. C. 2. S. 5. §. 14. p. 476.*
t) *Cap. 3.*

prouincia acta est, & recuperatorium nominatur iudicium quoniam recuperatorum sententia hoc liberale negotium definitum; recuperatores autem in prouinciis eadem iudicarunt, CICERONE teste u), quae Romae cognoscebant CViri, cum igitur h. l. de libertate cognouisse, dicantur, quod sub Impp. contigit, easdem controuersias apud CViros etiam Romae peractas esse concludere possumus. Solet etiam huc illud IVVENALIS x) trahi:

Considere duces, surgis tu pallidus Aiax
Dicturus dubia pro libertate bubulco
Iudice.

Sed vt causae nostrae propius accedamus, firmiores producamus rationes; & fallor aut opportune huc referri potest, imo debet, L. Iuniae Petroniae dispositio, qua, teste HERMOGENIANO y), cautum erat: yt in causis liberalibus, *si dissonantes pares iudicum sententiae existant, pro libertate pronuncietur.* Doctissime hanc rogationem exposuit, quem modo laudaui, *Herm.* NOORDKERK, cui tamen accedere nequeo, quando eam *Iuliam* Patronorum nominare voluit, & BACHIVM z) sequens, saluo nomine, quo salutari solet, ad Caesarum tempora reuoco. In ista lege Petronia Iudicum mentio fit, quos de libertate iudicium oportet ferre, atque vero maxime simile, CViros subintelligendos, & eorum gratia hanc legem conditam esse, quod & laudatus NOORDKERK a) putauit. Nimirum quoniam paribus sententiis certi nihil statuatur, hac rogatione, quid in tali casu obseruandum sit, definitum reperimus, quam rationem ICti postea secuti sunt etiam, dum de libertate vel manumissione praecepta dederunt, pronunciantes in dubia re iudices ad liberandum semper proniores esse debere. b) Ne putes, nos perperam substituisse CViros,

u) *Diuinat. in Caecil. cap. 17.*
x) *Satyr. VII. p. 115. seq.*
y) *L. 24. D. de Manumiss.*
z) *histor. iur. rom. Lib. III. C. 2. S. 1. §. 15. not.*
a) *De lege Petronia Cap. II. §. 14. p. 60.*
b) *L. 20. D. de R. I. L. 179. D. eod.* PAVLVS *Rec. Sent. Lib. IV. Tit. 12. § 5.*

ros, ideo quoniam in Digestorum hoc fragmento illorum nomen non expresse seruatum, sed generatim modo facta sit iudicum mentio; nam multa prostant exempla, vbi simili loquendi forma Imperatores & ICti sunt vsi, & CViri intelligi debent: adponam aliqua, sic ait MARCELLVS c) *res illo colore defenditur apud iudicem;* VLPIANVS d) *si ex causa de inofficioso cognouerit iudex*, & paulo antea, *quisque ad sententiam iudicum in lite improba perseuerauit* e), vbi CViros esse intelligendos, & per se manifestum, & quoad postremum locum docuit *Gerb.* NOODT f). Ita porro VLPIANVS g) dixit: *is qui de inofficioso cogniturus est*, & vt alia omittam exempla, duntaxat addo IVLIVM PAVLVM h) sub *Iudice qui de libertate cognoscit*, & sub his *qui de ingenuitate cognoscunt*, eosdem comprehendisse iudices. Quid igitur obest quo minus in loco HERMOGENIANI, vbi Petroniae legis sententiam retulit, CViros etiam intelligamus? Animaduertit, post CVIACIVM & *Iac.* GOTHOFREDVM, laudatus NOORDKERK, i) Tribonianum iudicum nomina, quoniam suo tempore non aderant amplius, suppressisse: Equidem non refragor; sed hoc remedio non opus esse videtur, siquidem emblema tale in vltimo loco Paulino ne statuere quidem possemus, atque epitomatori librorum IVLII hoc facinus tribui deberemus. Igitur magis existimo, in ipsis ICtorum libris, iudicum iudiciorumue nomina tam accurate non fuisse expressa, Prudentesque generale elogium adhibuisse: enimuero non in Vrbis solum, vbi tantum erat CVirale iudicium, sed in Prouinciarum quoque vtilitatem conscripserunt volumina, tutiusque erat adeo, vel in vniuersum iudicum mentionem iniicere, vel rem describere, omissa speciei cuiusdam indice, ne quis praecepta ad vrbana

c) *L. 4. D. de inoff. testam.*
d) *L. 8. §. 16. D. Eod.*
e) *L. 8. §. 14. D. eod.*
f) *Commentar. ad tit. D. de inoff. test.*
g) *L. 3. §. 5. de B. P. c. tab.*
h) *L. 41. §. 1. D. de liberal. causa & Recept. sentent. Lib. IV. Tit. 12. in fin.*
i) *cit. loc.*

tantum tribunalia referat. Si vero lege Iunia Petronia CViris normam in liberalibus caussis seruandam, praefinitam reperimus, sub Imperatoribus in hoc iudicio huius indolis controuersias tractatas esse coniiciendum est; nam finge contrarium, & erit superflua legis dispositio. Sed eundem in finem me ad alia loca ICtorum referre possum. Ita enim IVLIANVS in libro V. ex Minicio scripserat: *Duobus petentibus hominem in seruitutem pro parte dimidia separatim, si vno iudicio liber, altero seruus iudicatus est, commodissimum est, eo vsque cogere iudices donec consentiant.* k) Haec quidem verba, de iudicibus selectis, aut e Consilio Praetoris datis intelligit *Ianus* a COSTA l) si inquit: *cogi, nempe a Praetore, vel a Magistratu iudices ex consilio datos, quod in vrbe constabat senatoribus quinque, & Equitibus totidem: in prouinciis viginti ciuibus romanis. — — Et ex his deprehendere licet, praeiudicialibus actionibus, sicut & caeteris, addictos fuisse non vt opinor, quoslibet; sed selectos, & consilii publici causa in vrbe, vel prouinciis edecumatos.* At enim vereor vt hoc sustineri queat; nam decem illi Consiliarii e L. Aelia Sentia simul cum Praetore cognoscebant, neque ergo eos tanquam pedaneos dare poterat; deinde vero hi consiliarii duntaxat causas manumissionis iudicabant, cum XX. annis minor dominus e manu seruum mittere intenderet, neutiquam vero cognoscebant causas liberales, siue si controuersum, liber quisquam sit, an seruus &c., quod tamen quoniam in nostra lege obuenit, adparet, cur sub cogendis iudicibus, cum *Iano a* COSTA, non sint intelligendi V. Senatores & V. Equites consilium in manumissione e L. Aelia Sentia constituentes. IVLIANI potius orationem de CViris sumere placet, aperte enim diuersorum tribunalium facta mentio, quorum pro libertate vnum, alterum pro seruitute sententias tulerat: hoc de alio quam CVirali iudicio explicari nequit, in quo non raro in diuersas abiere diuersa consilia sententias: m) nam sub iudicio consilium CVirorum

k) *L. 30. de liberal. caus.*
l) *Comment. ad §. 13. I. de Action. p. 536. Edit. Io. van de* WATER
m) *L. 15. §. 2. L. 24. D. de inoff. testam.*

rorum intelligendum esse, nemo non videt. Atque mecum rursus facit *Herm.* NOORDKERK, n) quando, *res agitur*, ait, *apud duo CViroruṁ subsellia, seu integrum tribunal, in duo consilia diuisum, altero liber altero seruus iudicatur.* Denique huc trahere possum fragmentum PAVLI e Libro XVII. ad Edictum, o) in quo *D.* PII retulit constitutionem, Legem Petroniam quodammodo repetentem, quod tamen cum alio loco p) iam explicare occupauerim hic iterum recoquere nolo.

§. XII.

Remouentur dubia quaedam.

Habes igitur quas pro sustinenda mea opinione inueni rationes, & cur mihi, sub Imperatoribus non solum causas hereditarias in CVirali iudicio disceptatas esse, persuasi, sed alias etiam & in specie liberales. Quo minus autem finem faciam impedit *Iac.* GOTHOFREDVS q), qui Praetorem liberalem, liberalium causarum iudicandarum ergo Romae creatum esse, arbitratur, qua in re *Herm.* NOORDKERK r) sectatorem nactus est. Quae si vera esset opinio, rueret coniectura nostra, propterea, quod ille Praetor vel solus, vel aliis iudicibus quam CViris adhibitis de negotiis praeiudicialibus iudicaturus fuisset. At enim, vnde haec habeat GOTHOFREDVS me ignorare, meque frustra huius magistratus mentionem quaesiuisse, fateor; silent de ipso, quae legi, Veterum monumenta, silent leges, libri ICtorum, constitutiones Imperatorum silent. Hanc igitur potestatem sibi Vir magnus effinxisse videtur, variis Praeturae speciebus, interque eas, quibus negotia, olim Vrbanae competentia, erant data, deprehensis. Equidem scio Imp. CONSTANTIVM s) scripsisse: *Praetori defertur haec iurisdictio sancientibus nobis, vt liberale negotium ipse disceptator*

n) *loc. allegat. pag.* 72.
o) *L.* 38. *D. de Re Iudicat.*
p) *Animadv. ad Siccam. Lib. II. cap.* 7. *not. a, pag.* 158.
q) *Commentar. ad L.* 3. *C. Th. de tutor. & Curat. Tom. I. p.* 361.
r) *l. l. p.* 65.
s) *L.* 16. *C. Th. de Praetorib.*

ptator examinet; quae tamen accipere noli, quasi singularis Praetor adfuisset, sed Praetor Vrbanus, cuius iurisdictionis limites definiuntur, hoc elogio designatur, quo facilius a reliquis & a Praefecto Vrbi, posset secerni. Ita quoque Imp. ALEXANDER t) Praetorem Vrbanum descripsit his verbis – *perduci eum ad Praetorem, cuius de liberali causa iurisdictio est, vt ibi lis ordinetur.* Et si talis adfuisset Praetor, certe tantum Constantinopoli fuisset, vbi tamen nulli fuerunt CViri: sed Romae quin sit constitutus Liberalis Praetor valde dubito, imo talem vnquam exstitisse, vrbanoque Praetori de libertatibus ademta esse iudicia, negare audeo: ideoque manet coniectura nostra salua, hunc adhibuisse CVirorum consilium ad causas praeiudiciales decidendas. Sed aliqua specie mihi posset adhuc DIOCLETIANI & MAXIMIANI AA. constitutio u) opponi, qua liberales causae extraordinarii iuris effectae videntur esse. Ego vero non repetam quae *Gerh.* NOODTIVS x) & *Ioan.* HOPP y), multis aliis praeteritis, ad explicandam hanc legem protulerunt, mihi hic notasse sufficit, istam constitutionem ad Praesides prouinciarum, non ad Vrbem pertinere, & generatim disponere, quasdam controuersias in futurum cognoscendas esse a Praesidibus, quas antea aduocatis iudicibus composuerant. Atque de causis CViralibus tantum.

§. XIII.

Iudiciorum CViralium aliquot explicatio.

Restat fidem datam liberare & iudicia CViralia enarrare, quorum mentionem factam ab Antiquis inueni. Vbi quidem priori loco ea referam quorum constitutio probabiliter, aut certo potest definire, & deinde reliqua addam.

I.

t) *L. 1. C. Si mancip. ita venier.*
u) *L. 2. C. de pedan. iudicib.*
x) *de Iurisdict. Lib. 1. cap. 7.*
y) *D. de Iudicib. a Praet. & Prov. Rect. dar. solit. Cap. 3. in* OELR. *N. Th. diss. Belg. Vol. 1. T. 2. p. 558.*

I. Iudicium. (VIII.)

CICERO *de Oratore. Lib. I. c. 39.*

Quid? qua de re inter Marcellos & Claudios patricios CViri iudicarunt? cum Marcelli ab liberti filio stirpe Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem, gente ad se rediisse dicerent; nonne in ea causa fuit Oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum?

Causae Constitutionem

verbis *E. M.* CHLADENII a) referam, *Luculentum*, inquientis, *causae gentiliciae coram CViris agitatae exemplum deprehendo in gente Claudia. Ea nimirum duabus constabat familiis, quarum altera patricia, altera plebeia, erat. Cum ergo in familia plebeia, quae Marcellorum erat, liberti filius sine herede decederet, huic familiae controuersiam mouebat familia patricia, seque hereditatem libertinam, quae Marcellis agnationis iure deferenda erat, gentilitate meruisse contendebat. Quam ob litem vtramque familiam, in CVirale iudicium, vt de hereditate certarent, descendisse, eaque in causa oratoribus, de toto stirpis & gentilitatis iure, dicendum fuisse, Tullius auctor est.* Hactenus ille Vir doctissimus, qui & peculiare Progr. *de gente Claudia eiusque meritis in iurisprudentiam* scripsit b). Caeterum nemo non videt, quaestionem hic in eo fuisse positam: num iure gentilitatis ad libertini hereditatem intestatam aliquis accedere posset, an vero duntaxat agnatione. Lex Decemuiralis patronum patroniue liberos ad successionem, suo herede libertini deficiente, vocauerat, forsan autem hi defecerunt, Marcellique reliqui agnati hoc iure frui cupiebant, qui, nisi me omnia fallunt, proximum ius habebant, quandoquidem agnatis non superstitibus, ad hereditatem gentiles demum inuitauerant Decemuiri.

II.

a) *de gentilit. Rom.* C. X. §. 4.
b) *Viteberg.* 1770. ad FRANKII diss. *de Iurisprudentia Imp. Claudii.*

II. Iudicium (IX.)

VALERIVS MAXIMVS. *Lib. IX. Cap. 15. ex. 5.*

Quid Trebellius Casca! quam asseueranter se Clodium tulit! & quidem tum de bonis eius contendit, in CVirale iudicium adeo fauorabilis descendit, vt vix iustis & aequis sententiis, consternatio populi vllum relinqueret locum. In illa tamen quaestione, neque calumniae petitoris, neque violentiae plebis, iudicantium religio cessit.

Causae constitutio

perspectu non difficilis. Trebellius Casca se Clodii filium mentitus est, & ex hoc fundamento, bona ipsius apud CViros repetere voluit; quamquam autem fauorem plebis haberet, falsam causam iudices intelligentes remouerunt eum. De isto calumniatore nil mihi, quod ad eum indubitanter referrem obuenit; forsan est Antonianus ille quem CICERO c) fraudatorem creditorum appellauit, nam cum huius farinae sociis Antoninus consuetudinem habuit, & abs tali potuit exspectari, vt se sordidissimi Clodii filium contenderet. Res ipsa principalis hereditaria fuit, sed gentilitia praeiudicialis.

III. Iudicium (X.)

PHAEDRVS. *Lib. III. Fab. 10. vers. 8. seqq.*

Maritus quidam cum diligeret coniugem,
Togamque puram iam pararet filio,
Seductus in secretum a liberto suo,
Sperante, heredem suffici se proximum;
Qui, quum de puero multa mentitus foret,
Et plura de flagitiis castae mulieris,
Adiecit id, quod sentiebat maxime
Doliturum amanti, ventitare adulterum
Stuproque turpi pollui famam domus.
Incensus ille falso vxoris crimine,
Simulauit iter ad villam, clamque in oppido

Sub-

c) *Philippic. XIII. c. 12. add. Philipp. VI. c. 4.*

Subsedit: deinde noctu subito ianuam
Intrauit, recta cubiculum vxoris petens,
In quo dormire mater natum iusserat
Aetatem adultam seruans diligentius.
Dum quaerunt lumen, dum concursant familia
Irae furentis impetum non sustinens,
Ad lectum accedit, tentat in tenebris caput
Vt sentit tonsum, gladio pectus transfigit,
Nihil respiciens, dum dolorem vindicet.
Lucerna allata, simul adspexit filium,
Sanctamque vxorem dormientem in cubiculo,
Sopita primo quae nil somno senserat.
Repraesentauit in se poenam facinoris
Et ferro incubuit, quod crudelitas strinxerat.
Accusatores postularunt mulierem,
Romamque pertraxerunt ad Centumuiros.
Maligna insontem deprimit suspicio,
Quod bona possideat: stant patroni fortiter
Causam tuentes innocentis feminae.
A Diuo Augusto tunc petiere iudices
Vt adiuuaret iurisiurandi fidem.
Quod ipsos error implicuisset criminis.
Qui postquam tenebras dispulit calumniae
Certumque fontem veritatis reperit,
Luat, inquit, poenas, causa libertus mali.
Namque orbam nato simul & priuatam viro
Miserandam potius quam damnandam existimo.
Quodsi damnanda perscrutatus crimina
Paterfamilias esset, si mendacium
Subtiliter limasset, a radicibus
Non euertisset scelere funesto domum

Causae constitutionem

breuibus exposuit *Io. Ge.* GRAEVIVS *Praefat. Tom. II. Antiq. Rom. pag. si num. 32. Controuersiis agitatis in iudicio CVirali accedat quae commemoratur a Phaedro satis ver-*

verbose, cuius haec est summa: Maritum a scelesto liberto incensum fuisse in vxorem, quam is absente viro cum adultero consuescere mentiebatur, simulasse in villam iter, nocte vero subito reuersum in domum & in cubiculum sine lumine celerrime irruisse, ne adulter elaberetur, & filium, quem iam adultiorem in cubiculo dormire mater volebat, ne corrumperetur, intonso capite pertrectato in tenebris, persuasus adulterum esse, perfodisse, vt illico exspiraret. Lucerna vero illata, cum filium suum se interfecisse videret, vxorem vero insontem alto somno sopitam solam cubare, se ipsum interfecisse. Vxorem suspectam fuisse huius caedis quia bona mariti & filii possidebat; indeque coactam ad CViros causam dicere, qui cum haesitarent, & non inuenirent, obscuritate argumentorum & signorum causa inuoluta, secundum quem pronunciarent, implorarunt CViri, quod imprimis notatu dignum est, Augusti iudicium & sententiam qui inuenit, cum accuratius omnia rimatus esset, fontem sceleris, fraudem nimirum & dolos liberti inuenit & aperuit. Sic libertus damnatus fuit a CViris. Quia vero haec quaestio pertinebat ad hereditatem, ideo apud CViros acta est. Haec GRAEVIVS. Licet autem varia huius iudicii occasione notare possent, non nisi tamen hoc animaduertendum esse videtur, exemplum illud suppetere, vbi CViri de crimine cognouerunt, quod iam ex eo quae alio loco *d)* dicere occupaui, facile explicari poterit, quandoquidem quaestio de homicidio non nisi incidens esset, & principalis causa hereditaria. Ceterum Vir Illustr. PÜTTMANNVS *e)* hunc Phaedri locum, contra quasdam emendationes *Iac. de* ROEHR adseruit doctissime.

Subiicienda veniunt ea iudicia, quorum superest quidem memoria, at quorum constitutio certe definiri nequit.

IV.

d) *Animadv. ad Siccam. Lib. 1. Cap. 6. not. f. p. 49.*
e) *Probabil. Iur. Ciu. Lib. II. cap. 6.*

IV. *Iudicium (XI.)*

LIS VRBINIANA.

De qua sequentes Veterum locos reperi. TACITVS: *f) Causae CViriales quae nunc primum obtinent locum adeo splendore aliorum iudiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Caesaris, neque Bruti, neque Coelii, neque Calui, non denique vllius magni oratoris liber, apud CViros dictus, legatur, exceptis orationibus Asinii, quae pro heredibus Vrbiniae inscribuntur, ab ipso tamen Pollione, mediis D. Augusti temporibus, habitae, postquam longa temporum quies, & continuum populi otium, & assidua Senatus tranquillitas, & maximi principis disciplina, ipsam quoque eloquentiam, sicut omnia alia pacauerat.* QVINCTILIANVS g). *Sed & illud potest videri extra hoc propositum coniecturae genus cum de aliquo homine quaeritur, quid sit: vt est quaesitum contra Vrbiniae heredes, si is, qui tamquam filius petebat bona, Clusinius Figulus esset, an Nosipater: nam & substantia eius sub oculos venit, vt non possit quaeri an sit: quomodo vltra Oceanum, nec quid sit, nec quale sit, sed an quid sit. Verum hoc quoque genus litis ex praeterito, pendet an hic sit ex Vrbinia natus Clusinius Figulus.* IDEM alio loco h) *Illud etiam non est ἀντικατηγορία, simili tamen ratione tractatur, in quo citra accusationem quaeritur, vtrum factum sit. Vtraque enim pars expositionem habet, atque eam tuetur: vt in lite Vrbiniana petitor dicit: Clusinium Figulum, filium Vrbiniae, acie victa, in qua steterat fugisse, iactatumque casibus variis, retentum etiam a rege, tandem in Italiam ac patriam suam Marginos venisse, atque ibi agnosci. Pollio contra, seruisse eum Pisauri dominis duobus, medicinam factitasse, manumissum alienae se familiae venali immiscuisse, ac rogantem vt eis seruiret, emtum. Nonne tota lis constat duarum causarum comparatione & con-*

f) *Dialog. de Caus. Corrupt. Eloquent. cap. 38.*
g) *Institut. Orator. Lib. VII. Cap. 2. pag. 597.* Ed. Burman.
h) *Instit. Orat. Lib. VII. Cap. 2. p. 603. seq.*

coniectura duplici & diuersa? IDEM tertio loco i) *Etiam partis aduersae patronus dabit exordio materiam: interim cum honore, si eloquentiam eius ac gratiam nos timere fingendo, vt ea suspecta sint iudici, fecerimus: interim per contumeliam; sed hoc perquam raro, vt Asinius, pro Vrbiniae heredibus, Labienum, aduersarii patronum, inter argumenta malae causae posuit.*

Ex his igitur quantiuis pretii locis de huius iudicii Vrbiniani constitutione imaginem dandi faciam periculum. Lis agitata est *mediis diui Augusti temporibus*, vt TACITVS referebat, & tum ob perplexitatem rerum & quaestionum, tum ob excellentes ASINII POLLIONIS dictas orationes, memoratu fuit dignissima. Nam istae orationes diu exempli instar in pretio sunt habitae, neque FABIVS tam saepius ad illas prouocasset, nisi certo sciuisset eas esse artis plenissimas. Causam vero sequenti ratione constituendam esse arbitror: De cuius hereditate lis agitata est, Vrbinia, filium habuit Clusinium Figulum, is autem dudum absfuit, & cum nemo certi quid referret de ipsius vita, bene vero de morte, de vita dubitatum est. Defuncta Vrbinia, heredes, siue legitimi, siue in testamento scripti, quorum causam defendit Asinius Pollio, mulieris hereditatem petunt, aut possident: At ecce! venit quidam Sosipater, se filium Vrbiniae, Clusinium Figulum, esse asseuerans, & bona relicta qua talis petens. Descendit ergo heredipeta in Basilicam, Labieno, cuidam rabulae vulturique togato, patrocinio delato, ac, assertioni suae fidem vt conciliaret aliquam, vitae narrationem fingit, petitioni respondentem, ast immense distantem a relatione, quam, de vero Clusinii Figuli fatis, heredes Vrbiniae in iudicio, pro coloranda hereditatis petitione, aut retentione, Figulique morte, proferebant. Retulit quaedam QVINCTILIANVS ex vtriusque partis allegationibus in altero quem dedi loco, quando scripsit, *in lite Vrbiniana petitor dicit: Clusinium Figulum filium Vrbiniae, acie victa, in qua steterat fugisse, iactatumque casibus variis, retentum etiam a rege, tandem in*

i) *cit. loc. Lib. IV, Cap. 1. p. 300.*

in Italiam ac patriam suam Marginos venisse, atque ibi agnosci. *Pollio*, pergit FABIVS, *Pollio contra, seruisse eum Pisauri dominis duobus, medicinam factitasse, manumissum alienae se familiae immiscuisse, ac rogantem, vt eis seruiret emtum.* Certatum igitur diu, & quaesitum: num is, qui se Figulum Vrbiniae filium ferret, reuera sit Clusinius Figulus, nec ne, sed Sosipater: quod litem reddidisse difficillimam, ex primo QVINCTILIANI loco liquet, *nam & substantia eius sub oculos venit, vt non possit quaeri, an sit, – – sed an quid sit.* Aderat in Basilica, versabatur ante CVirorum oculos Sosipater, sed disquirendum erat, an esset Sosipater, an Vrbiniae filius. Totum negotium & tota controuersia distrahi non poterat prius, quam definita esset haec praeiudicialis quaestio; quid igitur mirandum, si patronus vterque, inprimis autem POLLIO, omnia mouit, conquisiuit omnia, ad tuendam heredum causam? Certe POLLIO omnia Rhetorum artificia adhibuit, quibus aduersarium LABIENVM profligaret; cuius rei documentum praebet vltimus e QVINCTILIANO locus laudatus, cui equidem alium *Eiusdem* iungere, a Criticis multum tentatum, haud dubito, *nam receptis etiam*, audiunt illius verba, *contenti sumus, vti nunc eualuit rebus agentibus, quod Pollio in Labieno damnat.* k) Nimirum inter alia Pollio Labieni stupiditatem ruditatemque CViris ex eo monstrare intendebat, quod ille ne sermone quidem puro & eleganti, Oratori perfecto tamen & causarum Patrono necessario, vteretur, sed formas loquendi falsas adhiberet. Ceterum repetita vice causa acta, tandem heredes Vrbiniae vicisse videntur. Plura vero de hac notatu digna lite comperta non habeo.

V. Iudicium (XII.)

Hoc memoratum reperi a SVETONIO: l) *Caius Albutius Silus – – egit & causas, verum rarius, dum am-*

k) *Institut. Orator. Lib. IX. cap. 3. p. 802.*
l) *De clar. Oratorib. Cap. 6.*

amplissimam quamque sectatur, nec alium in vlla locum, quam perorandi. Postea renunciauit foro, partim pudore, partim metu. Nam, quum, in lite quadam CVirali, aduersario, quem, vt impium erga parentes, incessebat, iusiurandum, quasi per figuram, sic obtulisset: Iura per patris matrisque cineres, qui inconditi iacent: & alia in hunc modum: arripiente eo conditionem, nec iudicibus aspernantibus, non sine magna sui inuidia, negotium afflixit. De eadem causa retulit SENECA m) sequentia. *Raro Albutio respondebat fortuna, semper opinio: quamuis poenituisset, audere libebat. Tristis sollicitus declamator, & qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset. Vsque eo nullum tempus securum erat; haec illum sollicitudo fugauit e foro, & tantum vnius figurae crudelis euentus. Nam in quodam iudicio CVirali, cum diceretur iurisiurandi conditio aliquando facta ab aduersario, induxit eiusmodi figuram, qua illi omnia crimina irrogaret. Placet, inquit, tibi rem iureiurando transigi? iura, sed ego iusiurandum dabo. Iura per patris cineres, qui inconditi sunt: iura per patris memoriam. Et executus est locum, quo perfecto surrexit. Lucius Aruntius ex diuerso ait: Accipimus conditionem: iurauit. Clamabat Albutius non detuli conditionem, schema dixi. Aruntius instabat. CViri rebus iam vltimis separabant. Albutius clamabat: ista ratione schemata de rerum natura tolluntur! Aruntius aiebat: Tollantur; poterimus sine illis viuere. Summa rei haec fuit: CViri dixerunt, dare ipsos secundum aduersarium Albutii, si iuraret ille. Iurauit. Albutius non tulit hanc contumeliam, sed iratus calumniam sibi imposuit, numquam enim amplius in foro dixit, homo summae probitatis, qui nec facere iniuriam, nec pati sciret.*

Nec huius litis CViralis constitutionem aliter, ac per diuinationem proferre possum. Vero tamen videtur simile, eum, in quem dixit Albutius Silus, exheredatum fuisse, & inofficiosi querela mota, testamentum rescindere voluisse, in quo hi, pro quibus Albutius dicebat, erant insti-

m) *Praefat. Lib. VII. Controuersiar.*

instituti. Iam quia heredibus institutis, & supremam voluntatem tuentibus, incumbebat, filium exheredatum iustas irascendi causas parentibus dedisse, probare, nec Albutius huic oneri se subtrahere poterat; aptissimum medium se adhibiturum esse putabat, quando iusiurandum deferret, ita tamen, vt ipse formulam sacramenti conciperet. Dabat autem schema, omnia crimina continens, quae nimirum Aruntii cliens amoliri debebat, vt euinceret, se iugiter obsecutum, vt naturae ipsius religio flagitabat, disciplinam illaesam inoffensamque seruasse. Praeterea vero iungebat contestationem Albutius, quae iuueni vehementer potuisset nocere; verba nimirum: *iura per cineres parentis, qui inconditi iacent*, fraudulenter apposita erant, vt illis iurans quasi ipse probaret exheredatus, se impie erga parentes egisse, dum inconditos reliquisset, quos nunc ne quietos quidem esse pateretur, parentis cineres. Sed eheu! periit artificium: imo periit artifex Albutius arte sua. Nam ecce; L. Aruntius, exheredati patronus, iurisiurandi conditionem arripit, siue acceptauit iuramentum, ceu nostri forenses loqui amant, et, schemate doli pleno non attento, exheredatum ad iurandum esse paratum, affirmabat. Quod cum non exspectasset Albutius, vehementer instabat, *se, non conditionem, sed schema detulisse.* Sed Aruntius, sapienter rem inuertens, impetrabat sententiam CVirorum, exheredato iusiurandum permittentem; quo praestito, suspicione ingratitudinis remota, haud dubie, eum iniuste exheredatum videri, pronunciarunt iudices. Hunc enim euentum sortitum esse litem, docent vltima SVETONII verba: Albutium hac iurisiurandi conditione, non sine magna sui inuidia, *negotium afflixisse*, quae postrema Rev. ERNESTI n) interpretatus est, *vt lis perderetur, fecit.* Idemque probant SENECAE haec: *CViri dixerunt, dare ipsos secundum aduersarium Albutii, si iuraret ille. Iurauit.*

n) *not. ad d. l. Sueton.* Sic negotium vulneratum apud SYMMACHVM *Lib. II. Ep. 32.* & *L. 15. C. Th. de Appellat.* inuenimus cf. *Fr.* IVRETI *Not. ad Symmach. II, 32.*

Nominetenus mihi ſunt adhuc duo iudicia CViralia cognita; ſcilicet

VI. Iudicium (XIII.)

memoratur a PLINIO *cauſa Iulii Paſtoris*, apud CViros a ſe acta; ſed obiter tantum hoc iudicium retulit, non adiecta cauſae conſtitutione. *Suſceperam*, ſcribit, *cauſam Iulii Paſtoris, quum mihi quieſcenti viſa eſt ſocrus mea aduoluta genibus, ne agerem, obſecrare. Et eram acturus adoleſcentulus: eram in quadruplici iudicio, eram contra potentiſſimos ciuitatis, atque etiam Caeſaris amicos. – – Proſpere ceſſit atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famae patefecit.* o) Hanc ſat arduam fuiſſe cauſam inde, quod tantam comparauerit PLINIO gloriam, coniiciendum eſt. Geſta vero Domitiano imperante, cuius amicos timebat, &, ſi *Henr.* DODWELLO p) fidem habes, prima fuit PLINII cauſa, ſuo XIX. anno acta. Verum bene monuit *Io.* MASSON q), adoleſcentuli verbo, quo Plinius eſt vſus, quodque DODWELLVM ſeduxit, nec iſtam admittere arctam interpretationem, nec vllo probari poſſe argumento, hac cauſa CAECILIVM initium patrocinii feciſſe. Saltim CENSORINVM r) adoleſcentiam XXX. annorum ſpatio deſcripſiſſe me legere memini.

VII. Iudicium (XIV.)

Hoc conſtituit *cauſa Arionillae* a *Plinio* defenſa, cuius tamen indolem iterum ignoro. Plinius tantum haec notauit: s) *Praeterea reminiſcebar, quam capitaliter ipſum me apud CViros laeſiſſet* (Regulus cauſidicus). *Aderam Arionillae, Timonis vxori, rogatu Aruleni Ruſticit. Regulus contra. Nitebamur nos in parte cauſae ſententia Metii Modeſti, optimi viri: is tunc in exilio erat, a Domitiano relegatus. . . . Ecce*

o) *Lib. 1. Ep. 18.*
p) *Annal. Quinctilian. §. 3.*
q) *Vita Plinii ad A. V. C. 833. n. 1. & ad A. V. 836. n. 2.*
r) *de die natali.*
s) *Lib. I. Ep. 5.*

Ecce tibi Regulus; Quaero, inquit, Secunde, quid de Modesto sentias. Vides quod periculum. si respondissem, bene; quod flagitium, si male. Non possum dicere aliud, tunc mihi quam Deos adfuisse. Respondebo, inquam, quid sentiam, si de hoc CViri iudicaturi sunt. Rursus ille, Quaero quid de Modesto sentias. Iterum ego: solebant testes in reos, non in damnatos interrogari. &c.

In *eadem Epistola* meminit PLINIVS adhuc alius iudicii CViralis, si scribit, *Regulus – ait timere se, ne animo meo penitus haereret, quod in CVirali iudicio aliquando dixisset, cum responderet mihi & Satrio Rufo; Satrius & cui est cum Cicerone aemulatio, & qui contentus non est eloquentia seculi nostri.* Hoc enim a proxime antecedenti diuersum fuisse e sequentibus patet, vbi Plinius inter alia se respondisse notat: *sed tu, qui huius iudicii meministi, cur illius oblitus es, in quo me interrogasti, quid de Metii Modesti pietate sentirem?* Cum vero huius causae ne nomen quidem compertum habeamus, haec verba excitasse sufficiat.

VI.

IACOBI CVIACII OBSERVATIONES DE LEGE GLICIA ET ORIGINE QVERELAE INOFFICIOSI TESTAMENTI.

OBSERVAT. LIB. II. CAP. XXI.

Querela inofficiosi testamenti quia iustum testamentum rescindit, & patrem familias intestatum facit, nec Praetoris edicto introducta est, lege aliqua inducta vt sit, necesse est: sed a qua lege, dubitatur. An vero lege Glicia? scripsit enim CAIVS *librum singularem ad legem Gliciam*, ex quo vna tantum nobis superest sententia in *L. 4. D. de inoff. testam.* quae rationem inducendae querelae, seu ferendae legis Gliciae, continet: sic enim eius legis 4. inscriptio edita est in *Pandectis Florentinis*, *) quae ex nomine

*) Cum eo loco, quo contra *Car.* LOVARDII coniecturam de L. Glicia dubia protuli, lectionis variae inscriptionis L. 4. D. de inoff. mentionem iniecerim, meque ad BYNKERSHOECKIVM inprimis retulerim, ad quem & *Abr.* WIELING *ad Indic. ICtor. Alphab.* in *Irpr. Restitut.* *T. I. p. LXXVI.*

mine quidem ipso Gliciae satis inusitato, mihi suspecta fuit, vsque dum id esse nomen Romanum ex CORNELIO TACITO deprehendi, qui *Annal. Libro XV. (cap.56. et 71.)* meminit Glicii Galli, & ex *Epitome Libr. XIX.* TITI LIVII & SVETONIO *in Tiberio Cap. II.* vbi fit mentio Claudii Gliciae Dictatoris, a quo forsitan lex Glicia nomen accepit, vti lex Hortensia, lex Cornelia, a Dictatoribus, Hortensio, Cornelio: & vti testis est *Carolus* SIGONIVS, TITI LIVII eruditissimus interpres, eiusdem Gliciae dictatura sic in Capitolinis lapidibus etiam notata est. Possit quoque videri suspecta ea legis inscriptio plerisque, quod Iurisconsultorum Indicis auctoritatem non habet. Sed in eo indice

p. LXXVI. *) lectores ablegauit; non inutile fore putaui, studiosorum gratia, hic ex *Obseru. Lib. II. cap. 11.* verba, quibus diuersitatem lectionis indicauit referre. *Ea inscriptio in Libris antiquis adeo est incerta & varia, vt nihil tuto definiri possit. In* Basilicis *deest nomen Gaii, cum alias ICti nomen adscribatur legibus; alii legem tribuunt* Gallo, *alii* Maximo. *Rursus sunt libri, qui habent* ad L. Liciam, *alii* ad L. Lenticam, *vel* Leuticam. *Editiones* HALOANDRI, HVGONIS *a* PORTA, VINTIMILII, & *quae apud* SENNETONIOS *prodiit, constanter omnes:* Maximus ad L. Falcidiam; *Maximus scilicet ille, cuius ex eodem opere etiam alibi exstat locus. Et praeter Florentinum non est Codex, qui* L. 4. *adscribat* Gaio, Libro singulari ad L. Gliciam. Hactenus *van* BYNKERSHOECK. Adponam adhuc e LOVARDO *Cap. XVI. p. 103.* alias lectiones: *Quotquot,* scribit ille, *ego consului Pandectarum editiones, ita inter se differunt. Quas* RVSSARDVS *adornauit Antec. Bituric. habent omnes vti Codex Florentinus, & Taurelliana, quae ad hunc impressa est;* Gaius libro singulari ad L. Glitiam, *annotatum tamen in margine* Gallus, *vel* Maximus. *In editione* Mediolanensi *de anno 1482. per Beninum Ioannem Antonium de Bonate impensis Petri Antonii de Castellio & Ambrosii de Caymis, &* Veneta *Nicolai Ienson de anno 1477. legitur saltim* Gaius *praetereaque nihil.* Reliqua e BYNKERSHOECKIO mutuata: in his relatis tamen *Louardo* eo magis haberi fides poterit, quoniam hae inscriptionis varietates suae opinioni aduersantur. Ceterum quod de Russardinis dixit, valet etiam de *Charondina*, in qua pariter lectio florentina in contextu apparet, in margine vero *Gallus* vel *Maximus* laudatur.

diçe multi libri desunt. PAVLI μονόβιβλα, *de concurrentibus actionibus*, *de dotis repetitione*, *de articulis liberalis causae*, *de formula testamenti*, *de conceptione formularum*, *de cogniitonibus*, *ad S. C. Turpillianum*, *de Officio Adsessorum*, *ad legem Fusiam Caniniam*, *de Adsignatione libertorum*: CAII, PAVLLI, VLPIANI *libri ad edictum Aedilium Curulium:* VLPIANI μονόβιβλα, *de Officio Consularium*; *Pandectarum*, *excusationum:* CAII μονόβιβλα, *de tacitis fideicommissis*, *ad S. C. Tertullianum*, *ad S. C. Orficianum*, desunt & alii ICtorum complures libri. Recta igitur cum sit inscriptio *Legis 4. D. de inoff. testam.*, si quis dicat, lege Glicia introductam inofficiosi testamenti actionem, fortasse non aberrauerit.

IDEM *Obseruat. Libro XIV. Cap. XIV.*

Querelam inofficiosi testamenti esse ex antiquissima lege Glicia, coniicere licet ex inscriptione *L. 4. D. de Inoff. testam.* quae dandae querelae rationem reddit, legis Gliciae ferendae rationem reddere videtur. Et ne quem decipiant insomnia nescio cuius, neue mei tacentis modestiam in conscientiam ducat, scripsi, latam forte a Glicia dictatore, non negans igitur quin forte a Consule vel Praetore eiusdem nominis, siue cognominis. Glicia cognomen est, vt in M. Claudio Glicia dictatore, Glicius nomen, vt in Glicio Gallo apud TACITVM, *(loc. cit.)* & Augustae Taurinorum in hoc titulo antiquo: Q. GLICIO. P. F. ATTILIO. AGRICOLAE. COSS. VIIVIR. EPVLONVM. LEGATO. PRO PRAETORE. IMP. NERVAE. CAES. PROVINCIAE. BETICAE. LEG. LEG. VI. FERRAT. LEG. CITERIORIS. HISPANIAE. PRAETORI. AEDILI. CVRRVL. VESPASIANI. TRIBVNO. LICAE. XVIRO. STLITIBVS. IVD. *) Praetorem autem etiam leges ad populum

*) Legitur inscriptio in GRVTER. *Thesaur. p.* CCCLXVII. 1, incipit tamen Q. S. LITIO. Sed LOVARDVS *c. XVI. p. 116.* quemadmodum lectionem inscriptionis *L. 4. de inoff.*

lum tulisse, populumque rogasse LIVIVS indicat *Lib. XXVII.* Sed malim legem Gliciam appellari a dictatore, quod ille tamen improbat hoc modo: *coactus est Glicia se magistratu abdicare.* Fateor. Ergo non satis habuit temporis ad ferendam vllam legem. Hoc nego; raro enim ipse sibi Dictator Magistrum Equitum dicebat, sed dicebatur plerumque a Consule vel populo. Et Gliciam se abdicare coactum, antequam sibi Magistrum Equitum nominaret, nusquam reperietur sculptum vel scriptum. Nam quod est in Fastis Capitolinis, *M. Claudius C. F. Glicia, qui scriba fuerat, dictator coactus abdicare sine Magist. Equitum.* Hoc vult, dictatorem eum dictum, non adiuncto Magistro Equitum, vt LIV. *L. XXIII.* (*c. 22.*) C. Terentius Consul. N. Fabium Buteonem ex Senatusconsulto sine Magistro equitum dictatorem in sex menses dixit.

Illud etiam male, leges non appellari a cognomine, & Gliciam esse a cognomine. Nam & lex Norbana dicitur a cognomine, & Peducaea, & Poppaea (haec enim Norbanus, Peducaeus, Poppaeus magis cognominibus adscribuntur) & lex Glicia possit deduci a nomine, vt ostendi supra. **) Item male ex verbo, *Inductum*, quod est in *Insti-*

inoff. L. Licia, vbi, ex opinione sua, τὸ G. omissum, festinatione & negligentiae scribae, ita in marmore omissam litteram vitio lapidarii tribuit.

**) CVIACIVS *in Recitation. ad Papinian. Lib. XIV. Quaestion. ad L. 15. de inoff. test.* iisdem verbis praemissis addit: *Aliqui male referunt leges non appellari a cognomine, sed a nomine familiae & Glicia esse cognomen. Hoc est* [*falsum; nam lex dicitur Syllania & Gracharia a cognomine & SCtum Neronianum & Plancianum.* Refutauit haud dubie *Fr.* HOTMANVM in *disp. de quarta legitimaria Cap. I. §. 6.* contra L. Gliciam disputantem. Negarunt autem, & sunt, qui negent, a cognominibus Auctorum leges romanas accepisse nomina: pertinent huc praeter *Fr.* HOTMAN. *Quaestion. illustr. qu. XXXV. p. m.* 215. (Ed. 1591. ap. Gu. Laemar.) & in *Ind. LL. Rom.* v. *Glicia. Ge.*, SCHVBARTH *de fat. Irpr. R. Ex. II. §. 79. p.* 574. *Chr. Gotfr.* HOFFMANN. *Histor.*

Institutionibus, titulo *de Inoff. testamento*, querelae originem refert ad auctoritatem prudentum. Nam & inductum dicitur quod descendit ex Legibus XII. tabularum vel aliis. *L. 1. D. ad exhibend. L. 1. de Vsurp. & vsucap. L. 24. D. de Stat. hom. L. 1. de contrar. act. tutel.* Probabilius est referri eam ad legem Gliciam, fortasse & quartam, qua excluditur querela, potius quam ad Constitutionem D. Marci, vt emendaui in extremo *Libri III.* IVLII PAVLI *Receptarum Sententiarum*, quo ex loco de me sumit ille, quo vtatur in me, de posteriore cogitatione, quo peruellat priorem. Item male etiam ante Senatusconsultum Orficianum matris hereditatem ad filios filiasque pertinuisse. Nec enim pertinuit iure legitimo exclusis agnatis, vt ex Senatusconsulto Orficiano, quaecumque mater esset: sed pertinuit

Histor. Iur. R. Tom. I. p. 123. Ern. Mart. CHALDENIVS *de Gentilit. Rom. Cap. II. §. 5. p. 28.* sed recte contrarium affirmauit *Cuiacius*, modo probationis ergo meliora attulisset exempla. Substituamus Legem *Coctiam*, quo nomine venit ap. CIC. *ad Attic. IV, 16.* L. Aurelia iudiciaria a Praetore L. Aurelio Cotta promulgata; L. *Metellam* de fullonibus, a PLINIO *Hist. Natur. Lib. XXXV. c. 17.* memoratam: L. *Glauciam*, vt L. Seruiliam repetundarum, L. Seruilii Glauciae, nominauit ASCONIVS PAEDIAN. *in Verr.* I, 9. quas, sustinendae Cuiacianae doctrinae gratia excitarunt BACHIVS *hist. iur. R. Lib. II. C. 2. S. 1. §. 98. not. f.* & C. LOVARD. *c. l. C. XVII. p. 130.* qui nec immerito, me iudice, huc retulit etiam exempla, vbi legibus adiectum est ἐπονομα auctoris v. c. Lex *Syllani & Carbonis*, quo modo CIC. *pro Archia c. 4.* rogationem Plautii Syluani de ciuitate appellauit, & similes. Ex hoc argumento, L. Glicia in dubium igitur vocari non debet. Ceterum hic praetermittere non possum, quod supra omisi, *Guid.* PANZIROLL. *in Thesaur. variar. lection. Lib. II. Cap. 23.* credidisse quoque, lege Glytia (sic enim ipsam scripsit) cautum fuisse, filios a patre per iniuriam exheredatos, querela inofficiosi testamenti agere posse: & CAIVM ICtum L. 4. eam legem commendare voluisse. Auctorem iuris ignorare se profitetur: at Glytiam, qui Dictator fuerit, eam qua Tribunus pl. aut Praetor rogare potuisse suspicatur. Caium denique, qui ad legem commentatus, C. Cassium Longinum esse putat.

nuit quasi ad cognatos iure honorario, vel quasi ad consanguineos iure ciuili. Si mater in manum conuenisset, vt docueram iam ante *obseruatione VI.* & *VII.* Item male, leges XII. tabb. nihil cauisse, de liberis instituendis vel exheredandis: cum ius hoc antiquitati tribuatur *in titulo de exhered. liber. in Institut.* & *L. 29. D. de liber. & posth. hered. instit.* & liberi in LL. XII. tabb. sui heredes appellantur *L. 220. D. de Verb. Signif.* quae appellatio satis demonstrat, eos esse heredes instituendos vel exheredandos; quia sui sunt, qui si alieni essent, nequaquam essent exheredandi, & exheredari etiam, sicut occidi, potuisse, absque causa, demonstrat *L. 11. D. de liber. & posth.* qui sunt effectus patriae potestatis. *L. 132. D. de Obligat.* quam constat esse ex XII. tabulis.

VII.

VII.
D. CAR. FRIDER. ZEPERNICK
DE
RERVM PERPETVO SIMILITER A CENTVMVIRIS IVDICATARVM AVCTORITATE,
FORI DISPVTATIONIS NOBILISSIMA SPECIE, FONTEQVE IVRIS CIVILIS, DIATRIBA.

---

§. I.
Caussa dicendorum & series.

Tam varias ob rationes notatu dignissimum CVirale iudicium sese commendat, etiam propterea, quod in eo iuris ciuilis aliquot capita, iudicum solertia excogitata, disputatione illorum propugnata, atque tandem similium iudicatorum auctoritate constituta sunt, quae eam ob rem CVirorum iudicatis obtinuisse recte dicuntur. Eo magis autem miratus sum, *Sibrandum* SICCAMA, cum de hoc illustri conuentu verba faceret, hac de re nihil proposuisse, atque de CVirorum iudicatis οὐδὲ γρῦ in Ipsius docto libello reperiri: Ego vero in qualibuscunque animaduersionibus, de industria doctrinam silentio praetermisi, cuius dignitas iustam exigere tractationem mihi visa est. Nondum enim, quod sciam, peculiari libello exposita est, nec *Desider.* HERALDVS in *de Rerum iudicatarum Auctoritate libris duobus*, adeo exhausit omnia, vt supersit penitus nihil, nec post tantam messem spicilegium haberi queat. Quippe licet quaedam scripserit vehementer laudanda, quae in meum vsum conuertere

tere, & quibus, tamquam gemmis, opusculum exornare non dubitaui; tamen illum, praeterquam quod de Graeco iure plura fere, quam de romano, dixerit, multa praetermisisse necessaria, aliaque ad finem non spectantia tractasse, concedent omnes, qui copiam istius habuere. Certum autem est, inter eas iuris ciuilis, e moribus vim obligandi repetentis, partes, de quibus doctorum hominum diuersae prostant opiniones, rerum iudicatarum auctoritatem, siue disputationem fori, vt aliis loqui placet, haud infimum locum occupare; siquidem olim vel est neglecta, vel a Prudentium auctoritate vix segregata ab historiae legum scriptoribus, deinde vero coniecturis diuersis subiecta, quae rem exposuerint tantum abest, vt illam obnubilauerint potius. Praesentes igitur, de isto iuris ciuilis fonte & in specie CVirorum iudicatis, quantiuis pretii obseruationes meas colligere, doctiorumque examini subiicere, operae pretium esse putaui, vtpote materia nec vtilitate destituta, nec ab argumento *Sibrandi* nostri aliena, sed oppido potius necessaria est. Quis enim negabit, indolis & naturae diuersorum iuris romani fontium cognitionem, ad solidam iuris scientiam, & ad intelligenda, quae e quouis dimanarunt, capita praeceptaque, omnino requiri?

Sequar autem hunc ordinem; vt in genere traditis rei iudicatae notionibus variis, cum iudicata CVirorum speciem illarum constituant, & argumentis, quibus, res iudicatas partem iuris ciuilis efficere, probatur, collectis, ad disputationem fori transeam, & ipsius indole monstrata, inuestigatisque rationibus, cur auctoritatis rer. iudicat. species sit, addam causas, quare tantam vim tribuerint Romani iudicatis, sigillatim CViralibus, & iuris, iis inducti, naturam & indolem considerem. Quibus absolutis ad Caesarum tempora progressus, iisdem hunc fontem haud desiisse euincere conatus ero, atque monstrare, eum e decretis Imperatorum dimanare, & disputationem fori tum ibi, tum in aliis iudiciis, vt & in CVirali, statui posse, probabile reddam; Tandem aliquot iuris ciuilis capita, quae Auctoritate rerum iudicatarum constituta sunt, colligam & explicabo,

&

& alia, a doctis viris huic parti tributa, examinabo. Verumtamen, si in tractanda re obscura, tenebris obuoluta, erraui, ab aequis rerum aestimatoribus me veniam impetraturum esse spero.

§. II.

Iudicati variae notiones.

Faciendum tamen, quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportet, vt, quod illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne vagari cogatur oratio. Iudicati verbum a iudicando descendere vix notatu dignum; obuenire potest inde tam in forensibus negotiis, quam in aliis, ita enim TVLLIVS, a) *iudicatum est res, assensione, aut auctoritate, aut iudicio alicuius aut aliquorum, constituta*, in vniuersum istius dedit vocis notionem. Nobis tamen notio forensis scitu magis est necessaria, & hic in genere, ex mea sententia, iudicatum id est, quod in negotio forensi peracta cognitione definitum; adeoque vel decretum, vel sententia. Confirmat vtrumque AVCTOR AD HERENNIVM b). *Iudicatum*, inquiens, *est id, de quo sententia lata, aut decretum interpositum:* speciatim vero posterius, sententiam puta sub iudicati nomine venire, probat MODESTINVS c) his verbis: *Res iudicata dicitur, quae finem controuersiarum pronunciatione iudicis accipit: quod vel condemnatione vel absolutione contingit:* in quibus sententiam definitiuam descriptam esse, e rescripto ALEXANDRI A. patet, vbi: *Praeses Prouinciae non ignorat definitiuam sententiam, quae condemnationem, vel absolutionem non continet, pro iusta non haberi:* d) quin imo saepius, in aliis iuris nostri locis, sententiae rer. iudicatarum elogio solent ornari. e) Eminentior autem iudicati notio adest, si iudicis

a) *De Inuention. Lib. I. cap. 30.*
b) *Lib. II. cap. 13.*
c) *L. 1. D. de Re iudicat.*
d) *L. 3. C. De Sentent. & Interloc. omn. Iudic.*
e) v. c. *L. 40. §. 1. D. de pact. L. 14. C. de Appellat.* v. VOET Digest. *1. de re ind. §. 2.*

cis ſententiam denotat, qua controuerſia, coram eo diſceptata, ita compoſita eſt, vt ab ea litigantes recedere nequeant; Hac quando in libris noſtris iudicatum obuenit ſignificatione, ſolent interdum iuris Archytecti epitheta addere, vt auctoritas rei iudicatae, f) vigor, g) vis, h) & ſimilia, quibus quidem virtutem aliquam atque robur exprimere ſatagunt, quo gaudet talis ſententia, in eo conſiſtens, vt effectum ſortiatur, quem e mente auctorum habere debet, neque poſſit retractari: quo e contrario caret, ſi in vim rei iudicatae non tranſit. Latiorem verbis quidem nobis dedit *Deſider.* HERALDVS i) rei iudicatae finitionem at reapſe nobiscum conuenit, cum ait: *Rem iudicatam hic dicimus, quae finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accepit, quaeque appellatione reſcindi non poteſt, quia data a iudicibus a quibus appellari non licet, ſiue quoniam is, contra quem ſententia dicta eſt, aut non intra legitimum tempus, aut denique facto ſuo, aut quolibet alio modo appellationis remedium amiſit.* Quam definitionem plura, quam ſunt neceſſaria, nemo non videt, eſſe ingreſſa. Iudicata CViralia igitur in genere eſſent ſententiae, ab hoc iudicio in controuerſiis, de cauſis ibi agitatis, latae: in quo ſenſu, ſcilicet pro ſententia, verbo rei iudicatae vſus eſſe videtur PAVLVS k) cum ait: *hic* (frater qui de inofficioſo egit & obtinuit) *uteretur rei iudicatae auctoritate, quaſi Centumuiri hunc ſolum filium in rebus humanis eſſe nunc, cum facerent inteſtatum crediderint:* cui non obeſt ſententiae tenorem, e principio per res ſimiliter a CViris perpetuo iudicatas inducto, profectum eſſe. Sed iſtam rei iudicatae ſignificationem plurimis explicare non vacat; breuibus igitur duntaxat erit notandum, e Romanorum principiis vnumquemque pronunciatione ſua rem iudicatam efficere non potuiſſe.

f) *L. 14. §. 1. D. de Appellat. L. 2. 4. 9. C. de Sentent. & Interl. L. 5. C. de Re iudic.* ἀπεγραφ. *C. Comminat. epiſtol. progr. ſubſcr. auctor. rei iudic. non haber.*
g) *L. 8. C. de Execut. rei iud.*
h) *L. 6. C. Comminat. epiſtol.*
i) *De Auctoritat. Rer. Iudicatar. Lib. I. Cap. 1. §. 2.*
k) *L. 17. pr. D. de inofficioſ. teſtament.*

potuisse. Etenim, causae cognitionem vel magistratus instituerit, necesse erat, vel iudex datus atque constitutus ab eo, qui licentia dandi iudices gaudebat, f. vt ei iudicandi ius esset, vt VLPIANVS *l*) ait, Magistratus autem decretum interponens causam noscere debebat & ita iudicare, quid statuendum; ideoque, rem iudicatam adesse quoque, vbi decretum interpositum, AVCTOR AD HER. supra poterat affirmare. De Iudice adhuc eo minus dubitandum. Iam vero quoniam vel imperium vel iurisdictio exigebatur, facile perspicere valemus, quamobrem CICERO, *m*) Censores res iudicatas efficere, negauit, etenim nec imperium, nec iurisdictionem, habebant. Euidentior etiam notatuque dignior est sententia PAVLI: *n*) *Res iudicatae videntur ab his, qui imperium potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: Itemque a Magistratibus municipalibus vsque ad summam, qua ius dicere possunt: itemque ab his, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem iudex sumtus rem iudicatam non facit: sed si poena inter eos promissa sit, poena rei in iudicium deducta ex stipulatu peti potest.* Vides igitur ICtum, non quamcunque causae notionem rem iudicatam sequi, defendere, sed aut magistratum aut iudicem ad eam perficiendam desiderari: Sic arbitro compromissario tantam facultatem denegauit, quod aliis locis iuris nostri confirmatur egregie, si ab Imp. ANTONINO *o*) actio iudicati denegatur, & omnino id, quod alias sententias in rem iudicatam transeuntes excipere sole[...], a sententia arbitri remotum esse, ICti docent. *p*) Cum ve[...] iudicibus pedaneis iam ea vis data, vt illarum sententi[...] vi[...]

l) *L. 1. §. 12. D. ad SCt. Tertul.* vbi verba SCti *quae iudic[...] sunt, rata maneant* explicauit.

m) *Pro A. Cluent. cap. 42. 43. Hic primum illud commune pr[...] nam, numquam animaduersionibus censoriis hanc ciuitatem contentam, vt rebus iudicatis fuisse* etc.

n) *Receptar. Sentiar. L. V. Tit. 5. a. §. 1.*

o) *L. 1. C. de recept. arbitr.* add. COD. GREGOR. *Lib. I. T[...] L. 14.*

p) vid. *L. 2. D. de recept. qui arbitr.* Cf. *Ant.* GOVEAN. *de [iu]risdict. Lib. II. init. Op. Iur. Civ. p. 15.* (Ed. Lugd. 1562.

vigorem rerum iudicatarum consequantur, tanto magis id de CVirorum sententiis valere oportet. Sed ad tertiam iudicati notionem transeundum.

Neque enim haec altera, huc vsque exposita, significatio quamuis certa sit, legibusue conformis, cum de auctoritate rerum iudicatarum tam generatim, quam in specie CViralium, qua iuris ciuilis fonte, parteque eius, quod e Moribus descendit, agendum, sufficit. Quid enim? nonne quisquam inde deducere posset, omnes, a CViris pronunciatas, sententias, instar iuris praeceptorum, fuisse seruandas? Equidem, quae tale mihi obmouenti opponerem, nescirem. Proinde iam eruendum erit, quam vim iudicatum, in isto, quem nominaui, respectu, habeat, siue quae sint res iudicatae tum, cum pro fonte iuris ciuilis laudentur; atque, me iudice, sunt regulae s. praecepta iuris in foro ad componendas lites, e legibus, aut reliquis morum partibus, quae dirimi non potuerunt, arrogata, & per diuturnam in similibus applicationem confirmata, populique assensione stabilita, vt ab iis, tamquam a legibus, recedi non posset, sed necessario postea essent obseruanda. Atque hic est eminentissimus iudicatorum significatus. Rationem eorum continent sententiae a iudicibus, siue e iuris analogia, siue ex aequo & bono solaque sapientia conditae, per longum tempus reiterata vice in similibus causis applicatae seruataeque, quarum principia per diuturnum vsum in mores abierunt, nec voluntario nunc, sed exemplorum, certarumque normarum instar sunt applicanda. Qua ratione tale quid contingere potuerit, in sequentibus ad exponendum locus erit opportunior constitutus: iam vero, cum ea quam dedi iudicatorum significatio sit tanta, vt sine testibus classicis fidem vix inuentura videatur, veterumne testimonia adponi possint, videamus. Et praesto adest CICERO q) nobis eiusmodi iudicati notionem suppeditans,

q) *de Inuention. Lib. II. Cap. 32.* Quam vero e Topicis CICERONIS attulit definitionem *Fr.* CONNANVS *Comment. I. C. Lib. I. C. 15. n. 6.* his verbis: *Res enim iudicatas esse dicit, quae inter eos quae insuper aliqua de re ambigunt, fuerint*

tans. cum, *Iudicatum*, inquit, *de quo iam ante sententia alicuius aut aliquorum constitutum est:* quod iterum alio loco r) iisdem verbis repetit. Vtrumque locum, eam praecipue ob caussam, huc referendum esse existimo, quia paulo antea indicatum ad illa iuris genera, quae consuetudine certa sunt facta, numeratum est. Huic TVLLII testimonio iungamus QVINCTILIANVM, s) ita instituentem: *Praeiudiciorum vis omnis tribus in generibus versatur; rebus, quae aliquando ex paribus caussis sunt iudicatae, quae exempla rectius dicuntur, vt de rescissis patrum testamentis vel contra filios confirmatis.* κ. τ. λ. Et denique ASCONIVM PAEDIANVM t) sic inferentem: *Praeiudicium dicitur res, quae cum statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum, quod sequuntur.* Horum quidem vterque pro iudicato nominauit substituitque Praeiudicium, verum tamen idem perhibet, eandemque, imo, si vis, exactiorem, subministrat descriptionem: neque est, quod praeiudicii nomen male vsurpatum esse putes, illud enim h. l. significat id, quod ante iudicatum est, vti iam vidit *Iac.* RAEVARDVS u), atque notauit *Adr.* TVRNEBVS x) tale praeiudicium & *praeiudicatum* & *praeiudicationem* appellari; quod prius, in infra laudatis TVLLII verbis y), inuenisse mihi videor, vbi haud apte praeiudiciorum aliud genus intelligi potest. Ex his autem perspectu non est difficile, apud Antiquos iudicatum illam habuisse potestatem, vt comprehenderet id, quod in variis eiusdem generis rebus, sententiis perlatis, seruarint

rint sententia iudicum constitutae, quarum exemplo caeterae quoque iudicantur: huc vsque in Topicis frustra quaesiui.

r) *Ibid. cap.* 54.

s) *Institution. Orator. Lib. V. Cap.* 2.

t) *ad Ciceron. Diuination. in Caecil. cap.* 4.

u) *De Praeiudiciis Lib. I. Cap.* 2.

x) *not. ad d. l. Quinctilian.*

y) *Orat. pro A. Cluentio cap. II.* Vbi: *Quamobrem a vobis, iudices, antequam de ipsa causa dicere incipio, haec postulo; primum id quod aequissimum est, vt nequid huc praeiudicati afferatis: etenim non modo auctoritatem sed etiam nomen iudicum amittemus, nisi hic ex ipsis caussis iudicabimus, ac si ad causas, iudicia iam facta domo, deferamus.*

natum, & poſtea, exempli inſtar, in reliquis receptum eſt; quod e FABII loco magis fit perſpicuum, quando exempli cauſa adfert reſciſſa patrum teſtamenta, vel confirmata, quibus haud dubie reſpexit ad querelam inofficioſi teſtamenti, iudicatis CViralibus confirmatam. CVirorum autem iudicata in hoc eminenti ſenſu, quem nos, de auctoritate illorum, tamquam fonte iuris ciuilis, diſputaturos, habere oportet, eſſent ea iuris capita ad decidendas cauſas valde controuerſas ab iſtis iudicibus excogitata, & in aequalibus ſimiliter retenta, adeo, vt poſtea regularum inſtar legumque obſeruata ſint. Solet tamen plerumque, nec inconcinne, auctoritatis verbum rurſus adponi & iſta iuris ciuilis pars, e iudicatis orta, auctoritas rerum iudicatarum adpellari, ideoque poſſet omnino quaeri, quam ſibi hic vindicet poteſtatem auctoritatis vox. Et ni fallor, exprimitur eâ vis aliqua legalis ac virtus, attributa praeceptis ſiue regulis data, efficiens, vt obligent omnes tamquam aliae legum ſpecies, & ad ea reſpiciant iudices, in ſimilibusque attendant. Supra auctoritas denotabat etiam poteſtatem aliquam, ſed non tantam, quantam hic demonſtrat. Velim tamen intelligas auctoritatem rerum, a CViris iudicatarum, eodem modo, quo ſolemus aliquid, quod in iure obtinet, auctoritati Prudentum tribuere: nimirum inuentis ICtorum, tacita conſenſione populi, tanta vis conceſſa eſt, vt eodem modo, ac ſi ſcriptis legibus eſſent conſtituta, obſeruarentur; ita quoque ſe res habet cum rebus iudicatis, earumque auctoritate, quarum inuentionem iudicibus, & in foris & tribunalibus haerentibus, debemus, vis autem legalis & auctoritas a populo venit.

§. III.

Rerum iudicatarum auctoritatem ſeparatum iuris ciuilis fontem conſtituiſſe probatur.

Colligenda vero nunc videntur argumenta quibus res iudicatas fontem iuris ciuilis conſtituiſſe, probatur. Antea quidem tractandum eſſe videbatur de diſputatione fori monſtrandumque, eam a rebus iudicatis non differre, ſed illius ſpeciem potius conſtituere; malui tamen hanc tracta-

tionem, ne nimis obruamur, paulisper differre, & hoc loco monere, velint lectores, quae in argumento proposito de disputatione fori occurunt, de auctoritate rerum iudicatarum intelligere, &, e nostra sententia disputationem fori istius speciem constituere, cogitare. Primum video CICERONEM laudatum, loco notissimo z), diserte res iudicatas ab aliis iuris ciuilis partibus secernentem, atque eas inter fontes iuris ciuilis referentem, non certe alia ex ratione, quam ea, quoniam varia e rebus similiter iudicatis iuris enata sunt capita. Huic volumus alium locum a) iungere, in quo res iudicatas ad illud ius, quod e moribus descendit, f. consuetudine, auctoritatem accepit, numerat, *Consuetudinis ius esse putatur id*, ait, *quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobauit: in ea autem sunt iura quaedam ipsa iam certa propter vetustatem, quo in genere & alia sunt multa, & eorum multo maxima pars, quae Praetores edicere consuerunt. Quaedam autem genera iuris, iam certa, consuetudine facta sunt: quod genus pactum, par, iudicatum.* Iterum altero loco b) scribit: *consuetudine ius est quod aut leuiter a natura tractum aluit, & maius fecit vsus, vt religionem: aut si quid eorum, quae antea diximus; a natura profectum, maius factum propter consuetudinem videmus, aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit: quod genus pactum, par, iudicatum.* Addo tertium ex AVCTORE AD HERENNIVM c) vbi verba sonant: *constat igitur ius ex his partibus: natura, lege consuetudine, iudicato, aequo & bono, pacto.* Quae testimonia equidem huc referre nullus dubitaui, inprimis quoniam, si quis negaret iudicata fontem iuris constituere, non esset intelligendum, qua ratione Auctores potuissent affirmare, iuris consuetudine inducti approbatique partem conficere iudicatum. Solent porro ad POMPONIVM d) pro-

z) *Top. cap. V.*
a) *De Inuention. Lib. II. cap. 22.*
b) *Ibid. cap. 54.*
c) *Lib. II. cap. 13.*
d) *L. 2. §. 5. D. de O. I.*

prouocare, quando, *his legibus latis*, narrat, *coepit vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desideraret prudentium auctoritate necessariam esse disputationem fori.* Verba paululum turbata videntur, vt in Florentina iacent, & frequens ideo Senatus criticorum emendationem decreuit: sed inde venit, quod hic §. e manu Criticorum elapsus sit, velut e pugna Canensi, ceu scripsit *C. A.* RVPERTVS e), qui tamen ipse, praeter visiones aliorum monitaque politica, ad rem nihil attulit. Et hercle locus est vexatissimus & paene desperatus. *I.* CVIACIVS f) legit: *Coepit, (vt naturaliter euenire solet) vt interpretatio desideraret prud. auctoritatem, necessariaque esset d. f.* Eum secuti sunt plures vt *G.* EBERLINVS g) *I. A.* BACH h) aliique, & *Ant.* MVRETVS i) eamdem seruans lectionem, addit: *haec emendatio proxime, nisi fallor, ad scripturam librorum veterum accedit.* Adhuc leuior esse videtur *A.* GOVEANI k) emendatio, legit ille: *coepit, (vt naturaliter, e. s. vt interpr. des. prud. auctoritatem) necessaria esse disp. f.* quae placuit etiam *Gu. van der* MVELEN l) Alii vt *G.* COCCEII m) ab emendatione abstinentes παραφρασῃ locum exposuerunt. Tandem vero *Corn. van* BYNKERSHOECK n) coniectura, quorumdam MSC. fide firmata, se plerisque commendauit: eandem tamen dudum ante Illum, tamquam receptam lectionem, attulisse reperio *Io. Em. a* ROSBACH: o) verba sic emendata sunt: *coepit — — vt interpr. des pr. auctoritatem, necassariamque disputationem fori.* At reiecit & istam BYKERSHOECKII medelam *F. C.* CONRADI

e) *Animadv. ad Enchyr. Pomp. Lib. I. c. 6.*
f) *Commentar. ad d. l. Pompon.*
g) *De Origin. Iur. Cap. VI. n. 1. p. 35.*
h) *Histor. Iurpr. Rom. Lib. II. C. 2. S. 5. §. 1. not. b.*
i) *Repetit. ad Tit. D. de O. I. p. m. 19.* (Ed. Frcf. 1603.)
k) *Lection. Variar. Lib. I. cap. 24. Oper. p. 279.* vbi plures POMPONII locos deprauatos sanare voluit.
l) *Exercitat. in Histor. Pompon. de O. J. p. m. 74.*
m) *Commentar. ad T. de O. J. §. 5. p. 55.*
n) *Praetermiss. ad Pompon. d. §.*
o) *Catalex. in L. 2. D. de O. J. Lib. I. Exc. 9. p. 199.*

DI p), *sed*, ait, *cui seruanda videatur Hetrusca littera legamus:* h. LL. lat. coepit, vt int. desideraret, prudentium auctoritatem disputatione fori: *vt sensus sit, Legum Xviralium interpretationem desideruisse ipsa disputatione fori, vt prudentium auctoritas accederet, quae certi aliquid definiret.* Sed quod GOVEANO potest opponi, id officit etiam huic, nimirum vtraque interpretatione non satis ab auctoritate prudentum secernitur disputatio fori, sed cum illa confunditur, quam tamen & ICtus seiungere voluit, vt e sequentibus liquet, & nos omnino segregare debemus: Quamobrem etiam, quod exhibet *L.* CHARONDAS q) *auct. necessariam e disputatione fori* haud admittendum. Licet igitur alias ab emendationibus Enchyridii lubenter abstineam, eorumque curas vehementer laudare atque probare soleam, qui POMPONIVM, vti iacet, explicare student, tamen hic BYNKERSHOECKIVM, vsque meliora producantur, sequor. Saltim ea se commendabit magis emendatio, quam violentae crises *Desid.* HERALDI r), *necessariam esse* delentis, legentisue: *desideraretur auctoritate Prudentum & disputatione fori:* aut Ill. *C. F.* HOMMEL s) verba *necessariam desputatione fori* vna litura delentis, & tamquam peregrina proscribentis: Sane tum & in sequentibus delenda forent etiam, quum disputatio repetatur expresse. Sed ad rem; POMPONIVM, cum disputationem fori ab auctoritate ICtorum seiunxerit, deque eius origine, obscura licet, quaedam protulerit, separatam a reliquis partibus iuris partem, hac disputatione conficere voluisse, palam est. Verum adhuc alia e libris ICtorum, proferre possumus argumenta; prouocant illi scilicet non raro ad res similiter iudicatas, ita, vt praecepta sua illis confirmare studeant, &, eodem modo quo alias iuris consuetudinarii species proferunt,

p) *Praefat. ad Ed. Halens. Opp.* BYNKERSH. *p.* 16. & in VELII opp. *ad. Hist. Iur. p.* 121.

q) *in not. margin. ad citat.* §. 5. e cod. MSC. Nam in contextu apparet haec lectio *prudentium auctoritate necessaria esse disputationē fori.*

r) *De auctoritat. rer. iudicatar. Lib. II. Cap.* 1. *§.* 5.

s) *Obseruat. grammatic. ius ciuil. illustrant.* (Lips. 1749.) *Cap.* 2

runt, etiam hanc producant, quod fecissent frustra, nisi tantam tribuissent iis potestatem. Tandem ICti solent quibusdam formulis solennibus varios iuris nostri fontes discernere; id etiam in iis capitibus, quae rebus iudicatis, s. disputationi fori, ortum debent, fecerunt, & alias formulas, quam tunc, cum aliquid iure ciuili, s. Prudentum auctoritate inuectum, proferre solent, adhibuerunt. Scilicet conuenit inter Viros doctos, Auctores prudentiae nostrae ad hunc fontem digitum intendere, si quid *post magnas varietates obtinuisse* dicunt t); nec ego huc trahere dubitarem, cum iidem *fuit quaestionis & obtinuit*, vt VLPIANVS u) loquitur, & similia afferant; vbi tamen admonendi sumus, ne dissensiones familiarum confundamus x). Imo CVIACIVS y) ad eundem fontem retulit, si in legibus prouocetur ad *morem iudiciorum*, *ius iudiciorum*, aut *morem legum* z). Certe non vtuntur Prudentes his formulis, Prudentum interpretatione si quid inductum est, siue commenticio iure, de quo Vir Illustr. PÜTTMANNVS tam eleganter tractauit a); adhibent alias loquendi formas, atque ius, hac ratione conditum, aliis nominibus ornant, quae contulit

t) Obueniunt hae formulae in *L. 55. §. 1. D. de legat. II. L. vlt. D. pro legat. L. 32. D. de Obl. & Action.*

u) *L. 24. D. de acquir. vel omit. heredit.*

x) Ita *L. 1. §. 12. D. Si quis omiss. caus. testam.* eadem obuenit formula, vbi tamen potius dissensum inter diuersas ICtorum sectas statuere mallem, siquidem & expresse, LABEONIS sententiam obtinere, dicit VLPIANVS. Haud secus CAIVS *L. 73. §. 1. D. ad L. Falc. Magna dubitatio fuit — sed hoc iure vtimur.* Ita VLPIAN. *L. 9. §. 2. D. de statuliber*, formula: *illud tractatum est*, vtitur, ad dissensum Veterum monstrandum, cuius etiam inter Brutum & Scaeuolam speciatim meminit MODESTIN. *L. 4. D. de Captiv.* vt alia innumera omittam exempla.

y) *Recitation. ad Papinian. Lib. II. Definit. ad L. 7. D. de I. & I.*

z) Quod factum est *L. 32. C. de Transaction.* & *L. 3. C. de Dot pollicitat.* Sic *Vsus iudiciorum quotidiani* meminit Imp. *§. 6. J. de satisdat.* Et *soliti iudiciorum ordinis* Imp. ALEXAND. *L. 4. C. de Sentent. & interl.*

a) *Probabil. Lib. II. Cap. 1.* Nam I. G. FICHTNER *d. de iure commenticio* Altorf. 1729. naturam huius iuris haud exposuit, sed exempla tantum collegit.

tulit, BACHIVS [b]). Id tamen animaduertendum esse videtur, viros esse doctos, qui cum *G.* MASCOVIO [c]) & *I. G.* HEINECCIO [d]) *τὸ receptum* & *consensu receptum* ad hanc disputationem referant, indeque ea iuris capita [e]), quae recepta dicuntur, e rebus similiter iudicatis orta putent. Quod vt probari possit, vereor: FESTVS [f]) ait quidem *receptum est, quidquid a plerisque prudentibus probatum*, hoc posset etiam de eo, quod post multas contentiones saepissime iudicibus placuerit, dici; solent tamen verba *receptum est* & *consensu receptum*, indicem potius auctoritatis Prudentum continere. Sic IMPERATOR [g]), acquisitionem per arrogationem, eo iure, quod consensu receptum, inductam esse, perhibet, eoque ICtorum auctoritatem intelligit, siue νομοθεσίαν πολιτικὴν, vt late exponit THEOPHILVS [h]): & ni fallor idem apparebit e verbis PAPINIANI [i]), vbi sententiam Mucii *vtilitatis causa receptam esse* dixit, quam legem doctissime interpretatus est *Fr.* BALDVINVS [k]) & alio loco perhibet Idem, *in tabulis secundis filio seruum data libertate substitutum, iure statuliberi prudentes munierunt, quod vtilitas recepit* [l]). E quibus nunc liquere censeo, τὸ receptum esse non tuto satis ad disputationem fori referri: simul autem ex hucusque disputatis, rerum iudicatarum auctoritatem fontem singularem iuris constituere, apparebit.

§. IV.

b) *Histor. Iurispr. Roman. Lib. II. Cap. 2. S. 4. §. 13.*
c) *ad Grauin. de Ort. & Progr. I. C. cap. XLI. Op. p. 42.*
d) *Histor. Iur. C. Lib. I. §. 51.* *)
e) v. c. *L. 2. D. de Vsur. L. 41. D. de Reb. cred. L. 3. C. in quib. caus. rest. in integr.*
f) *de V. S.* voc. *Receptum.*
g) *Pr. J. de Acquis. per Arrogation.*
h) *παραφρασ. d. pr.* vbi inter alia haec leguntur; *Vsus vero ciuilis est approbatio prudentum nulla scriptura constans, quum quid primum sine scripto inductum est, deinde per vsum longius productum: & ad extremum, quum prudentes id vtile esse iudicassent, approbatione sua confirmarunt.*
i) *L. 115. §. 2. D. de V. O. — Mucius etenim heredem, si dare potuisset penum, nec dedisset, confestim in pecuniam legatam teneri scripsit: idque vtilitatis causa receptum est, ob defuncti voluntatem, & ipsius rei naturam.*
k) *in Iurisprudent. Mucian. pag. 194. seq.* Edit. GVNDLING.
l) *L. 36. D. de Statuliber.*

§. IV.

Dubia quaedam remouentur.

Sed vna adhuc atque altera dubitandi ratio contra nostram posset proferri sententiam, qua, rerum iudicatarum auctoritatem vel non esse fontem iuris ciuilis, vel saltim ad Prudentum auctoritatem simul pertinere, probabile reddi posset. Atque prima e locis TVLLIANIS, quibus quis, fidem, ob varietatem in partibus iuris recensendis, denegandam esse, putare posset, sumeretur. Cui tamen opponendum, hanc varietatem nobis ideo non officere, quoniam vbique res iudicatas atque constanter retulit ad iuris ciuilis fontes: licet igitur in reliquis lapsus esset, vti vix concedendum; tamen in hac parte inconstantem illum atque fluctuantem non inuenimus. Difficilius scrupulum nobis iniicit PAPINIANVS m), cum, referens, e quibus suo tempore iuris ciuilis ambitus constabat, res iudicatas omittit, & ius ciuile esse tantum ait, *quod e Legibus, Plebiscitis, SCtis, Decretis Principum & auctoritate Prudentium venit:* cum quo conuenit fere SCHOLIASTA Βασιλικῶν, n) sistens eorum nomina, qui Romae leges condiderunt, inferens: Ἓξ δὲ παρὰ Ῥωμάιοις νομοθέται; δῆμος, χυδαῖος δῆμος, σύγκλητος, Βασιλεὺς, ἄρχοντες τῆς Ῥώμης, σόφοι. *Sex autem apud Romanos leges dant, Populus, plebs, Senatus, Princeps, Magistratus romani, Prudentes.* Praeuidit istam e PAPINIANO obiectionem, optimus eiusdem interpres, *Iac.* CVIACIVS, & istum locum explicans o), dubium ita soluit, vt, ICtum, in sua per partionem definitione, res iudicatas omisisse, putaret ideo, quoniam duntaxat *iuris scripti & meri iuris ciuilis* finitionem tradere, habue-

m) *L. 7. pr. D. de I. & I.*

n) *ad L. LX. T. III. lit. B.* legitur quoque in *G. O.* REITZII *Edit. Theophil. T. II. p. 930.*

o) *Recitation. ad Lib. II. Definit.* PAPINIANI, e quo libro, teste inscriptione, L. 7. desumta est: Monuit vel suasit autem CVIACIVS ἐπιγραφὴν emendare, legereque *Lib. I. Definit.* inprimis quoniam reliqua tituli fragmenta fere omnia e libris prioribus desumta sint.

habuerit in animo; e iudicatis vero nata iura ad ius non ſcriptum pertinere, ideoque e priori ratione heic eorum nomen eſſe praetermiſſum, quemadmodum ius honorarium, quod ad merum ius ciuile ſpectaret, iam antea ſeparatum eſſet. Sane haec argumentatio magnam ante ſe fert probabilitatis ſpeciem; aſt, vti mihi videtur, nondum eximit omnem dubitationem. Cur enim ICtus ſi ſcripti iuris partes voluiſſet tantum enumerare, h. e. eius, quod vi ſua valet, Auctoritatis Prudentum meminiſſet? Illane valuit ſuis temporibus ſcriptae legis inſtar? Vehementer equidem dubito. Hac igitur ex cauſa, niſi velis, CVIACIVM ſub ſcripto iure, in ſcripturam redactum, intelligere voluiſſe, quod tamen valde alienum, PAPINIANVS res iudicatas omiſiſſe non videtur. Alio vero loco *p*) idem Vir magnus, PAPINIANVM ſub auctoritate Prudentum complexum eſſe res iudicatas, ſuſpicatus eſt: quod poſſet facilius admitti: atque huic non prorſus diſſimilem coniecturam protulit *Fr.* CONNANVS *q*): *Sed & inter partes iuris ciuilis*, inquiens, *Papinianus res iudicatas non annumerat, quod eas, vt arbitror, prudentum auctoritate comprehendat, nullam enim fere iuris vim habebant haec reſponſa, niſi ſecundum ea ſemel atque iterum iudicatum eſſet: ſed & de iſtorum ſententia aut alicuius eorum decernebant iudices.* Non ita placent, quae ſcripſit *Gu. van der* MÜLEN *r*), qui, relata TVLLII iuris ciuilis finitione, indeque dubio formato PAPINIANEAM defectu laborare, quia res iudicatae omiſſae, *verum cum Rittershuſio reſpondendum*, pergit, *ſententiam non eſſe ius, neque ius facere, niſi inter quos dicta eſt. L. 50. §. 1. D. de Legat. L. 1. C. de Sentent. & Interl. Sententia quoad alios non facit ius, niſi vel perpetuo ſimiliter iudicatum ſit arg. L. 38. D. de LL. vel de ſtatu alicuius, vt de ingenuitate, pronuntiatum ſit: ibi enim res iudicata habetur pro veritate L. 25. D. de ſtat. homin. L. 207. D. de R. I.* Quin imo tali reſponſione PAPINIANI cauſa magis vulnera-

p) *Commentar. ad L. 2. §. 5. D. de O. I.*
q) *Commentar. Iur. Ciuil. Lib. I. cap. 15. n. 6.*
r) *Exercitat. in Tit. Dig. de Iuſt. & Iur. ad L. 7. d. t. p. 253.*

nerata fiat, quandoquidem res perpetuo ſimiliter iudicatas huc omnino referre debuiſſet, quum, vt ipſe Vir doctus confitetur, illae ſint inſtar legum ſeruandae: reliqua vero, de iudicati valore intuitu tertii prolata, huc non pertinere, nemo non videt. In tanta igitur diuerſitate quid faciendum, ſane quaeritur? Nam cum *Fr.* BALDVINO *s)* id tamquam ſingulare huius notionis allegare, dubium nec ſubmouere, ſatis eſſe non videtur. CONANO per omnia accedere non poſſumus, cum in confeſſo ſit, reſponſa Prudentum poteſtatem a iudicatis haud exſpectaſſe; quot enim & quanta in cauſis non controuerſis ſunt prolata, quae ex hac ſententia nullam poteſtatem habuiſſent? Hoc autem a vero propius abeſſe videtur, vel mutilum nos accepiſſe fragmentum, atque a ICto expreſſas, res iudicatas, a TRIBONIANI ſociis expunctas, quoniam IVSTINIANVS *t)* ſuis tantum deciſionibus tantam auctoritatem tribuerat paulo antea; vel ipſum Auctorem non omnes partes iuris, ſed praeſtantiores, enumerare, & auctoritate Prudentum res iudicatas comprehendere voluiſſe. Omnibus enim numeris abſolutam non eſſe iuris ciuilis notionem, adparet etiam inde, quod mores ſint omiſſi, iuris ciuilis fontem haud dubie efficientes, & ad quos in ſcriptis ſuis ſaepe PAPINIANVS ipſe prouocauit *u)*. Putabam antea, ICtum merum ius ciuile, vti ſe exprimebat CVIACIVS, aut *ius ciuitati Romanae proprium*, vt VLPIANVS *x)* & CAIVS *y)* loquuntur, & quod ſecundum PAVLVM *z)* *in ciuitate vtile* erat, definire voluiſſe, & propterea res iudicatas atque mores praetermiſiſſe, quod aliae gentes eosdem obſeruarent; ſunt tamen adhuc, quae premant iſtam coniecturam. Interim e PAPINIANO nemo facile idoneum argumentum petere poterit, atque monſtrare, res iudicatas ad partes iuris ciuilis non ſpectaſſe, quum grauiora pro confirmante opinione adſint teſtimonia. Graecus interpres parum officit

s) *Comm. ad* §. 2. *J. de J. N. G. & C. p.* 25. (Ed. Pariſ. 1554.)
t) L. 12. *C. de LL.* dat. 6. Kal. Nov. Decio V. C. Coſſ. 529.
u) Cf. *Euerard.* OTTO *Papinian. Cap.* X. §. 6.
x) *L. 6. pr. D. de I. & I.*
y) *L. 9. D. eod.*
z) *L. 11. D. eod.*

cit in his rebus, in historicis, quis nescit, quantos errores committere soleant? At ex POMPONIO varia depromi possent, nimirum quod ille, ius, ex disputatione fori ortum, pariter ac id, quod ex auctoritate prudentum venit, communi nomine iuris ciuilis appellatum esse, dixerit a), nec minus in ἀνακαιφαλαίωση iuris instituta hanc omiserit partem. b) Ad prius vero respondendum, validum inde non ducendum esse argumentum, quoniam ipse separauit disputationem fori a reliquis partibus, & quando ait, ei nomen collectiuum iuris ciuilis inditum, quoniam Prudentibus etiam ortum debebat; id tantam vim habere nequit, nam Peritorum arte iudicata sunt inuenta, atque in foro disputantes se gesserunt iudices potius, quam ICtos cauentes, respondentes, scribentes: ipse denique POMPONIVS rationem nominis in eo tantum posuit, quod aptius cognomen reperiri non potuit. Quoad alterum possumus obiicere, disputationem iure ciuili contentam, adeoque simul esse nominatam. Denique IVSTINIANI sanctionem c) quo vetuit ab exemplis sententias sumere, aliquis opponeret: sed huic dubio satis fecit *Iul.* PACIVS *a* BERIGA d), monstrauitque, multum interesse, an res perpetuo similiter iudicatae sint, an vero non; Et si placuit IVSTINIANO, reliquis, praeter sua decreta, iudicatis hanc vim denegare, non inferendum erit, illud semper obtinuisse.

§. V.

Variae de disputatione fori sententiae.

His igitur praemissis, ad illud veniendum est, quod antea promisimus, monstrandumque, disputationem fori speciem esse auctoritatis rerum iudicatarum, adeoque hanc omnino illius nomine posse appellari. Non semper ea obtinuit opinio, nam de disputatione fori disputarunt multi, in quibus vnicuique fere sua sententia est: praeter legitimae historiae scriptores, atque POMPONIANI fragmenti commentatores, quo-

a) *L. 2. §. 5. D. de O. I.*
b) *L. cit. §. 12.*
c) *L. 13. C. de Sentent. & interlocution.*
d) Ευαντιοφαν. *Centur. 1. qu. 16.*

quorum aliquot nomina infra dabo, cognita mihi sunt scripta & obseruationes *Gotl.* schlevogt e), *I. A.* helfeld f), *G. A.* ivst g), *I. G.* seeger h), *Herm.* cannegieter i), nam reliquorum, qui data occasione quaedam protulerunt, nomina hic non excitabo. In tanta vero scriptorum copia reprehendendum videri posset, cum ego, plus aequo forsan viribus fidens, de re satis explicata scribere suscipiam: at enim, quoniam de Iudicatis CViralibus, & in hoc iudicio obueniente disputatione, vel plane non tractarunt, vel pauca protulerunt, nec, si dicere licet, veram disputationis indolem assecuti sunt interdum, in quantum ad argumentum spectabat, hanc materiam iterum contemplari operae pretium fuit. Atque, vt aliorum sententias cognitas habeamus, olim de disputatione fori viri docti vel nihil protulerunt, vel auctoritati ICtorum eam adnumerarunt, sibique prorsus singularem, raevardi k) vestigia prementes, notionem formarunt: Nam in foro romano ad disputandum conuocatos esse ICtos, cum illo putarunt *I. G.* heineccivs l), *I. V.* gravina m), *Chr. G.* hoffmann n), *I. S.* brvnqvell o) *G.* noodt p) aliique. Reiiecerunt tamen ex antiquioribus illam opinionem *Des.* heraldvs q), *G.* schvbarth r), *C. O.* a boekeln s), me-

e) Progr. *de disputatione fori* Ien. 1724. & in *Opusc. de Sectis & Philosoph. ICtor.* (Ien. 1724.) *n. VIII.*
f) Prol. *de disputatione fori* Ien. 173[illegible] exstat nunc in *opusc. n. II.*
g) Epist. *de Disputatione fori* Lips. 1775.
h) Obs. *de Disputatione fori ab Augusto sublata:* in Diss. sist. *obseruationes iur. ciu.* Lips. 1768.
i) *Obs. Iur. Roman. Lib. III. Cap. 2.*
k) *De auctoritat. Prudent. Cap. XIV.* & *in Commentar. ad L. 1. D. de R. J.*
l) *Syntagm. Antiq. Rom. Lib. I. Tit. 2. §. 35.* & *Histor. iur. Civ. Lib. I. §. 51.*
m) *De Ortu & progr. Iur. Civ. Cap. XLI.*
n) *Histor. Iur. Rom. Lib. 1. Per. 3. S. 2. §. 3. not. e.*
o) *Histor. Iur. Rom. Part. 1. cap. 4.* & *Cap. 10. §. 14. p. 106.*
p) *Commentar. ad Tit. Dig. de Iust. & Iur.*
q) *De auctoritat. rer. iudicatar. Lib. II. cap. 1. §. 6.*
r) *De fatis Iurispr. Rom. Exerc. II. §. 57.*
s) *De diuers. Famil. ICtor. Cap. 1.*

meliorem scrutantes notionem disputationis; & nuper laudatus IVSTIVS Raeuardiam explicationem omnibus rationibus destituit, monstrauitque, loca ab istius defensoribus prolata illam non sustinere t). Interim nec praetermittendum est, RAEVARDI doctrinam & grauitati ICtorum valde contrariam esse; quis enim putabit, hos viros, quos Principes ciuitatis nominauit CICERO, nutu Praetorum iudicumue illico conuenisse, & quasi conductos pugiles in conspectu ciuium concertasse? LEYSERVS u) quidem nobis aliquando imponere voluit, Romae ICtos in contemtu fuisse, sed ipsius argumenta tanti ponderis non sunt, vt receptam de auctoritate tantorum virûm sententiam infirmare possent. Mittamus igitur RAEVARDVM. SCHLEVOGTIVS x) autem nobis hanc dedit nostrae disputationis rationem: *Erat igitur Disputatio Fori nihil aliud, quam interpretatio LL. XII. Tabb. doctrinalis, & versabatur circa verba dictarum LL. obscura. – – Haec igitur*

t) Neque locus CICERONIS *de Orator. Lib. I. c. 56.* adeo difficilis est, aut RAEVARDI sententiam reddit fere probabilem, vt putauit Vir doctus: retulit in eo TVLLIVS controuersiam inter Galbam & Crassum, quae vero confabulatio fuit priuata, et, si verum dicere licet, a Galba, calumniandi gratia, instituta, cum eloquentiae vi & apparentibus magis quam solidis argumentis Crassum comprimeret, perduceretque eo, vt, sibi paene verum videri, quod Galba diceret, confiteri cogeretur. Neque nos mouere debet disputationis facta a CICERONE mentio: cum qualemcunque ICtorum dissensionem aut concertationem ad fori disputationem referre non possimus; & disputationis verbum positum propterea, quoniam vltro citroque mentem exposuerant: Ad similes disputationes pertinere censeo locum TVLLII *Top. Cap. 15.* vbi disputationes ICtorum in respondendo obueniunt.

u) *Meditation. ad Pandect. Spec. VII.* & in, ab EODEM in *Supplem. ad Sp. V. in T. XI. p. 123.* allegato, progr. *de summo iurisprudentiae & ICtorum in romana rep. contemtu. Viteb. 1708.* Ad Ciceronis saltim loca frustra hanc ob rationem prouocari, sat eleganter docuit *Io.* LVZAC in *Obseruat. Apologet. pro ICtis Roman. ad loc. Cicer. pro Muraen. c. XI – XIII.* Lugd. Bat. 1768.

x) *de disputat. fori* in *op. de Sect. ICtor. p. 430. 31. 32. 34. 35.*

igitur obſcuritas, occaſionem dedit prudentibus, h. e. Pontificibus, ſuper verbis XII. T. diſputandi, & ea interpretandi, quae diſputationes non erant inanes, ſed ad locupletandos pontifices aptae, inprimis poſtquam LL. actiones — ciues in foro acturi, pro certo pretio redimere cogebantur – – Duplici igitur hamo hauriebant pontifices pecuniam ciuium: diſputatione & interpretatione XII. Tabb. & venditione actionum legitimarum – Diſputatio fori, a pontificibus incboata, continuata eſt poſtea per ICtos. – – Cum autem Pontifices in diſputatione fori circa verba XII. Tabb. haeſerint, & in nuda verborum explicatione laborarint, vltra progreſſi ICti, inprimis ſub impp. & praeter verborum explicationem in rationes LL. inquiſiuerunt etc. Permulti diſputationem fori ad intellectum LL. Xuiralium reſtringunt, attamen hac ratione, qua fecit SCHLEVOGTIVS, facile nemo: Obſcuritas Legum XII. Tabb. aſylum quaſi eſt, ad quod in plerisque caſibus confugiunt: non eſt negandum, poſteriori aeuo has ſanctiones fuiſſe obſcuras plurimis, ſtatim vero poſt promulgationem illud vitium adfuiſſe, legislationis hiſtoria credere non ſinit. Euaneſcit ergo de diſputatione circa legum verba, mox latis tabulis inſtituta, ſententia, & omnium minime cum teſtimoniis veterum SCHLEVOGTII mirae confictiones poſſunt conſiſtere. Fuit, cedo, apud Pontifices notitia iuris, retinuerunt illud diu in ſacris repoſitum, at idem prohibet, quo minus diſſenſum inter ipſos ſtatuamus; etenim ſic potentiam, quam his arcanis augere intendebant, certiſſime deminuiſſent. Neque POMPONIVS, cui ſolet teſtimonium denunciari, id affirmauit, quin potius contrarium ex illo probatur, dum, quotannis vnum e Pontificibus conſtitutum eſſe, qui priuatis praeeſſet, narrauit, quae aliter intelligi nequeunt, vt ex infra dicendis apparebit, niſi Pontifices, ne ſibimet ipſis in reſpondendo contrarii eſſent, vni dediſſe negotium, conſulentibus de iure reſpondere, actiones dare, faſtus, an nefaſtus ſit dies, docere. His ita comparatis, Pontifices omnium minime de ſenſu legum diſputare potuiſſe, manifeſtum eſt. Quae vero addidit aduerſarius, hac diſputa-

ſputatione & actionum venditione, ciuium loculos expilaſſe ſacerdotes, ea, vellem, probaſſet; nemo, quod ſciam, probatum dedit, ICtos venditaſſe ſcientiam; ego tantum, teſte M. TVLLIO, affirmare audeo, clientes ICtis interdum munuſcula obtuliſſe, quemadmodum antiquiſſimis temporibus, eadem patronis ſumere, e ciuitatis inſtauratoris Romuli lege, licuit: Satis erat Pontificibus aut Patriciis, vt plebeii nil, ſine auxilio ipſorum, poſſent efficere. Denique fori diſputationem olim circa verborum corticem haeſiſſe, & ICtorum ſub Impp. ſtudio aliam faciem nactam eſſe, itidem non eſt euictum, vt e ſequentibus appariturum eſſe ſpero, quamobrem nihil hic amplius adiicio, niſi SCHLEVOGTIVM, quod multis contigit, diſſenſiones ICtorum cum diſputatione fori in reliquis confudiſſe. Neque hic ego referam, quam argute, ſi DIs placet, alii iudicare ſoleant, atque rationes proferre, num de Legibus diſputare conueniat, & hoc inſtitutum num Romanis fuerit vtile; me ad Illuſtr. HELFELDI de diſputatione fori ſententiam conuertens, qui quidem *omnem de legis ſententia in foro obuenientem controuerſiam, fori dictam fuiſſe diſputationem* arbitratur y), laudato eam ob rationem CICERONE z), e cuius verbis triplicem conſtituit fori diſputationem; primo inter ipſos iudices, deinde inter eos, qui cauſas orarunt, denique inter auditores in foro. Verum TVLLII verba non ad hanc, de qua agimus, diſputationem, ſed ad patronorum & oratorum, de vi legis cuiusdam, in accuſandis vel denfendendis reis, diſceptationes ſpectare, referendaque eſſe, tam ex antecedentibus quam e toto Topicorum fine liquet. Quoad

y) pr. *de diſp. fori* §. 5.
z) cuius verba e *Topic. Cap. XXV.* haec ſunt: *Quoniam lege firmius in controuerſiis diſceptandis eſſe nihil debet: danda eſt opera, vt legem adiutricem & teſtem adhibeamus. In qua re alii ſtatus exiſtunt noui, qui appellantur diſceptationes legitimae. Tum enim defenditur non id legem dicere quod aduerſarius velit, ſed aliud: id autem contigit cum ſcriptum ambiguum eſt, vt duae differentes ſententiae accipi poſſint. Tum opponitur legi voluntas ſcriptoris, vt quaeratur: verbane plus quam ſententia valeat?*

Quoad diuersas fori disputationes autem, eatenus haec diuisio posset admitti, quatenus ista verba in latissimo sensu sumantur: cum vero disputatione fori aliquem iuris ciuilis fontem morumque partem comprehendamus, & patronorum & auditorum dissensiones in censum venire non posse, quis est, quin videat? Ceterum de eadem aduocatorum in foris s. iudiciis disceptatione AVCTOREM *Dial. de caus. corrupt. Eloq.* a) intelligo, cum scribit: *Venerunt ad eum M. Aper, & Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri: quos ego in iudiciis non vtrosque modo studiose audiebam, sed domi quoque – assectabar – vt fabulas quoque eorum & disputationes – exciperem.* Et fallor, aut IDEM b) his disceptationibus, eloquentiae maxime proficuis, opposuit *pacem in foro.* Tandem vero plurium hodie sententias eo redire video, disputationem fori & auctoritatem rerum iudicatarum, vnam esse & eandem iuris ciuilis partem. Ita quidem rem proposuerunt *Fr.* CONANVS c) *I. A.* BACH d), illumque sequentes *C A.* MARTINI e) atque *C. A.* IVSTIVS; f) nec non Illustr. *G. S.* MADIHN g) *C. C.* HOFACKER h) *Herm.* CANNEGIETER i). Statuerunt id inprimis eam ob causam, quia, vbi disputationem allegatam deprehenderunt, omissas inuenirent res iudicatas. Atque haec opinio est amplectenda, si modo paulo curatior definiatur, ne speciem pro genere arripiamus. Faciam igitur, exposita vera disputationis indole

a) *Cap. II.*

b) Cap. XL. his verbis: *Nostra quoque ciuitas donec errauit, donec se partibus, & dissensionibus & discordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in senatu concordia, nulla in iudiciis moderatio — — tulit sine dubio valentiorem eloquentiam.*

c) *Commentar. Iur. Civ. Lib. I. Cap. 16. n. 6.*

d) *Histor. Iurispr. R. Lib. II. C. 2. Sect. 5. §. 1.*

e) *Ordo histor. Iur. ciuil.* (Vienn. 1757.) *Cap. IV. §. 29. p. 85.*

f) *citat. Epistol.*

g) *Institut. Iur. Ciuil. §. 129.*

h) Disp. *de Iure consuetudinis sec. doctr. Iur. Nat. & Roman.* (Tubing. 1775.) *Cap. II. §. 36.*

i) *Obseruat. Iur. Rom. Lib. III. Cap. 2.*

dole, quid mihi de hac re videatur, monſtrandi periculum: certe & hic poterat dici cum Nobiliſſ. Caeſaribus CONSTANTIO & MAXIMIANO k), *falſa demonſtratione mutari ſubſtantia veritatis minime poteſt.*

§. VI.

Noſtra de Diſputatione fori coniectura proponitur.

Verborum autem vim ſi intuemur, diſputationem hic etiam concertationem & diſſenſionem denotare, palam erit. Sed qualem? Diſſidiumne quodcunque in foro aut ICtos inter obueniens? Nequaquam. Manarunt inde tot errores, quoniam multi, Prudentum controuerſia diſcordiaque reperta, illico ſibi diſputationem forenſem finxerunt; imo quod magis adhuc eſt, in libris diſputationum ICtos harum contentionum capita expoſuiſſe, putarunt l), cum tamen iſtius generis volumina ab auctoribus, exercitationis doctrinaeque gratia, videantur conſcripta, in quibus ſubtiliſſima iuris capita inueſtigarunt, explicarunt. Adpoſite ſcripſit igitur *Herm.* CANNEGIETER m): *Nos vero diſtinguendum cenſemus inter diuerſas ICtorum ſententias, quae & recte diſputationes dicuntur: illae non ius dabant, ſed hae; illae aut reſponſis aut libris propoſitae auctoritatem quidem tantam, quanta auctori erat, inducebant, non ius; illae domi & otio conceptae, hae in foro diſputatae, legis vigorem habebant.* Contentionem intelligimus potius in foro habitam inſtitutamque. Forum hic non niſi locum Iudicii ſignificat, quo ſenſu frequenter apud Auctores obuenit: Ita FESTVS n), *Forum*, inquit, *plurimis modis intelligitur — — alio in quo iudicia fieri, — ſolent.* Atque VARRO o): *Quo conferrent ſuas controuerſias & quae vendere vellent, & quae-que.*

k) *L. 5. C. de Iur. & fact. ignorant.*

l) Ita ſentiunt *I. V.* GRAVINA *De Ort. & Progr. I. C. cap.* 41. *Chr. Ott. a* BOEKELN *de famil. diuerſ. ICtor. cap.* 1. *G.* SCHLEVOGT *cit. progr. I. S.* BRVNQVELL *Hiſtor. Iur. P. I. C. 4. §. 6.* G. EBERLIN, *de Or. Iur. C. VI. n.* 3. Aliique.

m) *Obſeruat. Lib. III. cap.* 2.

n) *De V. S. v. forum.*

o) *De Ling. latin. Lib. IV*

que. Plura dabit loca *Barn.* BRISSONIVS *p*), tam Veterum, quam iuris nostri. Atque in hoc significatu velim sumas fori vocem, quod cum non fecerint RAEVARDVS atque HEINECCIVS, intelligentes locum publicum, vbi ciues conuenire solebant, lapsi sunt. Proinde disputatio fori esset contentio quaedam in iudicio, igiturque aliae concertationes, ICtorum etiam, in censum non veniunt. Sed in ipsis iudiciis diuersae obuenerunt disputationes, patronorum, clientum, iudicum; num omnes huc pertinent? Nihil minus; Nam Patroni de iure licet inter se disputauerint, tamen illud inuertere ad salutem clientum litigantiumque, & vt causam opportuniorem redderent suam, operam dederunt, quamobrem ex eorum contentionibus certi nihil confici potuit, qui mox in hanc, mox in aliam & oppositam partem inclinarunt *q*). Ad partium allegationes, praeterquam

V 2

p) *De Verb. Signific. h. v.*

q) Quod ipsum locus CICERONIS *de Orat. II*, 7. laudatus ab Illustr. PÜTTMANNO *de Iud. Curiano*, *supr. pag.* 222. *not. d.* illustrat. Cui alterum adiicere possumus EIVSDEM in *Orat. pro Cluentio c.* 50. *Sed errat vehementer, si quis in Orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates nostras consignatas se habere arbitratur: omnes enim illae orationes, causarum, & temporum sunt, non hominum ipsorum ac patronorum. Nam si causae ipsae pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem; nunc adhibemur, vt ea dicamus, non quae nostra auctoritate constituantur: sed quae ex re ipsa causaque ducantur etc.* Et, ne desit exemplum, idem Crassus, qui in iudicio Curiano, contra Scaeuolam scriptum ius defendentem, aequitatem propugnauerat, idem ille, inquam, strictum ius vrsit in causa Sergii Auratae, contra Antonium, aequitatis rationem suadentem. Audi CICERONEM *de Offic. III*, 16. *M. Marius Gratidianus, propinquus noster, C. Sergio Oratae vendiderat aedes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. Hae Sergio seruiebant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Adducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Ius Crassus vrgebat: quod vitii venditor non dixisset sciens, id oportere praestari; aequitatem Antonius; quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas vendidisset, nihil fuisse necesse dici: nec eum esse deceptum, qui id, quod emerat, quo iure esset, teneret.* Quod iudicium memoratur etiam

quam quod de facto plerumque fierent, similem ob causam attendi nequit. Restant igitur hi, quorum erat officium sententias ferendi, quibus controuersiae dirimendae, quosue iudicum nomine supra in vniuersum comprehendi. Ad horum concertationes nobis vnice respiciendum est. Fuit itaque, me iudice, disputatio fori, illorum, quos oportebat sententiam vel decretum inuenire concipereque, in iudiciis atque tribunalibus, concertatio, ad inueniendam sententiam reperiendumque decretum instituta, quae quodue e Legibus atque Moribus vel plane non, vel difficulter poterat concipi. Iam vero vel ipsi iudices, sicut CViri, sententiam inuenire debebant, vel Assessores aut Consiliarii eorum atque Magistratuum: adeoque contentio de sententia reperienda, inter ICtos, siue iudicum munere fungentes, siue consiliariorum, obueniens, disputationem fori constituit, & per τὸ fori ἐπίθετον, a reliquis Prudentum dissidiis secernitur, inque iudiciis obuenire monstratur. Cum vero disputauerint Iudices aut Assessores ad inueniendam sententiam, concertarunt de iure omnino, partim ex quo illius fonte principia ad dissoluendam litem petenda, partim quo modo iudicatum sit formandum. Nam quaeso cui bono & in quem finem de iure & aequitate diuersae fuissent opiniones prolatae, rationibus firmatae, disceptationeque propugnatae, nisi hoc medio in controuersiam deductae quaestiones fuissent componendae? Hac igitur occasione permulta iuris capita vel constitui, vel legum sententiae, quae aliter incertae fuissent, explicari poterant. Ex opinione tamen, victoriam e pugna reportante, cum iudicatum conficeretur, illud disputationis erat effectus, & haec illius causa: in eum

etiam ab EODEM *de Orat. I, 39.* Quorsum vero haec? Vt intelligas ad disceptationes Patronorum de iure, aut legibus, aut vllo omnino, spectare nos non posse, propterea, quod illi pro causarum diuersitate diuersas opiniones propugnauerint. Ceterum nollem e verbis TVLLII pro Cluentio, fidem Ipsius, inprimis historicam, infringere, vti fecit *Fr.* BALDVINVS *de Institut histor. eiusque cum Iurispr. coniunct. Lib. I. p. 120.* (Ed. Gundl.) Mihi potius arrisit explicatio & opinio *Connyer.* MIDLETON. *in Vit Ciceron. T. III. p. 493. not. e.* vers. *Germ.*

eum enim finem disputatum erat, quando iudices de constituenda sententia inter se conuenire non potuerant, propterea quod regula, qua lis examinanda vel esset in erta, vel deficeret penitus. E sententiis res iudicatae veniunt (§. 2), quae, si se inuicem perpetuo similiter exceperunt, siue, si eadem principia aequaliter assumta, &, licet de iis disputatum, semper obtinuerunt, per auctoritatem illarum in iuris ciuilis ambitum introducuntur & disputatione fori, causa pro effectu posita, obtinuisse dicuntur. Hinc vero mihi simile quamobrem iuris ciuilis capita, rebus iudicatis orta, disputationi fori possint adscribi, nosque possimus affirmari, disputationem fori speciem rerum iudicatarum conficere. Quodsi ergo disputationis fori nomine, rerum iudicatarum auctoritatem complectimur, vti fit, fierique potest, species pro genere posita, & nomen ab eo, quod plerumque contingit, petitum est. Nam perperam aliquis affirmaret, de quibuscunque capitibus, rebus iudicatis introductis, disputatum esse antea; varia potius videntur communi iudicum consensu recepta, & deinde per manus quasi tradita, quae partim ad dissoluendas controuersias apta, partim ad formam iudiciorum spectarunt. Iudicum vero dissensiones tam de LL. Xviralibus, quam de aliis suboriri potuisse manifestum est, sed aeque bene de iure nondum constituto, & de aequitate, atque de ea praesertim. Nam vt recte QVINCTILIANVS r): *quaestio iuris omnis, aut verborum proprietate, aut aequi disputatione, aut voluntatis coniectura, continetur.* Nae igitur egregie fallatur, qui nostram disputationem ad solam Xvirorum sanctionem restringat, quae quamquam occasionem subministrasse videatur, tamen pro vnica causa haberi nequit. Nae porro arctioribus, quam par est, nostrum fontem includat limitibus, qui, quosdam vti Viros doctos statuere video, duntaxat in CVirali iudicio tales obuenisse disceptationes, sibi aliisque persuadere conetur s): obuenit potius in aliis iudiciis, & a ICtis

 &

r) *Instit. Orator. Lib. XII. cap. 5.*

s) Quare mihi quidem recte *C. A.* KEVFFEL *in histor. Auctor. Prudent. Sect. III.* §. 28. id in BACHIO reprehendisse videtur: quamquam in reliquis ei adscentire nequeam.

& a iudicibus instituta. Id modo concedendum, apud CViros iurium peritos disputationes eiusmodi frequentiores obuenisse, & concertationes in isto summo, reip. temporibus, atque splendidissimo tribunali inter peritos iudices agitatas, nobilissimam disputationis fori effecisse speciem. Neque tamen & inter CViros aliam ob rationem habitae sunt, nisi ad indagandam sententiam, verumque aequitatis inueniendum praeceptum, e quo iudicatum formarent.

Habes qualemcumque de Disputationis fori indole coniecturam, quam tuo iudicio, Doctiorumque examini, lubenter subiicio, eaque se tibi forte magis commendabit, si Originem atque fata illius nobiscum perlustraueris.

§. VII.

Origo & progressus fori disputationis.

Auctoritatis rerum iudicatarum speciem cum disputatio fori constituat, nemini, quando illa recentiorem hanc esse putamus, mirum videbitur: ita tamen est. Disputationes CVirorum quidem prius, quam istud iudicium institutum est, adesse haud potuerunt, at quoniam & in aliis iudiciis concertationes adfuere, & ex iis forsan iuris sunt capita enata, facile liquet, eas antiquiores esse. Atque POMPONIVM si sequimur, post XII. Tabb. demum disputatio fori orta est. Certe antiquissimis temporibus,

Dum populus pauper, dum noua Roma fuit
Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis vlua torum
Iupiter angustus vix totus stabat in aede,
Inque Iouis dextra fictile fulmen erat.
Frondibus ornabant, quae nunc Capitolia gemmis;
Pascebatque suas ipse senator oues; r)

non opus erat rationibus, ex analogia iuris, aut intima Philosophia depromptis, ciuium causas dirimere, leges, licet paucae, litibus componendis sufficiebant, & a Regibus illae,

r) OVID. *Fastor. Lib. I. v. 198. seq.*

illae, normis deficientibus certis, e moribus patriis ex arbitrio, iureque omnibus gentibus communi, componebantur. Poſtea Seruius Tullius quinquaginta de contractibus atque delictis leges, teſte DIONYSIO HALICARNASSEO u), promulgauit, in fauorem plebis, cuius potentia contra voluntatem patrum regiam occupauerat ſedem, easque iudicibus, a ſe in priuatis negotiis conſtitutis x), propoſuit, vt ſcirent quod ſequerentur. Inſtituta republica, has Tullii, a Tarquinio ſuperbo ſuppreſſas, leges reuocauit Iunius Brutus Conſul, easque ipſe & proxime ſequentes obſeruarunt, ſed exoleuerunt cum reliquis, ſtudioque Patrum incertum ius factum eſt. *Nam*, vt recte CICERO y) dicit: *omnia ſunt incerta cum a iure diſceſſum eſt, nec praeſtari quicquam poteſt, quale futurum ſit, quod poſitum eſt in alterius voluntate, ne dicam libidine.* Creati enim Tribuni plebis, mire Senatum & optimates interceſſionibus rogationibusque agitabant, illi democratiam inſtituere, hi ariſtocraticum regimem, quod huc vſque adfuerat, retinere, firmare, extendereque cogitabant. Itaque cum Patricii aliter plebem continere vix poſſent, vehementer illam in iudiciis, a ſolis Magiſtratibus patriciis adminiſtratis, laedebant; hinc illae lacrimae & de certis legibus querelae. Neque igitur recte mihi in dubium vocaſſe videtur Doctiſſ. *Ioan.* LVZAC z) quod, teſtibus hiſtoriae monumentis, ab omnibus affirmatum, Patrum ſtudio ius incertum eſſe red-

u) *Lib. IV. p. m. 117. Deinde leges de contractibus & iniuriis tulit; quas curiatis comitiis ratas fecit. Erant autem numero quinquaginta, quarum mentionem facere iam non eſt opus.* Ego vero pro *iniuriis* ſubſtitui *delictis*, ſecutus *Ge.* D'ARNAVD *Var. Coniectur. Lib. I. c. VI.* Verba graeca ſunt καὶ τῶς περὶ τῶν ἀδικημάτων ſc. νόμους: niſi quis ſub iniuria, omne id, quod ſine iure fit, & contra illud eſt ſuſceptum, intelligere mallet.

x) Vid. DIONYS. HAL. *Lib. IV. p. m. 121. Priuatorum negotiorum vero, priuatos iudices conſtituit, quibus leges a ſe latas vt regulas praeſcripſit, quas in iudiciis & rebus decidendis ſequerentur.*

y) *Ad Diuerſ. Lib. IX. Ep. 16.*

z) *Obſ. Apologet. pro ICt. Rom. Cap. I.* §. 21. Arbitratus, nobis praeter locum CICERONIS *de Orat. Lib. I. c. 41. Veteres*

redditum. De rebus creditis lites atque de foenore illicito a Patriciis Magistratibus solebant aspere componi, inque detrimentum depauperatae plebis, vt de Appio Claudio Cos. LIVIVS a) narrat. Sequebantur alii antecessorum exempla, & quantum in iis erat, debitores plebeios supprimebant. Cepit inde L. Quinctius Cincinnatus, qui vt OVIDIVS b):

Iura dabat populis, posito modo Consul aratro,

summam gloriam, quod diu intermissum ius summa lenitate diceret, teste DIONYSIO c). Atque hoc incerto iure coepit ali, populus, prope viginti annis, narrante POMPONIO scilicet ante XII. Tabb. & licet in Iure Papiriano regiae leges comprehensae essent, tamen id parum iuuit plebeios, cum studio & de industria non obseruatae sint, sicque exoleuerint. d) In his mihi videor causam desuetudinis LL. regiarum inuenisse, non in singulari erga nomen regium odio; oderunt quidem Reges, sed instituta retinuerunt, legesque coluerunt, & postea Patricii aristocratiae potentiaeque suae confirmandae causa, regii nominis odium apud plebem fouerunt. Tandem Le-

teres illi, augendae potentiae suae causa, peruulgari artem suam noluerunt; etc. nullum hac de re veterum adesse testimonium, & occultationem factam esse propterea, quod VALER. M. teste, pars sacrorum fuerit ius. At enim historiam illorum si legeris temporum, me non inique Patriciorum fraudibus illud adscripsisse, inuenies.

a) *Lib. II. Cap.* 27. aliisque locis.

b) *Fastor. Lib. I. v.* 207.

c) *Lib. X. p. m.* 338. *Sedato autem tumultu ius diu intermissum rogantibus reddidit, & maximam litium partem ipse ex aequo & bono diiudicauit, per totum diem pro tribunali sedens, omnibusque ad disceptandum in ius venientibus se facilem, lenem, & humanum praebuit.*

d) Conscriptae exstiterunt, auctore POMPONIO *L.* 2. §. 2. *D. de O. I.*, in Iure Papiriano omnes leges regiae, quae narratio potest defendi, & argumenta BACHII, aliorumque negantium, numquam mihi idonea satis sunt visa, non est tamen hic locus ea expendendi. Ratio collectionis in eo sita est procul dubio, quoniam eiectis Regibus, Numae, Seruii Tullii, & aliorum leges in vsum sunt reuo-

Leges illae XII. Tabb., fons iuris publici priuatique, latae perlataeque, breues illae quidem, at iis temporibus aptissimae, & ad ea, quae tum obuenerunt, negotia sufficientes satis: me non praeterit fuisse, qui vitium in eo reperire vellent, quod adeo breues compositae sint [e], verum rationes iustae adferri in contrarium possunt, quibus tamen hic omissis, id tantum animaduerto, Patricios, his legibus latis, quaesiuisse regnum iudiciale, huc vsque exercitum, retinere, ideoque varia ad hunc finem consequendum excogitasse, quo rudis plebecula ipsorum auxilio adhuc indigeret. Potuerunt id pontificum atque consulum ope expedire; igiturque tam vehementes de communicando Consulatu contentiones Patrum cum tribunis, quibus, per admissionem Plebeiorum ad istud honoris fastigium, sublatis, Praetoris, qui ius diceret, e patriciis solis eligendi, institutione, Patres vulnus ipsis inflictum mederi, & potestatem, in iudiciis alias amissam, restituere cogitarunt. Haec autem nos docere possunt, mox duodecim Tabb. promulgatis disputationem fori oriri vix potuisse, sed postea, quam & in his, quas paulo antea narraui, mutationes contigerant. Quandoquidem vero POMPONIVS affirmare videatur, latis XII. tabulis hanc disputationem natam esse, inprimis quoniam originem actionum legitimarum ad eadem

reuocatae, quum, in tam turbido rerum statu, instauratores libertatis nouas leges condere non valuerint. Colligendae eo magis videbantur, quoniam superbus Tarquinius memoriam priscarum sanctionum aboleuerat omnem, & ne tabulas quidem, quibus incisae, reliquerat, sed, teste DIONYSIO *Lib. IV. p. m. 130.* sustulerat. Factum autem ius Papirianum μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων post eiectionem Regum, in quo conueniunt DIONYSIVS atque POMPONIVS. Hinc non est, quod cum HEINECCIO *Obs. histor. de Iure Papirian. §. V. in. Op. Minor. n. I. p. 6.* statuas, ius Papirianum eo tempore, quo referente DIONYS. *Lib. X. init.* fuit ius incertum, nondum fuisse collectum: nam etsi iam adfuit, tamen non obseruatae sunt leges illo contentae, plebeiis, pauperibus, debitoribus, atque a potentioribus circumuentis, prospicientes, a Patriciis magistratibus suppressae & sensim exoletae.

e) v. c. *Chr.* THOMASIVS *in Naeuis Iurispr. Anteiustinian. Lib. I. Cap. 3. naev. 6.*

dem referat tempora, atque concludat: *& ita eodem paene tempore, tria haec iura nata sunt, L. XII. Tabb., ex his fluere coepit ius ciuile, ex iisdem legis actiones expositae sunt f)*; tamen secus mihi videtur. Nam primo, si perpendimus, in hoc fragmento, non nisi summa historiae legum capita enarrari, &, vt RVPERTVS g) ait, *Enchyridion ab aliis in nouam epitomen redactum, atque ita factum, vt hodie connexi rationes vix appareant*, quin imo varia, inter se ab Epitomatore connexa, longo interuallo se inuicem excepisse, plurimorum vero origines nec accurate satis esse expressa; ad temporum rationes, siue illam innuentes coniunctiones, tam accurate religioseque haud esse spectandum, sane dabimus facili negotio. Sin vero putes, ad verba vtique nobis attendendum esse, ac omnia ponderanda, etiam minutissima quae videantur, ea propter, quod olim ad filum huius fragmenti Antecessores, originem & processum iuris ciuilis, exponere oportuit; me assentientem habebis, cum locus SEXTI nobis opituletur quoque. Enimuero ICti narratio ita non est comparata, vt disputationem fori, cum Legibus XII. Tabb. simul natam, vel statim post eas institutam esse, absolute profiteatur; vti perperam sibi multi persuadent; caute potius verba *paene*, *coepit necessaria esse*, *coepit desiderari*, *coepit fluere*, sunt adhibita & subdubitanter posita. Tunc igitur, cum scripta iuris verba non sufficerent amplius, coepit interpretatio esse necessaria, coepit disputatio desiderari, atque iudicata, e rationibus & principiis, contentione inter iudices prolatis, confecta, quae legibus ῥητῶς comprehensa non videbantur. Quae cum ita sint, fragmentum Pomponianum generatim quidem tempus continet, at neque proximam occasionem prodidit, neque curatius originem definiuit: nec illud etiam, deficientibus monumentis, terminare audeo. Interea mihi semper haec disputatio antiquior CVirali iudicio visa est. Ferre nos opotet incertitudinem, quam in multarum rerum origine tolerare debemus: Certum modo est illam per-

f) *L. 2. §. 5. & 6. D. de O. I.*

g) *Animaduersion. ad Enchyrid. Pompon. Lib. I. c. 2.*

pertinere, ad mediam Iurisprudentiam, quae, definiente IVSTINIANO k), *erat quidem Lege duodecim Tabularum iunior, Imperiali dispositione anterior*, siue quod idem est, disputationem post XII. Tabb. sub republica ortam esse.

Mihi tamen neminem, si coniecturas quasdam de origine huius fontis proferam, inuisurum esse spero: Caussam scilicet, Legum Decemuiralium insufficientiam, dedisse credo; admiranda magnitudo, in quam sensim Romanorum ciuitas effecta est, mutatio morum summa, seueritatem priscarum legum respuens, cum aliis moratioribus gentibus populisque communio negotiatioque, tam magnam peperit intuitu Legum XII. Tabb. vicissitudinem, vt corpus istud iuris ciuilis tempore, quo conditum, plenissimum, perspicuum, aptissimum, crebro iam insufficiens, obscurum, nimisque durum esse videretur. Nam, vt OVIDIVS i),

> — *postquam Fortuna loci caput extulit huius*
> *Et tetigit summos vertice Roma Deos;*
> *Creuerunt & opes,*

creuerunt negotia varia, in quibus anceps, an tabularum dispositio quadraret, saepe ex aliis fontibus eorum decisionem esse petendam, certum erat. Quare, sicut sensim illas sanctiones interpretati sunt Prudentes, ita in iudiciis contentiones de Legum dispositione subortae sunt. Ipsa lingua latina magnam ex-

k) *Pr. I. de succession. agnator. Iac.* PERIZONIVS *ad L. Vocon. p. 198.* (Edit. Halens.) mediam iurisprudentiam, contra haec expressa verba, ab Hadriano ad Constantinum M. duxit, quem secutus HEINECC. *in Dig. T. de O. J. §. 45.* Haec enim diuisio, si de iure sub Impp. tantum sermo esset, admittenda quidem; verum quia IVSTINIANVS vniuersam iurisprudentiam distinguere voluit, a necessum est illum sequi. Sic & *M. Aur.* GALVANVS *de Vsufruct. Cap. VI. n. 7.* mediam Iurisprudentiam illud ius comprehendere statuit, quod ICtorum, qui post XII. Tabb. floruerunt, traditionibus sine scripto inductum est, s. ius ciuile, eique tribuit, quae post Decemuiralem sanctionem sensim paulatimque orta sunt.

i) *Fastor. Lib. I. v. 209. seq.*

dem referat tempora, atque concludat: *& ita eodem paene tempore, tria haec iura nata sunt, L. XII. Tabb., ex his fluere coepit ius ciuile, ex iisdem legis actiones expositae sunt f)*; tamen fecus mihi videtur. Nam primo, si perpendimus, in hoc fragmento, non nisi summa historiae legum capita enarrari, &, vt RVPERTVS g) ait, *Enchyridion ab aliis in nouam epitomen redactum, atque ita factum, vt hodie connexi rationes vix appareant*, quin imo varia, inter se ab Epitomatore connexa, longo interuallo se inuicem excepisse, plurimorum vero origines nec accurate satis esse expressa; ad temporum rationes, siue illam innuentes coniunctiones, tam accurate religioseque haud esse spectandum, sane dabimus facili negotio. Sin vero putes, ad verba vtique nobis attendendum esse, ac omnia ponderanda, etiam minutissima quae videantur, ea propter, quod olim ad filum huius fragmenti Antecessores, originem & processum iuris ciuilis, exponere oportuit; me assentientem habebis, cum locus SEXTI nobis opituletur quoque. Enimuero ICti narratio ita non est comparata, vt disputationem fori, cum Legibus XII. Tabb. simul natam, vel statim post eas institutam esse, absolute profiteatur; vti perperam sibi multi persuadent; caute potius verba *paene*, *coepit necessaria esse*, *coepit desiderari*, *coepit fluere*, sunt adhibita & subdubitanter posita. Tunc igitur, cum scripta iuris verba non sufficerent amplius, coepit interpretatio esse necessaria, coepit disputatio desiderari, atque iudicata, e rationibus & principiis, contentione inter iudices prolatis, confecta, quae legibus *ῥητῶς* comprehensa non videbantur, Quae cum ita sint, fragmentum Pomponianum generatim quidem tempus continet, at neque proximam occasionem prodidit, neque curatius originem definiuit: nec illud etiam, deficientibus monumentis, terminare audeo. Interea mihi semper haec disputatio antiquior CVirali iudicio visa est. Ferre nos opotet incertitudinem, quam in multarum rerum origine tolerare debemus; Certum modo est illam per-

f) *L. 2. §. 5. & 6. D. de O. I.*
g) *Animaduers. ad Enchyrid. Pompon. Lib. I. c. 2.*

pertinere, ad mediam Iurisprudentiam, quae, definiente IVSTINIANO h), *erat quidem Lege duodecim Tabularum iunior, Imperiali dispositione anterior*, siue quod idem est, disputationem post XII. Tabb. sub republica ortam esse.

Mihi tamen neminem, si coniecturas quasdam de origine huius fontis proferam, inuisurum esse spero: Caussam scilicet, Legum Decemuiralium insufficientiam, dedisse credo; admiranda magnitudo, in quam sensim Romanorum ciuitas effecta est, mutatio morum summa, seueritatem priscarum legum respuens, cum aliis moratioribus gentibus populisque communio negotiatioque, tam magnam peperit intuitu Legum XII. Tabb. vicissitudinem, vt corpus istud iuris ciuilis tempore, quo conditum, plenissimum, perspicuum, aptissimum, crebro iam insufficiens, obscurum, nimisque durum esse videretur. Nam, vt OVIDIVS i),

— postquam Fortuna loci caput extulit huius
Et tetigit summos vertice Roma Deos;
Creuerunt & opes,

creuerunt negotia varia, in quibus anceps, an tabularum dispositio quadraret, saepe ex aliis fontibus eorum decisionem esse petendam, certum erat. Quare, sicut sensim illas sanctiones interpretati sunt Prudentes, ita in iudiciis contentiones de Legum dispositione subortae sunt. Ipsa lingua latina magnam ex-

h) *Pr. I. de succession. agnator. Iac.* PERIZONIVS *ad L. Vocon. p. 198.* (Edit. Halens.) mediam iurisprudentiam, contra haec expressa verba, ab Hadriano ad Constantinum M. duxit, quem secutus HEINECC. *in Dig. T. de O. J.* §. 45. Haec enim diuisio, si de iure sub Impp. tantum sermo esset, admittenda quidem; verum quia IVSTINIANVS vniuersam iurisprudentiam distinguere voluit, a necessum est illum sequi. Sic & *M. Aur.* GALVANVS *de Vsufruct. Cap. VI. n.* 7. mediam Iurisprudentiam illud ius comprehendere statuit, quod ICtorum, qui post XII. Tabb. floruerunt, traditionibus sine scripto inductum est, s. ius ciuile, eique tribuit, quae post Decemuiralem sanctionem sensim paulatimque orta sunt.

i) *Fastor. Lib. I. v. 209. seq.*

experta variationem, & quoniam ea, in qua leges istae scriptae antiqua erat, de verborum quoque sensu disputandum fuisse, manifestum est. Sed exinde quoque patet, statim post sanctionis Xviralis promulgationem, id non potuisse contingere, siquidem tunc vnicuique lingua legum cognita erat, & CICERO ea propter Xvirorum laudauit solertiam, quod exquisitissimis verbis mentem expresserint suam. Sequentibus demum annis mutata est lingua, & POLYBIVS k) refert modo: *tanta facta est mutatio Romanae linguae ab ea tempestate*, (intelligit Consulat. *L.* BRVTI & *M.* VALERII) *in hodiernum diem, vt etiam, qui antiquitatis peritissimi, pleraque non nisi difficulter intelligant.* Igitur temporum culpa fuit, non auctorum caliditas, & apposite de his LL. GELLIVS l): *Obscuritates non assignemus culpae scribentium, sed inscitiae non assequentium, quamquam hi quoque ipsi, qui, quae scripta sunt, minus percipiunt, culpa vacant. Nam longa aetas verba atque mores veteres obliterauit, quibus verbis moribusque sententia legum comprehensa est.* Neque vero de solis XII. Tabb. disputatum est, cum potius varia, partim aliis legibus, partim moribus inducta, de quibus, quomodo possent accommodari negotiis, inter eos contentiones produxerunt, quibus sententiam condere incubuit; ad Aequitatem porro respicientes interdum non minus de eius regula conuenerunt, quae incerta est, adeoque hominum iudicio vt plurimum relicta, & sensu potius, percipi, quam certa & absoluta definitione circumscribi potest. Recentior haec disputatio fori debet esse temporibus illis, quibus apud solos Patricios & Pontifices, legum iurisue peritia erat, nam, vt supra (§. 5.) dixi, his sibi disputationibus nocuissent; ad euitandos dissensus fecerunt potius, quod POMPONIVS m) narrat, scilicet *constituerunt vnum, quis quoquo anno praeesset priuatis, & fere populus annis prope centum hac consuetudine vsus est.* MVRETVS

k) *Historiar. Lib. III. p. m. 194.* Ex interpr. *Nic.* PERROTTI (Lugdun. ap. Gryph. 1542.)
l) *N. A. Lib. XX. c. 1.*
m) *L. 2. §. 6. D. de O. J.*

TVS n) suadet legere *quoque;* alii legunt *priuatus;* sed nullam video vulgatam linquendi causam: res ipsa a nemine praeter ICtum traditur, & sine dubio amplectenda videtur interpretatio a *B.* BRISSONIO o), *G.* EBERLINO p), *G.* COCCEIO q), proposita, nimirum priuatos ab hoc pontifice, actionum formulas, deque iure responsa, petere debuisse, illumque, vt equidem coniicio, praepositum ideo fuisse, ne diuersas responsiones diuersi darent. MVRETO haec non placent, reticuit tamen meliora: at quoniam totius iuris scientia olim apud Pontifices fuit, non sacri tantum, aut actionum legis, vt putarunt quidam r), non dubitaui,

n) *Repetition. ad T. D. de O. J. cit. §. p. 24.*
o) *Select. Antiquitat. Lib. I. cap. 6.*
p) *De Orig. Iur. Ciuil. Cap. XII. n. 14.*
q) *Commentar. ad Pompon. p. 69.*
r) Inprimis id egit V. C. *Chr. Fr. Jmman.* SCHORCH in Obs. *ae Prudentib. ap. Roman.* in Append. *Delineation. Hist. I. C.* (Goth. 1766.) *p. 178. seq.* vt monstraret, POMPONIVM, in verbis: *Omnium tamen harum & interpretandi scientia* etc. Pontificibus actionum legis scientiam tantum tribuisse, ita inferens: *Loquitur potius ICtus, vti ex sequentibus adparet, vnice de Legis actionibus, earumque interpretandi scientia — Praeterea ait Pomp. L. 2. §. 6. de O. J. constitutum e Pontificibus, qui quoquo anno praeesset priuatis. Id vero de fastis & nefastis diebus, quorum cognoscendorum gratia pontifices potissimum consulebantur vnice intelligendum est.* Sed accedendum potius putaui *I.* CVIACIO *Obseruat. Lib. XVIII. c. 11.* & *Com. ad L. 2. §. 6. de O. J.*, quem & *G.* COCCEII *cit. loc.* aliique docti Viri secuti sunt; cum enim POMPONIVS in sequentibus actionum separatim mentionem fecerit, haud scio an apte τοὶ *interpretandi scientia* ad eas tantum trahi possint, &, me iudice, meliori argumento ad ipsas simul LL. XII. Tabb. referuntur. *Corn. van* BYNKERSHOECK *Praetermiss. ad d. §.* reprehendit CVIACIVM, legereque suadet *horum*, qua mutatione dissiparetur nubecula, vti putat: Eandem emendationem iam factam esse a MVRETO *ad d. §.* reperi, at, si quid video, ea probata, res non euadet clarior: comprehenderet enim istud verbum, in neutro genere intelligendum, omnia priora, adeoque etiam Leges Xvirales: Quum igitur vulgata lectio eundem, atque idoneum admittat sensum, quid opus emendatione? De fastis nefastisque diebus quae dixit

taui, POMPONII verba generatim accipere. Quae cum ita sint, altercationes de sensu legis Decemuiralis his temporibus adscribere non possumus, sed disputationem fori recentiorem esse putemus necessum est, quam & numquam instituissent, si omni aetate priscae leges fuissent aptae, nisique talia obuenissent negotia, quae ex iis componi non poterant, ac tanta morum vicissitudo, quae Legum pristinam sanctionem amplius non ferebat. Supersedemus merito disquisitionibus, an vtilis salutique publicae congrua ista disputatio, iurisque prudentiae attulerit emolumenta, aut incertum ea redditum sit ius, vt putabat *Chr.* THOMASIVS [s], propterea, quod non solum inutiles sint, sed ex iis, quae diximus, appareat, disputationem necessariam fuisse, quum, statim atque certa indubitataque regula deficiat, variae sint hominum, de eo quod iustum est, opiniones. Non denique vacat hic excogitatas rationes, quibus multi verba: *coepit esse necessaria d. f.* explanare voluerunt [t]), repetere, inprimis quoniam pleraeque sint eius indolis, vt consistere fere nequeant.

Hanc autem disputationem fori tantam initio nondum cogitare possumus, quanta postea facta; successu temporum progressa est, cepit incrementa, atque mirifice exculta est arte ICtorum. Nam vbi possem ego Philosophiae cum prudentia ciuili felicissimum coniugium silentio praetermittere, quae & artem scientiae dedit, &, vt aptior, comtior, solidior in dies fieret iurisprudentia, effecit [u]). Iam media republica istam inuenimus Romae cultam aestimatamque, &

dixit SCHORCHIVS eatenus vera sunt, quatenus a Pontificibus, penes quos e Numae instituto calendarii fuit cura, petebantur, quo minus vero ICtum ad responsa de iis restringam, in genere posita verba: qui *praeesset priuatis*, impediunt.

s) Etenim *citat. loc. Naev. VII. p. 11.* ad Naeuos retulit disputationem fori, eaque ius incertum esse factum arbitratus est.

t) Lege vero, si tibi placent, politica rationicia RVPERT. *ad Enchyrid. Pomp. Lib. I. c. 6.* & CANNEGIET. *cit. loc.*

u) Vid. Perillustr. D. NETTELBLADT. *Init. histor. litter.* §. 104.

& deinde, licet aliquando malum omen minaretur *), a principalibus viris amplexa, et in pretio habita, in sinu quasi educata celebrataque. Haec autem scientia saniora de aequitate principia genuit, effecit iurisprudentiam artem boni & aequi, eiusque sectatores meliori ratione diuersas opiniones in iudicio proposuerunt atque propugnarunt. Coeperunt simul Quirites aequum & bonum a stricto iure atque rigidiori separare, & horum, qui Philosophiae dederunt operam, diuersis doctorum opinionibus illatis prudentiae, fuerunt alii seueriores, alii leniores, aequiores. Quamquam enim florente libertate diuersas ICtorum familias nondum inueniamus, tamen Prudentibus aliis strictum ius, aliis aequitatem, placuisse magis, e variis dissidiorum exemplis colligi potest, quibus diuersis principiis imbuti iudices, vel eorum Consiliarii, in forum descendentes, ad formandam sententiam conuocati, non poterant non a se inuicem dissentire, & deficiente scripto iure, inter se disputare. Sic a paruis initiis orta disputatio sensim paulatimque creuit, donec ad supremum fastigium elata est.

§. VIII.

Quibus in iudiciis obuenit disputatio.

Ex iis, quae de origine disputationes fori adhuc coniecimus magis, quam certo affirmauimus, ad animaduertendum non difficile erit, eam in aliis, praeter CVirale, iudiciis obuenire potuisse; & certe iam ante istius institutionem adfuit. Tam Praetores in cognitionibus, quam priuatos iudices, ICtos in consilium adhibuisse, constat, quorum opera illi ad decreta formanda, hi ad sententias, tunc, cum ipsorum iudicio aliquid relictum, concipiendas, sunt vsi. Quo certius autem perraro variorum conuenire sententias, quando ex aequitate quicquam statuere cuiuis relictum est; eo faci-

*) Nimirum Fannio & Messala Coss. Senatus censuit: Philosophi Graeci vti Romae ne essent; quod SCtum seruauit nobis GELLIVS *N. A. Lib. XV. cap. 11.* de eo tamen cf. *Pagan.* GAVDENTII *init. & progres. Philosoph. ap. Roman. Cap. X.*

facilius conceptu, quo saepius in diuersa inclinarunt illi, quorum erat suarum rerum incertos, certos compotesque consilii dimittere, vt ne res temere tractent turbidas. Sed, instas, in priuatis iudiciis istum consiliariorum dissensum in formanda sententia obuenire non potuisse, quoniam tantum apud CViros tractatae fuissent difficiles atque perplexae controuersiae, & ex aequo bonoque definiendae, iudicem e contrario arbitrumue postulauerint partes, causae cognoscendae gratia, quos formula, futuram sententiam continente, instructos, datos esse sciamus? Itane? quem vero in finem iudices ICtos in consilium vocassent? causam quidem saepe homo priuatus cognoscere poterat, at ne semper quidem, nam vbi quaestio versabatur, an obligationes legitime a partibus contractae etc., ICto erat omnino opus. Deinde negaui *y)* in aliis iudiciis quaestiones iuris haud obuenisse, & GRAEVIVS *z)*, ad idem probandum, elegans e CICERONE attulit exemplum iudicii priuati, quod in iure versatum, & vbi de aequitate disputatum, cui plura addi possunt. Certe in arbitriis s. iudiciis bonae fidei plerumque e negotii natura, ex intentione partium, & ex rerum adiunctis, quid, quale, quantum partes se praestarent, definire necessum erat, quos nodos peritia iuris tinctus soluere poterat tantum, praesertim cum legum dispositio in plerisque nec terminata satis, nec sufficiens esset. Quamquam ergo normam in formula aliquam a Praetore accepisset arbiter, primarium tamen, nimirum praestationum aestimatio ex fide bona, quantum aequius melius, vt inter bonos bene agier oportet, ipsius iudicio relictum erat. In his igitur iudiciis ICti parati debebant esse, & quemadmodum diligentibus patronis, ad eorum prudentiam confugientibus, hastas ministrabant; ita iudicum ipsorum dissoluebant dubia, eosque sua doctrina instruebant. *Illi enim*, inquit CICERO *a)*, *dolum malum, illi fidem bonam, illi aequum, bonum, illi quid socium socio, quid eum, qui negotia aliena curasset, ei cuius*

y) *Animaduersion. ad Siccam. Lib. I. cap. 6. not. e.*
z) vid. *supr. p. 182.*
a) *Topic. Cap. XVII.*

eiius ea negotia fuissent; quid eum, qui mandasset, eumue, cui mandatum esset, alterum alteri praestare oportet; quid virum vxori, quid vxorem viro, tradiderunt. Verum ista nequaquam legibus adeo certe definita erant, vt a quocunque in obueniente facto aptissima sententia inueniri posset, & pronunciari, quin potius ex animi coniectura solaque sapientia plerumque terminanda essent, eoque facilius de tam dubiis rebus concertare potuerunt ICti, quo certius, sub Rep., non omnes vnius fuisse eiusdemque sententiae, sed alios acerbiores, leniores alios, cum quaestiones, in iudiciis motae, aequitatis rationem admitterent. Fortasse hanc ob rationem mox subiecit TVLLIVS: *Licebit igitur diligenter cognitis argumentorum locis, non modo Oratoribus & Philosophis, sed iuris etiam peritis, copiose de suis consultationibus disputare;* scilicet vt dissentientes rationes proferant, quibus confirmare opinionem satagunt, & e quarum pondere iudex aestimare queat, quaenam melior sit, & ad concipiendum iudicatum aptior. Prudentum disputationes differebant a Patronorum altercationibus, quum hi iudicem incertum reddere, inque suas partes trahere studerent, illi contra, partium causa non attenta, e factorum indole quid iuris esset definire intenderent, sicque de iure concertarent. His ita comparatis a vero procul abesse non videtur, & in praetoriis iudiciis s. priuatis disputationes frequentes fuisse, inque iis fori disputationes ortas esse, variaque hac occasione in iuris ciuilis ambitum introducta.

Sed redeamus ad CViros, quorum in consessu praecipue disceptationes de iure fuerunt: licet enim varia praeter dissidium iudicatis CViralibus constitui potuerint, & de quibus inter iudices non est disputatum; tamen non est dissimulandum, reip. temporibus CViros vbiuis paene, in diuersas partes abeundi, habuisse occasionem. Nimirum quoniam apud eos, perplexae legibusque haud definitae causae, solebant disceptari, eorumque iudicata, non tam e scripto, expedito, certo & indubitato iure, quam ex aequo & bono desumi; quin vni aequum, quod alteri iniquum, visum sit, nihil palpabilius est. Adposite scripsit QVIN-

CTILIANVS b). *Namque omne ius, quod est certum, aut scripto, aut moribus, constat: Dubium, aequitatis regula examinandum est. Quae scripta sunt, aut posita in more ciuitatis, nullam habent difficultatem, cognitionis sunt enim, non inuentionis; at quae consultorum responsis explicantur, aut in verborum explicatione sunt posita, aut in recti prauique discrimine.* Quadrant haec accurate ad CVirorum notiones & decisiones, praeeunte aequitate vt plurimum faciendae. Quis autem putabit iudices vnius alteriusque opinionis auctores, neque eam additis rationibus proposuisse, neque, a reliquis in dubium vocatam, negatamque, defendisse? His, si lubet, addas, CViros sententiae futurae formulas nec habuisse, nec, quod sciamus, ICtos in consilium vocasse c); igitur relicta erant omnia ipsorum iudicio, et potiori iure CVir, formula: *si quid mei iudicii*, sententiam suam auspicari poterat, quam pedaneus, quem facete propterea ridet CICERO d). Atque veteres, CViros a se inuicem diuortia non fecisse, nec de iure disputasse, vt inficias eant tantum abest, vt tamquam singulare notent, si quis e quadruplici iudicio omnibus consiliis atque sententiis discesserit e). Ipsi iudices igitur in hoc iudicio disputarunt, atque eam ob causam in CVirorum numerum prudentiae ciuilis, legitimaeque scientiae non imperitos, a Praetoribus legendos & lectos esse, conieci. Neque vero aliam ob causam, nisi vt sententiam constituerent, qua liti finem imponerent, in consilium missi iudices tractarunt ac rationibus pugnarunt, si dubio ex iure, quod aequitatis regula examinandum, vt QVINCTILIANVS dicebat, sententiam formarunt; reditque adeo, quam in vniuersum de fori disputatione subministraui, notio (§. 6.)

§. IX.

b) *Institut. Orator. Lib. XII. Cap. 3.*

c) Cf. *Animaduers. ad Siccam. Lib. II. Cap. 4. not. a.*

d) *De finibus bonor. & malor. Lib. II. cap. 12. Priuatorum litium iudices sumus. Nihil enim possumus iudicare, nisi quod est nostri iudicii: in quo frustra iudices solent, cum sententiam pronunciant, addere, si quid mei iudicii est.*

e) Vid. VALER. MAX. *Lib. VII. Cap. VII. Ex. 1.*

§. IX.

Quomodo e disputatione CVirorum res iudicatae factae, indeque praecepta iuris nata, vniuersim monstratur.

Probatione defunctus, quibus in iudiciis altercationes forenses obuenerunt, opus adhuc esse videtur, prius, quam ad naturam auctoritatis rerum iudicatarum, fontis instar iuris ciuilis consideratae, veniam, breuibus monstrare, qua ratione e disputatione iudicum res iudicatae sint subortae, & exemplum enatum, quod postea secuti sunt alii in similibus: e qua tractatione, nos recte, disputationem fori speciem esse auctoritatis rerum similiter iudicatarum, affirmasse, euidentius apparebit. Licebit tamen nobis in CViris subsistere, quorum causa haec nostra commentatio praesertim instituta. Quodsi diffidentes iudices numquam disputare desiissent, nec vnius alteriusue consilii sententia victoriam e pugna reportasset; profecto partes, quarum lites in Basilica decidendae, fuissent infelicissimae. Tandem igitur vnius partis opinio triumphare eatenus debuit, vt ex ea sententia conciperetur, quae liti finem faceret; haec autem in rem iudicatam transiit, siue illam vim & eum effectum sortita est, quem auctores intendebant (§. 2.), quod sub Rep. eo poterat facilius fieri, quoniam a sententiis CVirorum nec appellare potuerunt, nec aliud remedium, quo vigorem infringerent, eligere, qui se laesos esse decisione CVirorum putarunt. Nondum vero, victricem opinionem, in similibus deinceps obuenientibus speciebus, instar normae habendam, eiusque regula reliquos casus examinandos fuisse, eamque adeo vim legis sortitam esse, existimandum est: nonne enim tunc vnoquoque iudicato CViri populo legem obtrudissent? nonne iudices, deposita priuatorum hominum conditione, legumlatores facti essent, & exercuissent potestatem, vniuerso populo competentem? haec ne per somnium cogitare possunt. Et quid si inique iudicassent, aut ambitiose? quibus de vitiis ipsos equidem lubenter liberarem, nisi iudicium Curianum *f)*, & SVETO-

 NII

f) Rem eleganter probauit PÜTTMANNVS Vir illustr. *De Iudic. Curian.* supr. *p. 218. seq.*

NII g) testimonium adessent. Nec inde, quod superati prouocatione CVirorum iudicia rescindere haud valerent, sed illa rata manebant, semel latam sententiam, in aequalibus negotiis seruandam fuisse necessario, deducturum quemquam esse spero; quum denegata appellatione robur sententiis accederet quidem, non auctoritas vero legalis. Iterum igitur iterumque simili, imo eadem, controuersa specie obueniente, eaedem, quae prima vice adfuerant, concertationes, oriri poterant, & certo subortae sunt, siue iidem adhuc adfuerint CViri, siue alii, similibus principiis imbuti. Verumtamen existente tali lite, de cuius compositione iam antea disputauerant iudices, & rursus concertabant, aduertendum erat, num eadem ipsa sententia, qua prima vice lis erat consopita, iterum lata, & idem principium aequi aut iusti obtinuerat, quod olim fundamentum iudicati constituerat. Etenim poterat fieri, vt iudices, ab eo, quod in simili iudicatum antea, sumerent exemplum, & e tali praeiudicio, pendentem litem dirimerent: haec obseruatio praecedentium iudicatorum voluntaria erat, nec adstricti iudices ad id sequendum, quod antecessores iudicauerant. Liberum igitur aliam viam ingredi, nec altera tertiaque vice CViri obligati erant, eandem sententiam concipere, & ex eodem principio, tamquam e lege certa, litem componere, quod vnius alteriusue iudicati antecedentis tenorem constituerat: liberum, inquam, fuit, vel exemplum sequi, vel aliam sententiam eligere. Sed quemadmodum e similium actuum diuturna obseruatione tandem consuetudo oritur, & obseruantia olim voluntaria, tandem necessaria euadit; ita quoque diuturne & perpetuo res similiter iudicata, tandem necessario eadem ratione erat decidenda. Nam si per longum tempus, reiterata vice eadem res aequaliter iudicata a CViris, eademque opinio semper obtinuerat, e disputatione victrix discesserat, atque iudicata ex illius tenore similiter erant composita, eaque sese adeo probauerat, vt ad inducendam certam regulam retenta fuisset; nunc ista opinio

g) *Domitian. cap. VIII.* vid. *Animaduers. ad Siccam. Lib. I. cap. 6. not. g. p. 51. seq.*

opinio, siue sententia, e qua iudicata condita, certum efficiebat iuris praeceptum, & tamquam norma regulaque siue ius aestimabatur id, e quo sententiae, se inuicem aequaliter excipientes, erant compositae. Neque dein amplius disceptare opus erat, sed iudicatum diu probatum, erat applicandum, ipsaque res in controuersiam deducta, ita finiebatur, ac si in lege aliqua, siue generatim aliquo fonte iuris ciuilis, decisio ita determinata, proposita, praescripta fuisset. Ergo diuturnus vsus, indeque tacita populi consensio elicita rebus in eodem genere perpetuo CVirorum iudicio similiter iudicatis, tantam auctoritatem potestatemque legalem, tantam firmitatem, obligandi vim tribuebat tantam, quantam reliquae iuris non scripti partes consequebantur. Verumtamen in vniuersum affirmari nequit, omnes dissensiones, eo quem descripsi modo, tandem esse sublatas, siue in omnibus speciebus, de quibus antea dubitatum certatumque, tandem aliquam CVirorum sententiam pro iure certo adoptatam esse; inuenimus enim concertationum horum iudicum, non sublatarum & exstinctarum exempla. QVINCTILIANVS *h*) id probat, quum suis temporibus adhuc in partes iuisse CViros, in definienda quaestione: pubertas annis, an habitu corporis aestimetur, afferat; quae dubitatio CViralibus iudicatis nunquam definita est, sed postea PRISCI ICti sententiam secuti sunt Prudentes, & sine dubio quoque CViri. Liceat inde nobis concludere: CViros obligatos fuisse leges attendere, quibus olim controuersae apud illos quaestiones definitae sunt, & dubitationibus obuiam itum, siue scriptae leges fuerint, siue non scriptae. Nam vt alii iudices legum dispositiones in iudicando prae oculis habere debebant, ita quoque CViri grauiter peccassent, si, posthabito iureiurando in leges praestito, pro lubitu atque arbitrio lites decidissent. Ita seruarunt testamenta, in quibus quarta bonorum, ad excludendam de inofficioso actionem, relicta erat, postquam tantam patrimonii partem ICti sufficere induxerant. Ceterum eadem ratio, si per similiter iudicata in reliquis iudiciis pri-

h) *Inst. Orator. Lib. IV. cap.* 2. vid. *Disq. de Caus. CViral.* §. 9.

uatis aliquid constitutum est, seruata sit, necessum est, vbi tamen notandum, sententias vel appellationibus non rescindi, sed in rem iudicatam transire, vel appellatione interposita confirmari debuisse: nam quando rescissae, dissimiles exstitissent.

Ex adhuc autem a me disputatis perspicimus, quamobrem ea quae disputatione fori, aut rebus iudicatis, in iurisprudentiam ciuilem inducta, formula a ICtis excogitata, quod post magnas varietates obtinuerint, aut postquam diu dubitatum, tandem recepta sint, exornari queunt; etenim diu disputari, diuque fluctuari nihilominus potuerat, quamquam eadem semper obtinuerat opinio. Repeto tamen necessarium haud esse, vt de omnibus quae rerum iudicatarum auctoritate inualuerunt, antea inter iudices disputatum sit, respiciendum inprimis, an res similiter essent iudicatae, nec vna species diuersimode ab altera decisa. Intelligimus porro, cur disputationem fori speciem auctoritatis rerum iudicatarum esse, sicque disputationem in iudicio CVirali, speciem auctoritatis rerum, a CViris perpetuo similiter iudicatarum, dicere, &, nisi praeter necessitatem scrupulosi simus, res iudicatas & disputationem fori, vnum esse atque eundem iuris Romani fontem, affirmare possimus. Res enim iudicatae effectus erant disputationis, & sententiae iudicum in concertationibus defensae, in rem iudicatam si transibant, confirmabantur: quum vero non vbique dissidia obuenirent, illa iudicata, quae post disceptationem inualuerunt, auctoritatis rerum iudicatarum speciem tantum efficere, in aprico iacet. Quam denique ob rem, reliquae in iudiciis altercationes, inprimis causarum inter patronos agitatae, huc trahi, attendique nequeunt, liquebit: nam etsi in foro instituerentur, ac interdum de legibus atque iure agerent; tamen non eo vti iudicum dissensiones, ad ius certum constituendum, sed vt iudices in partes clientum suorum traherent, eisue causae opportunitatem persuaderent, tendebant. Iudices autem disputabant, quo ex argumentorum vi a diuersis consiliis prolatorum, certiores fierent, quod sequendum esset, certique tandem aliquid con-

constituerent: Et faciamus etiam, iudices vnius patroni propugnatam opinionem esse secutos, & ex illius quasi doctrina sententiam fecisse; ea tamen non aliter inualuit, nisi quoniam ita placuit iudicibus, iique iudicatum e tali principio condiderunt. Tandem praetermittendum non est, ICtorum in foro dissensiones sese a reliquis illorum tractationibus discernere, quod illas vel tamquam iudices instituerint, ad causas decidendas, non ad exercenda ingenia, vel vt Assessores & Consiliarii, eo munere fungentes, quod iudicibus incumbebat.

§. X.

Rationes, tantam cur Romani tribuerint iudicatis auctoritatem, proponuntur.

Cum igitur res in eodem genere aequaliter a CViris iudicatae, tandem eam potestatem consecutae sint, vt aliae similes controuersiae, citra dubitationem auctoritate illarum deciderentur; eas legum virtutem, tantamque vim, quae ab iis recedere vetuit, nactas esse, prono, quod aiunt, alueo fluit. Operae vero pretium esse videtur, ac in enarratione historiae legum & fontium iuris ciuilis fieri oportet, rationes & causas, quantum adhuc fieri potest, inuestigare, quae legum aliquam effecerunt, adeoque hic rationes, vt iuris non scripti partem iudicata Romae perfecere, constituentes scrutare. Inuenimus autem non apud Quirites duntaxat hoc obseruatum fuisse, sed scimus alias quoque gentes rebus iudicatis tribuisse similem potentiam; quibus tamen missis, quamobrem id Romae obtinuerit, videamus. Et vniuersim ibi iudicata multum valuisse, e CICERONE potest monstrari, is enim obseruationem rerum iudicatarum ad bene constitutam rempublicam referre non veretur, *status reipublicae*, inferens, *maxime iudicatis rebus continetur* i). Haec etiam non praetermisit *Desider.* HERALDVS k), sed argute expli-

i) *Pro P. Sulla. Cap. XXII.*

k) *De auctoritat. Rer. Iudic. Lib. I. cap. 1. §. 5.* Relato TVLLII loco ita pergit: *Quare autem Resp. continetur rebus iudicatis?*

explicauit, vt ex infra descriptis verbis videbis. Contra vero TVLLIVS neglectum iudicatorum, indicem fractae pacis, corruptae reip. esse, libere professus est: Ipsum audi contra Rullum l): *Neque vero illa popularia sunt existimanda, iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, restitutio damnatorum: qui ciuitatum afflictarum, perditis iam rebus extremi exitiorum solent esse exitus:* Et alio loco: m) *Perditae ciuitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, vt damnati in integrum restituantur, vincti soluantur exules reducantur, res iudicatae rescindantur; quae cum accidunt, nemo est, quin intelligat, ruere illam remp., haec vbi veniunt, nemo est, qui vllam spem salutis reliquam esse, arbitretur.* Et denique n): *Rem integram hominis non alieni, quamuis suspiciosam, defendere humanitatis esse putabamus; iudicatam labefactare conari, impudentiae.* Quum igitur tanta fuerit apud Romanos iudicatorum aestimatio, non mirandum est, si tandem iis legalem vim certo respectu tribuerint, quod factum esse e TVLLII locis supra laudatis (§. 3.) manifestum est, quandoquidem ibi, partes iuris ciuilis enumerans, res iudicatas ad eas referre non haesitauit. Et in sacris & pontificio iure praeiudiciorum magna fuit auctoritas, & obseruauit recte *I. A.* BACHIVS o), ius sacrum e decretis Pontificum eorumque responsis maxime constitisse, vtpote Leges

tis? Quia resp. continetur legibus & exacta legum obseruatione. Legum autem auctoritas nulla esse potest, si magistratibus, & iudicibus, quum aliquid pro potestate, quae legibus est iis data, imperant, impune non paretur. Sed per iniuriam iudicarunt. Si solemnia a Legibus praescripta obseruata sunt a iudicibus, a quibus appellare non licet, mussanda est iniuria. Quod & Socrati Philosophorum Principi iustum visum est, propter vtilitatem publicam — — Quare si Praetor cognita causa, per errorem vel etiam ambitiose iubeat hereditatem, vt ex fideicommisso restitui, etiam publice interesse restitui, propter rerum iudicatarum auctoritatem, *dicebat* MAECIANVS L. 65. §. 2. D. ad SCt. Trebell.

l) *Orat. Agrar. II. cap. 4.*

m) *In Verr. Orat. V. c. 6.*

n) *Orat. pro. A. Cluentio. cap. XX.*

o) *Hystor. Irpr. Rom. Lib. II. C. 2. S. 4. §. 54.*

ges paucae de iure ſacro repertae ſunt, & moribus potius illud confectum, quos ideo praeſertim ad religionem referre voluit MERILLIVS *p*). Anteceſſorum decreta diligenter collecta, pontifices retinuerunt, eorumque diuturna obſeruatione. vt in conſuetudinem abirent, effecerunt. Ad ciuilia ſi tranſeamus vero, non CICERONIS demum aetate, iudicatis eam vim tributam eſſe, inueniemus, ſed antiquis iam temporibus, ſimile obſeruatum eſſe, Romanosque aliarum hac in re gentium mores ſecutos eſſe, deprehendemus. Huc enim DIONYSII HALICARNASSEI *q*), de temporibus ante XII. Tabb. narrationem referre, non dubito: *Tunc*, inquientis, *nondum erat apud Romanos iuris libertatisque dicendi aequabilitas, nec tum omne ius ſcriptum exſtabat, ſed olim eorum reges ius petentibus dicebant, eorumque lites dirimebant, & quod ab illis fuiſſet iudicatum, id vim legis habebat. Sed imperio a regibus ad annuum Conſulum magiſtratum translato, inter cetera regis officia iuris quoque cognitio ad eos translata eſt. Illi enim lites inter litigatores quacunque de cauſa ortas, iure decidebant. Id vero ius maxima ex parte conſtabat virorum poteſtate praeditorum praeiudiciis, minima vero eius pars in ſacris libris erat ſcripta, quae vim leges haberet, cuius ſoli patricii cognitionem habebant, quod in ea verſarentur. Reliquum vulgus negotiatorum & agricolarum, non niſi mercatus ergo in vrbem ſtatis diebus conueniens, adhuc imperitum erat.* Me quidem, laudatum ſcriptoris diligentiſſimi locum, viris quibusdam doctis obſcurum maxime, imo corruptum eſſe viſum, non praeterit; verum id, quod ipſius auctoritate ſuſtinere conamur, ſatis apparere cenſeo. Iudicatorum obſeruantiam, e verbis: *& quod a Regibus iudicatum, id vim legis habebat*, quodammodo licet confirmare, indeque, in aliis ſimilibusque ſpeciebus, eandem decidendi rationem, prima vice a Rege factam, adhibitam eſſe, deducere poſſem; tamen eo vſque procedere nolo, quandoquidem haec verba pari, ni potiori,

 ratio-

p) *Commentar. Princip. ad* §. 3. *J. de J. N. G. & C.*
q) *Lib. X. init.*

ratione, ita ſunt explicanda, vt a Regibus factae litium compoſitiones, a partibus inſtar legum obſeruatae ſint. Reliquorum vero intuitu, Halicarnaſſeum verbis: *id vero ius – praeiudiciis conſtabat* etc., monſtrare voluiſſe, magiſtratus ius dicentes, ſiue Conſules, ea, quae in ſimilibus cauſis antea iudicata reperierint, inprimis obſeruaſſe eorumque exemplo litem propoſitam compoſuiſſe, mihi omnino perſuaſi. Rationem in penuria legum quaeſiuiſſe videtur; haud inique, quamquam & aliae adfuerint cauſae. Certe, Romanos his temporibus legibus penitus deſtitutos fuiſſe, dicere vix poſſumus, ſed patricii magiſtratus eas non obſeruarunt, ſtudioque neglexerunt, vt in deſuetudinem abirent, ea propter quod plebi gratae eſſent. (§. 7.) Anteceſſorum ergo iudicata ſequebantur, & in negotiis ad coërcendam plebem, augendamque miſeriam & paupertatem aptis, eadem aſperitate, duritie, inhumanitateque qua anteceſſores procedebant. Inde debitores obaeratos nulla, ne iuſtiſſima quidem, exceptione admiſſa, in carceres atque ſeruilem conditionem detruſos eſſe, legimus; quam iudicatorum crudelitatem, e popularibus Seruii Tullii legibus haud probandam, procul dubio maiorum exemplis, iudicatis & moribus excuſarunt. De qua temporum conditione certo reſpectu illa PLAVTI r) poſſent affirmari:

Mores leges iam perduxerunt in poteſtatem ſuam
Magis queis ſunt obnoxii, quam parentes liberis.
Eae miſerae etiam ad parietem ſunt fixae clauis ferreis,
Vbi malos mores affigi nimis fuerat aequius.

In reliquis autem negotiis eo facilius anteceſſorum decreta ſequi poterant, quo certius plurima ſcriptis legibus non definita fuiſſe.

Iudicatorum auctoritas igitur in vniuerſum conſiderata, recentioribus reip. temporibus non eſt orta, ſed antiquis iam adfuit, & diſputatione fori anterior eſt. Verum haec Tibi ſatis nondum facere auguror, Tibi, inquam, cauſas exigenti, cur Romani iudicatis tantam tribuerint auctori-

r) *In Trinumno Act. IV. Sc. 3. v. 30.*

ctoritatem, vt ad iuris non scripti ambitum, illud ius, quod iis inductum, referrent. Agedum videamus an aliquas producere possimus. Et prima sit illa, quam BACHIVS s) generatim de iure, ex moribus descendente, attulit, nimirum, praeterquam quod antiqui consuetudine libentius vixerint, quam legibus, quarum verba minacia fixo aere leguntur, leniorique vinculo mores obstringere, quam leges, sibi persuaserint; Romae difficilius fuisse leges condere, populi consensu expresso firmatas, ideoque tacita consensione vario modo iura constituta esse. Quamquam enim media praesertim republica, ad comprimendas frequentiores tribunorum rogationes, illae potissimum excogitatae sint artes, quibus legum lationes poterant impediri; tamen ab initio iam certa solennia in promulgandis, rogandis, confirmandisque legibus obseruanda fuisse dissimulandum non est, quae, quoniam saepe non poterant obseruari, vtilissimae de iure ciuili sanctiones exulassent, nisi aliis modis eundem finem consequi potuissent Romani. Alteram, forteque potiorem, caussam in eo reperisse mihi videor, quod initio reip. pariter, atque post ipsas Decemuirales leges, de iure priuato leges singulares tam multae datae non sint, vt aliis supersedere potuerint iura constituendi mediis Quirites. Docet enim satis illarum temporum historia, Romanos, vel turbatum incursionibus hostium imperium tutum reddere, omnem operam adhibere, vel leges, statum publicum rei romanae ordinantes sancire debuisse. Atque mecum facit *Fr.* BALDVINVS t) scribens: *a tempore XII. Tabb. vsque ad hunc Mucium* (P. Mucium Scaeuolam,) *annis plus quam CCC, paucissimae Romae leges latae sunt de iure priuato: quod equidem saepe sum miratus, historiam antiqui iuris mecum reputans.* Leges XII. Tabb. sufficientes erant tunc, cum promulgarentur, sed vt obscurae postea, ita magis adhuc insufficientes factae, & earum quibusdam capitibus posteriores leges derogarunt, aliaque mutatis

s) *Loc. cit. Lib. II. C. 1. §. 20.*
t) *Iurisprud. Mucian. pag. 25.* (Ed. Gundl.)

tatis moribus, firmataque ciuium libertate exoleuerunt. u) Reliquerunt igitur Quirites, Magiſtratibus Edictis, & ICtis interpretatione auctoritateque ſua, inducere varia, quae neceſſaria eſſe videbantur: neque defuerunt ambo, iuris ciuilis ambitum ſupplere atque augere. Quis igitur, medium iam antea cognitum probatumque, nempe ſimilibus iudicatis normam in quibusdam cauſis conſtituendi, retentum non eſſe, putabit? medium, reliquis niſi opportunius, tamen aptum ſatis, vel omnino noua reperiendi, vel ad exemplum aliorum alia inſtituendi. Sane multa iuris capita, per morum varias partes conſtituta eſſe magis, quam per leges ſingulares, optimus quisque confitebitur. Et a probabili adeo non abhorret, permulta decretis iudicatisque Praetorum originem debere ſuam, quae poſtea ab ipſis Praetoribus in edicta translata ſunt, iurique honorario nunc tribuantur, quae natales proprie iudicatis debent: Sicut enim mores maiorum, in edicta illatos, Praetores in ſcripturam redegerunt x), ita quoque anteceſſorum decreta hanc mutationem experiri potuerunt. Sed haec quem in finem? In eum, ne quis ieiunum confictumque arbitretur id, quod ſupra adfirmaui, e Praetorum iudiciis res iudicatas etiam proueniſſe, ea propter, quod eorum exempla vel nulla vel

u) Res quidem indubitata, ne tamen exempla deſint quaedam apponam. Ita Lege *Canuleia*, connubium patres inter et plebeios *Tab. XII.* prohibitum, permiſſum eſt. L. *Petillia. Tab. III.* derogatum. L. *Porcia* ſimiliter eatenus quatenus Xviri poenas corpus afflictiuas ſaepe conſtituerant, quae nunc ceſſarent mutarenturque neceſſe erat. In deſuetudinem vero abiiſſe *poenam iniuriarum* in *Tab. VII.* propoſitam, auctor eſt GELLIVS *Lib. XI. c. vlt.* de qua ſpeciatim THEOPHIL. *παραφρασ. pr. J. de perp. & temp. act.* *κατεφρονήθη ἡ δωδεκαδέλτου νομοθεσία διὰ τὴν τραχύτητα*, *exploſa eſt XII. Tabb. diſpoſitio ob aſperitatem.* Poena furti manifeſti, in *Tab. II.* conſtituta, ſublata, teſte GELLIO *Lib. XX. c. 1.*, quod propter Porciam legem neceſſarium fuit. Poena frugis noctu demeſſae PLINIVS *A. N. Lib. XVIII. c. 3.*

x) Cf. *Io.* RICHEI *Vindic. Praetor. & Iur. honorar.* §. 8. n. ***

vel paucissima adsint. Tertia ratio haec est: non omnes articuli sigillatim ita legibus comprehendi possunt, neque ita leges sunt conceptae, ne dispositio applicatione emendari, suppleri, extendi queat; nihil igitur aptius, nisi iudices sententiis vberiorem reddant dispositionem, & frequenti adplicatione constituant, quae in lege ῥητῶς expressa non sunt; euidentior fit ipsa lex applicatione, reiterata vero sententia sese commendat etiam. Mea lubenter facio Des. HERALDI y) verba: *Sed & cum ius sit infinitum*, inquientis, *& ἀόριστον, ita vt omnes casus, & species, quae accidere possunt, legibus comprehendi natura rerum non patiatur: inde fit vt multa iudicum arbitrio & prudentiae permitti sit necesse, qua in re quomodo gerere se oporteat, nihil melius docere potest, quam vsus & tritura fori.*

Ne tamen in caussis inuestigandis, cur tantam auctoritatem iudicatis Romani dederint, ad nauseam vsque sim prolixus; adiiciam adhuc vnam alteramque, in CViralibus inprimis locum sibi vindicantem. Video autem BACHIVM z) his verbis: *Neque vero mirum est iudicum sententias tandem eam vim tenuisse: cum iudices essent legum interpretes*, rationem aliquam adferre: quae vereor vt sufficiat. Etenim iudicata vim suam nacta non erant ideo, quoniam a iudicibus proficiscebantur, sed e tacita populi approbatione. Illud igitur elogium, quo CICERO a) indices ornauit, adeo non est extendendum, ac si leges populo tandem imponere potuerint, quemadmodum, si νομοθέται, legislatores nominantur, tanta potestas numquam iis tribuitur, vt HERALDVS b), etiam animaduertit, ceteroquin rem aliter explicans. Quae quum

y) *De auctoritat. rer. iudicat.* [*Lib. II. c.* 24. *§.* 3.

z) *loc. cit. Lib. II. C.* 2. *S.* 5. §. 2. *not. c.* Eadem ratione vtitur IVST. *cit. Epist. p.* 12.

a) *pro Cluent. cap.* 53.

b) *Loc. citat. Lib. II. C. I. §.* 4. Vbi: *Quum igitur iudices νομοθέτας dicunt oratores & alii, non ideo dicunt, quasi legum ferendarum potestas iis data sit, multo minus quasi ius iis constituere liceat, quam quod legibus constitutum; sed quod ex eorum prauis sententiis & decretis sequatur legum dissolutio, & noui iuris, ac saepius contrarii, constitutio, aut etiam veri omnino euersio.*

quum ita ſint, TVLLII verba ad CViros reuocare, ſi animus eſſet, ea tamen notarent tantum CViros in iudicando ad Leges reſpicere debuiſſe, quum, vt omnes iudices, earum eſſent interpretes. Certe quando hujusmodi elogia ſtricte intelligere vellemus, de ICtis romanis, eadem ratione id valeret, quos frequenter *νομοθέτας*, iuris auctores, conditores [c], nominatos inuenimus, quosue populo iura praeſcripſiſſe, diſerte dixit CICERO [d]. Nemo tamen, iſtos ciuitatis principes auctoritate propria iura conſtituiſſe, affirmabit ſerio: quanto minus igitur id iudices, homines priuati, ſententiis potuiſſent. Ego magis in vtilitate rationem quaero: Scilicet quoniam apud CViros cauſae perplexae difficilioresque agebantur, e legibus moribusue vel plane non, ideoque ex aequitate, iureque omnibus populis communi, definiendae, vel ſaltim non ſine dubitatione; ne ſimiles cauſae in infinitum fluctuarent, incertique iuris manerent, rebus aequaliter huc vſque iudicatis, & principiis in diſputatione iudicum ſemper obtinentibus, vim iuris tribuerunt. Rerum ergo iudicatarum auctoritati generatim e cauſis antea coniectis inualenti, accedebat vtilitas, cum eo reſpicerent, vt magis magisque ius certius euaderet, quod fiebat, cum eadem ſententia reiterata vice diu ſeruata eſſet. Etenim nonne veriorem eſſe putamus opionem, quae, licet crebro de illa diſputatum, vbiuis obtinuit? Equidem in his concertationibus, eadem, ni meliori, ratione argumenta ponderare potuiſſe CViros, arbitror, ac ſi ab aliquo Magiſtratu lex ſcripta rogata eſſet, deque ipſius vtilitate ſuaſiones variae atque diſſuaſiones prolatae. Deinde liceat

c) Vid. *L. 3. C. ſi pars hered. pet. L. 1. §. 1. C. commun. Serv. man. L. 23. C. de Procurator. L. 25. C. de Nupt.* VELEI. PATERC. *L. II. c. 26.* De quibus & ſimilibus elogiis lege quae habent *Iac.* CVIAC. *Obſeruat. Lib. VII. cap. 25. Petr.* FABER *commentar. ad Tit. D. de I. & I. init. ad calc. Semeſtr. Lib. I. p. m. 140.* (Ed. Lugd. 1590.) *M. H.* GRIEBNER pr. *de titulis veter. ICtor. quum iur. auctor. condit. appell.* Lipſ. 1730. *in Hall. Beitraeg zur iur. gel. Hiſt. Vol. II. p. 498.* G. SCHLEVOGT. praef. *de elogiis ICtor. Romanor.* praem. Collect. de Sect & Phil. ICtor.

d) *de Orator. Lib. III. c. 33. & in Caton. C. 9.*

ceat adhuc monere, plurima quae ad formam iudicii CViralis pertinent, simili iudicum obseruatione ipsisque iudicatis constituta videri; nam in vniuersum paucas, inprimis sub republica, reperimus scriptas leges, quibus de iudiciorum constitutione aliquid sancitum est, & de CViralis forma nullas; atqui in variis illa a reliquis aberrauit, nec simpliciter in reliquis priuatis obseruata ad CVirale applicari potuerunt, ideoque nihil reliquum, nisi vt ipsi CViri sibi normam constituerent.

§. XI.

Auctoritatis rerum iudicatarum requisita.

Iam vero diligentius exponenda sunt, quae necessario requirebantur, cum e rebus iudicatis aliquod ius deduci debuerit: nam per se quia numquam sibi tantam vim iudicata conciliauerunt, nosque & iudicibus & magistratibus, illam ipsis tribuendi, facultatem denegauimus, operae pretium est, essentialia huius iuris inuestigare. Ea breuiter *Iac.* CVIACIVS [e] in sequentibus, quae merentur adscribi, recensuit: *Res iudicatae, sunt res, quasi tritura fori & vsu iam diu recepto, semper eodem modo in similibus causis iudicari solitae iuxta quod dicitur* L. Nam Imperat. D. de LL. *Serua quod ait perpetuo aut similiter. Perpetuo nam vt* TVLLIVS I. de Inuention. solitarii alicuius aut rari iudicati nullum momentum est. *Nec a iudicato simpliciter argumentum valet, sed a saepius iudicato vel a perpetuo iudicato* L. 1. §. hoc autem (27.) D. ad SC. Syllan. *Et similiter aut non varie, vt* L. nonnumquam (24.) D. ad SC. Trebellian. *Nam ex vario iudicato ius vel argumentum certum constitui aut duci non potest: Iudicatum autem perpetuo & similiter, iudicatum quod numero & tempore valet, partem facit iuris non scripti, in his causis in quibus ius deficit.* Recte Vir magnus ad CVirorum iudicata non respexit vnice, sed in genere, quae ad ius e iudicatis constituendum exiguntur, retulit, probe gnarus, non his modo istam competiisse praerogatinam. Quodsi tamen

e) *Recitation. ad Papinian. Lib. II. Def. ad L. 7. D. de I. & I.*

tamen de vnoquoque separatim agendum erit, haud inutiliter de consuetudine, introductiuam quam vocant, exemplum sumi, & quae de genere solent praecipi, huic speciei aptari possunt; quo minus enim de iudicatis eadem praedicemur, quae de actibus ibi dicuntur, quid prohibet? Requiruntur autem plura iudicata, nam quemadmodum per vnicum actum mos induci nequit, sed eorum plures exiguntur *f*); ita quoque ex vno iudicato, vnaque sententia, siue CVirorum, siue iudicum aliorum, aliquod ius sumi non potest, nec eam vim, res semel iudicata habet, vt in reliquis similibus normam constituat, a iudicibus necessario obseruandam. Frequens & diuturnus vsus & in similibus assidua applicatio adhuc requiritur, quibus magis magisque confirmatur, quod statutum est: quamobrem CICERO *g*): *Oportet autem animaduertere, ne, cum aliter multa sint iudicata, solitarium aliquod aut rarum iudicatum afferatur: nam his rebus auctoritas iudicati maxime potest infirmari.* Quamquam enim exemplum in prioribus iudicatis adsit, illud tamen sequi iudices nondum obstricti sunt, siue, quod idem est, praeceptum iuris legis instar attendendum, nondum est natum; quin imo a primi iudicati tenore discedentibus, alius indolis sententiam ferre, permissum sit. Fac enim causarum patronos, artibus eloquentiae, aliam opinionem amplecti, iudicibus persuasisse, vel ipsos iudices, in disputatione, iterum de causa formandaque sententia suscepta, olim reiectam & suppressam opinionem, iam ea, quae victoriam antea reportauerat, relicta, secutos esse; licitum id erat omnino, nec illi, contra receptum probatumque ius iudicatum fecisse, dici poterant. In eodem igitur genere plura adesse debent, quo regula ex iis possit abstrahi, perspicique, num similiter se inuicem secuta sint, aut secus: Haec autem plura iudicata similia sint necesse est, in eoque colligimus alterum requisitum: e dissimilibus regula

f) Quod contra dissentientes solide monstrauit *Gerh. von den* BVSCH d. *de consuetudin. vnde & quando vim legis obtineat.* (Goetting. 1752.) *Cap. I. §. 7. & Cap. III. §. 37.*

g) *De Inuention. Lib. II. c. 44.*

regula certa duci nequit atque formari. Nemini singulare hoc videbitur, qui, ad consuetudinem constituendam actuum conformitatem necessariam esse, non ignorat: Sane VLPIANVS *h*) diserte ait: *regionis mos non apparet qui varius est.* Sic quoque iudicii mos appereret nullus, qui varie seruatus esset, & e iudicatorum in iisdem causis diuerso tenore, quid tandem obtineat, incertum esset. Proinde merito iudicatorum conformitas exigitur, nec vt in iisdem causis decidendis variatum, sed vna semper atque eadem sententia secuta sit, atque illud principium, illud ius, quod, componendae litis gratia, ab initio vel sponte receptum, vel in disputatione fori obtinuit, & primum alterumue iudicatum constituit, semper eodem modo tenaciter seruatum, propugnatum, & ad definiendas similes controuersias adhibitum sit. Verum tamen in quibus iudicatorum similitudo consistat, facilius forsan perspiciemus, quando, dissimilia iudicata quae sint, intelligimus. Horum exempla sistit AVCTOR AD HERENNIVM *i*), his verbis: *Iudicata saepe diuersa sunt, vt aliud alii iudici, aut praetori, aut consuli, aut tribuno plebis placitum sit; & fit vt de eadem re saepius alius aliud decreuerit aut iudicauerit; quod genus M. Drusus Praetor vrbanus, quod cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit; S. Iulius non reddidit. Item C. Caecilius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poëtam in scena nominatim laeserat; P. Mucius eum, qui L. Accium poëtam nominauerat condemnauit.* Quibus exemplis docemur, dissimilia iudicata adesse, cum eadem causa tam diuerse decisa sit, vt affirmatum in vno casu, quod in altero negatum, versaque vice. Mandati actionem aduersus heredem mandatarii dabat L. Drusus *k*), at Iulius negabat. Ab iniuriarum illatione Caelius absoluit eum, qui poëtam Lu-

h) *L. 34. D. de R. J.*

i) *Lib. II. Cap. 13.*

k) *Io. Aug.* BACH *Hist. Iurpr. R. Lib. II. C. 2. S. 3.* §. 14. hoc decretum instar edicti adduxit, & A. V. C. 638. C. Licinis Geta & Q. Fabio Max. Coss., a Praetore M. Liuio Druso propositum esse existimauit. Esset is idem Drusus

Lucilium in scena nominauerat, contra Mucius pronunciabat: iniuriam L. Accio poëtae eum intulisse sibi videri, qui itidem nominauerat illum. Recte enim, post *Franc.* BALDVINVM *l*), egregie rem illustrantem, notauit *Ge.* D'ARNAVD *m*), per nominationem in scena, non simplicem aut vulgarem nominis nuncupationem, sed iniuriosam & in scena cum laesione factam, intelligendam esse: Eadem contigerat Lucilio & Accio, aliter enim & si iniuriose nominatus non esset Lucilius, causa diuersa fuisset. Lux accenditur ex alio AVCTORIS AD HERENNIVM loco *n*), vbi haec

sus, cui *Seb.* CORRADVS *ad Cic. Brut. c. 28.* aliud Edictum, a CICERONE *ad Attic. VII,* 2. memoratum, tribuit. Sed assertio BACHII nullo nititur argumento, quum AVCT. *ad Heren.* tantum affirmet, diuerse hac in re iudicasse, decreuisse Praetores, non diuerse edixisse. Quamobrem & HEINECCIVS *hist. Edictor. Lib. I. Cap. 6. §. 14.* id subdubitanter attulit tantum.

l) *Iurispr. Mucian. pag. 62.* Cuius verba digna, quae hic legantur: *Lucilius*, inquit, *poëta petulans & acerbus Satyricus fuit, qui & ipsum Q. Mucium Augurem impetere ausus est; quamquam hic Mucius contemserit eius conuicia, & maledictis ignouerit, vt ait Iuuenalis. Sed tanto magis dignus esse visus est Lucilius, cui alius par pari referret. Itaque & Caelius iudex ei, qui hoc fecerat facile ignouit. Sed seuerior fuit P. Mucius, vt Accium poëtam temperantem magis & verecundum defenderet, non solum aduersus aliorum mala & famosa carmina, quae L. XII. T. acerrime coercentur, sed & infames appellationes histrionicas.* Procul dubio BALDVINVS, cum Mucium Lucilio conuicia condonasse e IVVENALI apparere dicit, in mente habuit haec e *Satyr. I. v. 154.*

Quid refert dictis ignoscat Mucius, an non?

De cuius poëtae in perstringendis hominibus & inprimis Mucio Scaeuola licentia, praeter CICERON. *de Orat. III, 43.* & *ad Diuers. XII. Ep. 16.* notari merentur etiam haec PERSII *Satyr. I. v. 128.*

— — Secuit Lucilius Vrbem,
Te, Lupe, te, Muci, & genuinum fregit in illis.

m) *In Vit. Scaeuolar. §. 22. p. 67.* Ceterum coniicit, id in Praetura Scaeuolae A. V. C. 617. contigisse, cum Accius Poëta 34. annum ageret, quem a. V. 583. A. Hostilio Mancino & Attilio Serrano Coss. natum putat.

n) *Lib. I. cap. 14.*

haec: '*Absoluta* (iuridicialis constitutionis pars) *est; cum id ipsum, quod factum est vt aliud nihil foris assumatur, recte factum esse dicimus. Ea est huiusmodi: Mimus quidam nominatim Accium poëtam compellauit in scena. Cum eo Accius iniuriarum agit. Hic nihil aliud defendit, nisi licere nominare eum, cuius nomine scripta dentur agenda.* Mucius autem ad hanc exceptionem non respexit, sed iniuriam factam esse existimauit. Neque vero Praetoribus erat prohibitum, quo minus ab Antecessorum decretis discederent, id tantum perniciosum erat, si πρὸς χάριν, ἢ καὶ κατ' ἔχθραν τινῶν, in gratiam & odium certorum hominum, vt DIO CASSIVS o) ait, ab edictis suis discederent, atque in iisdem caussis diuersissima decreta facerent, id quod a CICERONE p) in Verre tam vehementer reprehenditur. Nam vbi nondum certa lex adesset, iisque in Edictis aliquid constituere relictum, poterant ab Antecessorum traditis secedere, etsi raro fieret in iis, quae consuetudine iam firmata: Sic pariter caussas, nec Legibus, nec Edicto decisas, aliter componere, & in iis diuersa iudicata edere poterant. Similia iudicata contra adsunt, vbi eadem caussa eadem sententia finita & decisa. Non exigimus autem, vt sententiae in omnibus exactissime conueniant, & eadem forma, eadem verba seruata sint; sufficit tenorem sententiarum & iudica-

o) *Lib. XXXVI. pag. 100. Ed. Reimar.* Vbi, historiam L. Corneliae de Praetor. Edictis referens, haec narrat: *Neque enim omnia ea iura, quae ad contractus dirigendos constituta erant, obseruabant, neque id simul semelque fecerant, neque scripto iuri steterant, sed saepenumero ea variauerant, crebroque per gratiam vel odium certorum hominum, vt fieri solet, in his multa gerebantur.*

p) Inprimis ex *Orat. I. c. 46.* haec merentur adscribi. *Nam, quaeso, redite in memoriam, iudices, quae libido istius in iure dicendo fuerit, quae varietas decretorum quae nundinatio, quam inanes domus eorum omnium, qui de iure ciuili consuli solent: quam plena atque referta Chelidonis: a qua muliere cum erat ad eum ventum & in aurem eius insusurratum, alias reuocabat eos, inter quos iam decreuerat, decretumque mutabat: alias inter alios contrarium sine vlla religione decernebat, ac proximis paulo ante decreuerat.*

dicatorum diuersum non esse, quod aderit, cum idem iuris praeceptum in omnibus seruatum aequaliter. Nec citra rationem verba sententiae a tenore distinguo, & ad hunc potissimum esse respiciendum censeo, nam ille iudicati vim consequitur, nec mutari potest q), sed PAVLVS r) supplementum admittit eorum tantum, quae ad consequentiam spectant, eodem die perficiendum: nec minus distinguit verba abs tenore HERMOGENIANVS s), *Actorum verba emendare tenore sententiae perseuerante non esse probibitum*, affirmans. Quodsi diuersa fuissent iudicata, num inde certum ius potuisset desumi? Negauit hoc CVIACIVS t) verbis: *nam ex vario iudicato ius vel argumentum certum duci non potest:* similiter scripsit *Desid.* HERALDVS u): *Rebus iudicatis existit ius illud, quod dicitur moribus constitutum: sed ex rebus perpetuo similiter iudicatis; nam vbi contraria inueniuntur decreta, vbi modo hoc, modo illo modo iudicatum reperitur, nihil ex eo certi constitui potest, nec potest ius ex eo formari; quare res iudicatae ius constituere tunc dicuntur, quum ius aliquod constitutum est; ius non scriptum; denique eatenus partem iuris ciuilis efficiunt, quatenus ius moribus constitutum inde ex parte existit. Alias ius certum non efficiunt, neque necessarium: Earum tamen exemplo cetera iudicari possunt, si modo nihil aequius nihil melius adferatur.* Similiter IDEM alio loco x): *Atque ex rebus eiusmodi perpetuo iudicatis consuetudo & mores praecipue constantur. Si semel, vel bis similiter iudicatum sit, videtur ius aliquo modo constitutum; sed vt sit certum, ita vt legis vim obtineat, eodem tenore, & sine variatione ita semper esse iudicatum oportet. Si variatum tantisper est, ius certum dici nequit, nisi fortasse perperam iudicatum esse appareat, veluti cum contra ius ipsum scriptum*

q) L. 55. D. de Re Iudicat.
r) L. 42. D. Eod. Cf. Iul. PACII a BERIGA Ἐναντιοφαν. Cent. VII. qu. 8.
s) L. 46. D. de Re Iudicat.
t) citat. loc.
u) de auctorit. Rer. Iudic. Lib. II. c. 1. §. 6.
x) Lib. II. cap. 24. §. 4. 5.

ptum iudicatur? quod cum accidit, ad ius ipsum, ius verum, αὐτὸ τὸ δίκαιον, ad iuris rationem confugiendum est, omissa rerum iudicatarum auctoritate, quas iudiciorum varietas facit, vt vim nullam amplius habeant. Rerum igitur iudicatarum auctoritati plurimum tribuendum est, in aliis etiam caussis, modo variationibus, & mutationibus auctoritatem suam ipsae sibi non abrogent. Nam si non vno & eodem modo de eadem re semper iudicatur, ius nullum quoad alias causas inde effici potest. Vterque recte quidem: nullius etiam ponderis esset dubitatio ex *Auctoris ad Herennium* y) sequentibus verbis petita: *Ergo quia possunt res simili de causa dissimiliter iudicatae proferri, cum id vsu venerit, iudicem cum iudice, tempus cum tempore, numerum cum numero iudiciorum proferemus.* Haec enim ad instituendum Oratorem dicta sunt, qui, cum intelligit iudici normam certam, qua caussam examinet, deficere, in eodem genere autem lites, antea diuerse decisas, deprehendit; electis clienti suo fauentibus iudicatis aequalibus, iudici persuadere debet, ea esse optima propterea, quod ab iis iudicibus, eo tempore & saepius sint applicata. Quae nostra interpretatio CICERONIS y) institutione confirmatur. Manebit igitur, quod initio affirmaui, similia duntaxat iudicata, & aequales quoad tenorem sententias, certum ius constituere posse, siue de eo numquam disceptatum, siue in controuersia fuerit, attamen obtinuerit semper.

§. XII.

Argumenti continuatio.

Haec similia iudicata diuturno vsu, atque perpetua obseruantia confirmata sint, opus est, in quo aliud requisitum latet. Quantum vero temporis spatium his exprimatur verbis, certo definiri non potest. Sicut enim in terminanda serie annorum, qua consuetudo aut mos in ciuitate introducitur, frustra desudamus; ita quoque numerum annorum & sen-

y) *Lib. II. Cap. 13.*
z) *De Inuention. Lib. II. c. 44.*

sententiarum, quae ad inuehendam nostram consuetudinarii iuris speciem requiruntur, constituere non possumus. Longum tamen tempus & hic requiri, suadent a CICERONE a) verba adhibita, quando iudicata ad illud ius refert, quod *sine lege vetustas comprobauit*, *quod certum propter vetustatem*, quod *in morem vetustas perduxit*. Non secus iuris auctores rebus *perpetuo* similiter iudicatis eam vim tribuunt tantum, nec nisi longam temporis seriem hoc verbo complectuntur. Et ne Romani quidem certum annorum numerum constituisse videntur, nam alias in libris ICtorum rei adeo necessariae vestigia deprehenderemus, at omnibus, quae trahi huc possunt. Veterum locis perspectis, generales indefinitasque inueniemus expressiones b). Nobis igitur indeterminatis acquiescendum, & sufficiens esse debet, tantum tempus finitum esse, quantum sub longo, aut vetustate cogitare solemus, pro causarum diuersitate id differre posse existimo. Quis enim inficias ibit, in negotiis, raro in controuersiam incidentibus, longius esse necessarium tempus, quam in iis, quae frequenter obueniunt? huius enim generis lites saepius iam potuerant esse decisae, quum in illis vix vnum alterumque iudicatum reperiretur. Tenaciter autem obseruata similia iudicata ad regulam certam constituendam, eumque in finem, siue citra contradictionem vllam ab initio retenta, siue disputatione propugnata, & diuturne applicata similiter. Nam ideo praecipue, hoc modo ius aliquod introducendi, rebus iudicatis virtus legalis tributa, ne perpetuo incertae vagentur controuersiae, legibus non definitae. Praecipuum tamen totius, quod e moribus

a) *De Inuention. Lib. II. c.* 22. *&* 54.

b) *L.* 38. *D. de LL.* Quoad consuetudinem reperies: inueteratum vsum *§.* 9. *I. de I. N. G. et C. L.* 11. *C. de LL.* vetustum morem *L.* 12. *C. Th. de iure fisci L.* 166. *C. Th. de decurion.* Veteris obseruantiae morem *L.* 1. *C. Th. de Pagan.* Inueteratam consuetudinem *L.* 32. *§.* 1. *D. de LL.* diuturnam consuetudinem *L.* 33. *D. Eod.* Longam consuetudinem *L.* 1. *C. quae sit long. consu.* Consuetudinem vsumque longaeuum *L.* 2. *C. Eod.* Tacitum consensum populi longa consuetudine inueteratum VLP. FRAGM. *Tit.* 1. *§.* 4.

bus descendit, iuris, atque adeo huius etiam partis, fundamentum erat tacitus populi consensus, sine quo nullam sub Republica legem non scriptam cogitare valemus. Illo consensu per suffragia expresse declarato, scripta lex adfuisset, quum vero iudicatorum auctoritas, ad iura non scripta referatur, vt ista populi consensio tacita fuerit, sequitur, quae tamen, e IVLIANI ICti, vulgatissima omnibusque nota sententia, idem efficit, ac expressa. Quam magnificum ergo CVirale fuerit iudicium, quantum vigente libertate splendorem habuerit, quantam auctoritatem; tamen haud effecit, vt diuturne similiter obseruata iudicata, ea per se gauderent potestate, quam tacito populi consensu nanciscebantur, h. e. legali. Appellatione aut prouocatione sententiae latae non rescindebantur, firmae potius erant, rataeque statim ac legitimo modo factae & pronunciatae erant; leges autem, normae, quibus omnes sequentes examinandae fuissent casus, non fiebant. Quam sapienter etiam excogitata, quam mascule propugnata, rationibusue confirmata principia iusti, aequi, boni, e quibus iudicata formata, essent, nihilominus a iudicibus vim obligandi consequi non poterant. Nemo priuatus ciuibus legem dabat, sola populi, cui ab initio rei romanae ista potestas seruata, voluntas, eam constituebat; atqui iudices CViri non nisi priuati homines erant: sicut igitur liquet, quamobrem haec potentia auctoribus iudicatorum deneganda. ita causa, quare populi voluntas, ad conciliandam obligandi virtutem, necessaria fuit, in aprico iacet. Sed ille consensus tacitus vnde eliciatur, merito quaeritur? Eum certo pro adsentiente habere solemus, qui, cum contradicendum fuisset, non solum tacet, sed & factis suis commonstrat, sibi quae aguntur non displicere, eaque tacite quasi ratihabet. Quod nos quodammodo possumus applicare. Licebit igitur inferre populum consensisse, et adsensionem monstrasse eo, quod diuturno tempore admiserit iudicata, e principiis, legibus non comprehensis, condita, sed a iudicibus, vel ab initio citra dissensionem statuta applicataque, vel disputatione fori stabilita. Quodsi populo iudicata, & illis inuecta iuris

principia displicuissent, cum aut ipsius libertati nociua, aut saluti familiarum contraria viderentur; contrarium legibus cauere potuissent, & hanc Iudicum supplendi ius ciuile licentiam eadem ratione tollere, qua Praetorum ab Edictis recedendi libidinem Lege Cornelia extinxerant: nec dubito, an defuisset Tribunus plebis, qui occasionem & obiectum rogationis ab ista licentia, iniustoque, si fuisset, CVirorum facto, petiisset. Numquam tamen CViros huius rei accusarunt, numquam, quod sciam, Tribunus, instigante plebe aut alio, huic iudicum consilio obiecit audaciam, si iudicata, perpetuo similiter in eodem genere seruata, legum instar applicarunt: quin imo acquieuerunt ciues iis iudicatis, eiusque modi nihil, quo dissensum probarent, fecerunt. Scirene vero potuerunt ciues quid agerent CViri? videnturne propterea adsensisse, quod ignorarunt iudicata? Poterant omnino scire, tenebantque certo, quid in iudiciis agebatur; frequentes enim in iudiciis erant ciues, frequentiores in Basilicis, densa corona tribunalia circumdabant, patronos audiebant, laudabant, nouarumque rerum cupidissimi auide CVirorum iudicia exspectabant c): imo nundinae olim nefastae, MACROBIO d) referente, Hortensia quadam lege, fastae sunt effectae, quo rustici & agrestes, mercatus ergo vrbem petentes, & lites suas agere, & alias audire, quidque ageretur intelligere possent. Atque haec opponerem, propter ignorantiam ciues consensum interponere vix potuisse, adfirmanti. Verum ne fuisse quidem opus videtur, vt vnicuique plebeio notum id esset, equidem Prudentiorum, principaliumque obseruationem suffecisse suspicor. Affirmamus simile quod QVINCTILIANVS e) de consuetudine loquendi scripsit: *Constituendum est quid consuetudinem vocemus. Quae si ab eo, quod plures faciunt nomen accipiat, periculosissimum dabit praeceptum, non orationi modo, sed, quod magis est, vitae. Vnde enim tantum boni, vt pluribus quae recta sint placeant? Nam,* vt

c) Vid. SICCAM. *de CViral. Iudic. Lib. I. Cap.* 13.
d) *Saturnal. Lib. I. Cap.* 20.
e) *Institut. Orator. Lib. I. Cap.* 6.

vt taceam, quemadmodum vulgo imperiti loquantur; totam saepe theatri & omnem circi turbam, exclamasse barbare, scimus. Ergo consuetudinem sermonis vocabo, consensum eruditorum, sicut viuendi, consensum bonorum. Quam crebro exclamassent forte inique, auditores CVirorum, rudes iurisque ciuilis imperiti. Quid quod eiusdem rei caussa THEOPHILO *f)* testimonium denunciare possum, prudentum approbatione, & quando illi vtile aliquid esse putauerint, ius ciuile constitutum esse, profitenti: atqui ius ciuile est iuris ex moribus etiam particula, firmata tacito populi consensu. Ergo non improbabile est, praesertim consensum Prudentum eorumque iudicium spectatum esse: reliqui populi adsensio penitus quidem negligenda non fuit, secuta est, sed illis se accommodauit. Mecum sentit *Chr. Lud.* CRELL *g)*, insuper elegantem rationem addens, nimirum ad iuris non scripti efficaciam, consensum vniuersi populi adhiberi non potuisse ante Tiberii Coruncanii tempora, quoniam potentiores in latenti ius ciuile retinere cogitassent: quae tamen ad iudicata CViralia disputationemque fori haud quadrat. Sed mox adiungit, receptum dici ius inprimis ideo, quoniam disputatione fori prudentum consensus ius receptum confirmauerit, & denique concludit: *hoc est quod* CALLISTRATVS L. 38. D. de LL. *rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritatem vim obtinere ait, vt ostendat, ICtorum maxime consensum in constituendis moribus desiderari.* Ergo frequenti vsu & obseruatione confirmatum esse, in consuetudinem abiisse, & ad ius ciuile non scriptum pertinere, ius auctoritate rerum iudicatarum constitutum, iam satis apparet, & a CICERONE *h)* diserte traditur, nec e POMPONII *i)* verbis probatu difficile, cum disputationem fori ad ius ciuile referat, ius autem ciuile iuris non scripti speciebus annumeret. Quibus longius inhaerere

 puti-

f) παραφρ. *pr. I. de adq. per arrog.* locum vid. *supr.* §. *III. not. h. p. 296.*
g) Obseruat. *de Origine & Virtute iuris non scripti* (Viteb. 1739.) *§. 1. p. 5. 6.*
h) *loc. cit.*
i) *L. 2. §. 5. & 12. D. de O. I.*

putidum esset, nisi paucis adhuc memoranda, quam *Io. Godofr.* RICHTER [k]) proposuit, sententia: Colligit enim e CICERONIS loco [l]), *dari duplicis generis iudicatum, aliud ex Legibus, cuiusmodi est religiosum, quodque nil abit a Re iudicata, si iurati per indices explicandi sunt; aliud e consuetudine quale est commune & approbatum: atque hoc postremum genus optime congruit cum instituto.* De iudicato ex Legibus loqui censet AVCTOR. AD HERENN. [m]), cuius verbis relatis, addit denique, *interim ex hoc loco elucescit, etiam eiusmodi iudicatum nonnisi consuetudine in vsum deduci, & certum ius constituere.* Sed primo Vir. Consult. in antecedentibus accurate segregasse iudicatum a re iudicata, & CICERONEM in *Topicorum* loco, quo partes iuris ciuilis enumerauit, res iudicatas ad species iuris scripti retulisse, recte existimasse, non puto. Illud enim certe probari non potest, aut verum discrimen monstrari: Hoc autem, TVLLIVM scilicet res iudicatas ad iuris scripti species numerasse, & non scriptum in more tantum & aequitate consistere affirmasse, vtique falsum est. Nam Ille, citra respectum qua ratione virtutem obligandi habeant, omnes iuris ciuilis partes enumerauit, nec, an sua natura, an moribus valeant, definiuit. Igitur ex hoc loco, quamquam diuersas iuris ciuilis partes egregie discere possumus, minime definiendum an scripti iuris an non scripti valorem habuerint. Sed nominauit mores? Recte, nam mores maiorum nullum auctorem laudant, quem in reliquis eorum partibus indicare possumus, separatumque iuris fontem constituunt. Frustra prouocatur ergo ad TVLLIVM, cum res iudicatae ad scriptas leges referuntur. Quod ad iudicatum attinet, eiusque a docto Viro factam diuisionem, nescio vnde id, quod e Legibus venire debet, probet, certe locus AVCTOR. AD HEREN. non opitulatur, vbi iudicati notio in vniuersum subministrata est. Deinde verum discrimen eua-

k) Diss. *de Moribus Maior. tamquam antiquiss. roman. iur. fonte* (Lips. 1744.) *Cap. V. p. 34.*
l) *De Inuention. Lib. I. cap. 30.*
m) *Lib. II. cap. 13.* locum supra dedi pag. 337.

euanescit, cum Ipse Vir doctus in fine confiteatur, iudicata e Legibus non nisi consuetudine in vsum deduci, & certum ius constituere: Ergo nihil interest siue e legibus facta, siue non, quum, si ius iis constituitur, illud ad mores pertineat, & res iudicatae s iudicata, pro praeceptis iuris sumta (§. 2.), determinatam iuris consuetudinarii faciant partem.

§. XIII.

Natura & indoles iuris, quod auctoritate rer. indicatar. s. disputatione fori, speciatim CVirorum, inductum est.

Nobis autem offert se alia quaestio, ad indolem istius iuris pertinens, & hic, quoniam historiae legitimae scriptores, fontium iuris ciuilis qualitates diuersas solent aestimare, consideranda. Inuestigandum scilicet: num istud ius, quod rebus iudicatis tandem constitutum, certum fuerit? Negauit hoc *Fr.* CONANVS n), *Responsis Prudentum*, inquiens, *similes sunt res iudicatae quarum ius quidem fuit aliquod, sed non omnino certum.* Negauit idem *Desid.* HERALDVS o): *numquam autem, quocunque tandem seculo, neque apud Graecos, neque apud Romanos, fuit rerum a quibuscunque tandem, si principes excipias, de quibus etiam fuisse dubitatum ostendit L. vlt. C. de LL. iudicatarum auctoritas, vt pro iure certo haberentur, minus autem pro lege.* Et iterum: *Ergo res iudicatas ius certum constituere dici nequit, multo minus pro lege esse; imo Iustiniani definitione d. L. Nemo 13. ius nullum vnquam constituere possunt, nisi sint a principe ipso iudicatae, neque temere, sed causa cognitionaliter examinata.* Quod de Iustiniano dixit HERALDVS iam haud curabimus, quaestioni propositae satisfacturi. Si quid autem mei iudicii, quo sensu τὸ certum ius intelligatur, videndum est: duplicem admittit; altero denotat, ius quod ab ortu suo definitum terminatumque fuit adeo, vt nullum dubium, quin obtineat, existere possit; altero ius certum est id, de quo constat quo modo comparatum sit, quid eo caueatur, qua ratione applicandum

n) *Commentar. Iur. Ciuil. Lib. I. Cap. 15. n. 6.*
o) *De auctorit. rer. indicatar. Lib. II. Cap. 1.* §. 4. 7. 8.

dum. Iam ſi CONANVS atque HERALDVS, priorem in mente habuerunt ſignificatum, negantes rerum iudicatarum auctoritate ius certum conſtitui, illis accedere poſſumus. Etenim hac ratione ius certum e legibus ſcriptis tantummodo oritur, vtpote ius non ſcriptum prius, quam temporis lapſu firmatum; incertum manet, nec definiri poteſt, an legis vigorem nanciſcatur vnquam. Hoc vitium igitur, ſi tale eſt, cum reliquis non ſcripti iuris ſpeciebus, rerum iudicatarum auctoritati commune eſſet. At enim quando ius certum id eſt, de quo conſtat quid eo ſanciatur, & quo modo negotiis ſit accommodandum, ad illud noſtram iuris ciuilis partem referre omnino poſſumus: nam de iure, e rebus ſimiliter iudicatis nato, interdum ne ab initio quidem dubitatio fuit, quando principium aliquod quaſi iudicum communi ſuffragio arrogatum, ſemperque dein aequaliter obſeruatum eſt. Deinde licet ea propter, quod ab initio de illo iure diſputatum, interque iudices, vtrum iuſtum, & aequo bonoque conueniens, concertatum ſit, imo vice iterata hoc contigerit, cuidam incertum videri poſſet; tamen euaneſcit dubitatio, ſi perpendimus, ius ſiue iuris praecepta, per iudicata haud induci, niſi per tempus diuturnum ſimiliter ſe inuicem ſecuta ſint, & e diſputatione victoriam ſemper reportauerit opinio, tenorem ſentiarum conſtituens, atque diuturno vſu certa facta. Finge contrarium, & iudicatis numquam ius conſtitui poſſe adfirmandum eſſet, quod ſatis inepte HERALDVS ſupra negauit, ſibimet ipſi contrarius, cum alibi p) diſerte ſcribat: *Quod ſi perpetuo ſimiliter iudicatum ſit, vix ac ne vix quidem ab eo iure recedere licet, cum rerum perpetuo ſimiliter iudicatarum auctoritatem vim legis obtinere reſcripſit Seuerus, teſtante Calliſtrato L. 38. D. de LL.* Ergo ſi tandem legis vim obtinere debet, certum vt ſit neceſſe eſt, quippe alienum eſſet incertis vim legum tribuere. Certum ergo omnino hoc ius eſt, idemque dixit TVLLIVS q), iudicata ad ius

p) *cit. loc. Lib. II. cap. 24. §. 4.*
q) *De Inuention. Lib. II. cap. 22.* Adde locum a me ſupra *pag. 340.* laudatum.

ius *quod consuetudine certum* est effectum, referens. In specie vero quod ad indolem & qualitatem iuris, e disputatione fori iudicatisue CVirorum descendentis attinet, ea iudice BACHIO [r]) *erat huiusmodi, vt summum ius ad aequitatem inflecteretur, atque componeretur; quando legibus non esset omnino, aut simpliciter cautum quidquam.* Quae vnde dimanauerit opinio, ad intelligendum non est difficile: nimirum CViri, quoniam ex aequo & bono causas vtplurimum iudicasse dicuntur, eorum iudicata ex isto fonte hausta, aequitati consentanea fuisse, adeoque ius, e rebus ab iis similiter iudicatis, ortum, magis aequitatem, quam strictum ius, redoluisse, affirmatum est. Quod licet vniuersim negandum non sit, tamen caute accipiendum, ne, iudices merum arbitrium & aequitatem, nescio quam cerebrinam & commenticiam, secutos esse, arbitremur. Quin scilicet legum praeceptis sententias suas conformauerint vbi fieri potuit, dubito nullus: verum cum ad ipsorum tribunalia delatae causae, saepius essent eius generis, vt in legum verbis decisionem frustra quaererent, imo ne ratio quidem, mens siue *διάνοια* earum, atque interpretatio sufficeret; aliter euenire vix poterat, quin ad aequi bonique regulas, atque ad omnibus gentibus commune ius accederent, indeque controuersiae peterent decisiones. Quousque vero e legibus ciuitatis, aut ex analogia iuris componi lis poterat, aegre mihi persuaderi patiar, ab iis CViris recedere licuisse; inprimis quoniam causae ita saepe comparatae erant, vt, cum Romanis propriae, e iure Quiritium diiudicari tantum possent. Deducimus inde, aequitatis principia interdum principiis iuris ciuilis accommodata, iudicatisque varia constituta inueniri, quae e solis aequitatis praeceptis, &, vt ita dicam, vulgaribus, considerari nequeunt. Quin imo aliud quam quod communibus aequi principiis defendi posset, obtinuisse dicendum: Quid enim? aequumne fuit adeo, quod certe iudicatis statutum, filium immerito exheredatum, qui vel non egit omnino, sed testamentum paternum patientia honorare, quam iudicio-

r) *Histor. Iurisprud. Rom. Lib. II. Cap. 2. Sect. 5. §. 4.*

bio conuellere, ſatius eſſe duxit, vel ab actione deſtitit, coeptamque litem deſeruit, pro mortuo habere & ab hereditate excludere? Aequum fuiſſe iuſtumque, fateor, in relatione ad inofficioſi querelae naturam, at quando, remota hac contemplatione, rem conſideramus, an ea cum aequitatis aeſtimatione communi poſſint componi, equidem vehementer dubito. Quid enim, cum immerito filium ab hereditate excluſum eſſe conſtaret, aequius videtur, quam reſciſſo patris iudicio, illum ad hereditatem admittere? Nihilo ſecius, quod paternos cineres vel non omnino inquietauit, vel a lite coepta deſtitit, partem non facit exheredatus; ſed eius portio alteri accreſcit perſeueranti. Atque hac ex ratione mihi videbatur affirmandum eſſe, aequitatis a CViris obſeruata principia, inprimis reſpectu ſtricti iuris ſcriptique talia fuiſſe, & ex cauſarum negotiorumque natura aeſtimanda eſſe. Prius aliud exemplum confirmabit: Paribus iudicum ſententiis de teſtamenti valore prolatis, humanius putaſſe iudices, ſecundum teſtamentum pronunciare, & ipſius vires ſuſtinere, MARCELLVS s) notauit: mihi admodum eſt veroſimile, hoc iudicatis CVirorum ſtatutum eſſe; iam quaero quid humanius ſit, liberis excluſis, de quorum iuſta exheredatione ſententiae iudicum diuiſae, hereditatem reſtituere, aut defuncti voluntatem ſuſtinere? Mecum Tibi prius, ſecundum naturam, aequius videbitur, propterea, quod liberorum ingratitudo aperta eſſe non poterat, cum alterum tribunal contra teſtamentum pronunciaſſet, & in incertis filiorum cauſa, quibus natura quaſi bona paterna competunt, potior eſſe debuiſſet. At CViri ſecus; nam rebus ita conſtitutis, iuſtas iraſcendi cauſas patrem habuiſſe videri, pronunciare humanius eſſe putarunt; & quare ſic? procul dubio, vt ſuſpicatus ſum, quoniam ſupremae defunctorum voluntates iure ciuili quantum fieri poterat ſuſtinendae erant. Igitur humanitas illa ciuilis erat, vt ita dicam, nec facile ſe, hac in re genium Romanorum ignoranti, probabit. Quae cum ita ſint, diſputatione fori ius introductum, eatenus aequitatem plerumque

s) *L. 10. pr. D. de inofficioſ. teſtament.*

que redolere, quatenus hanc qualitatem plerisque iuris non ſcripti partibus ſolemus tribuere, affirmare tutius eſſe cenſeo.

Denique pertinet ad indolem huius iuris, illud commenticium quoque eſſe. Nam quoniam CViri varia aſſumebant, quo facilius rationes ſententiarum inuenirent, quae reuera non exiſtebant, exemplo ICtorum commentis & fictionibus ſunt vſi, quo certi quid conficerent. Neque enim commenticium ius, e ſolis Prudentium interpretationibus & reſponſis enatum eſt, ſed, vt eleganter docuit Vir Illuſtris PÜTTMANNVS t), latius patuit, & a pluribus, ipſisque Imperatoribus, vſitatum eſt. Quidni CViri igitur colores & figmenta adhibuerint? imo eiuscemodi quid feciſſe, e variis ſuſpicari licet. Partim enim ſaepius res aliter componere non valebant, partim vero ſtricto iuri obuiam ire, illique indirecte derogari, non niſi his artibus poterant. Luculentiſſimum, me iudice, huius rei exemplum PAVLVS u) refert, quum ait, CViros, perſeueranti in lite, tradidiſſe totam hereditatem, quaſi eum filium ſolum in humanis nunc eſſe, quum inteſtatum fecerint defunctum, crediderint. Fingunt igitur hic, quod, quamquam contingere potuerit, non contigit, qua ratione ex DONATO compoſuit *Ant. Dad.* ALTESERRA x) fictionis iuris notionem: nam pro mortuo habent alterum filium, qui omnino non egit, licet reuera in viuis ſit. Poſſent alia addi, ſed non opus eſt, res enim extra dubitationem verſatur.

§. XIV.

Num Caeſarum aetate diſputatio fori ſublata ſit, diſquiritur, & rationes affirmantis opinionis trutinantur.

Hactenus a me diſputata Reip. tempora praeſertim attigerunt; iam ad Imperatorum aetatem progrediamur, & vtrum tunc auctoritas rerum iudicatarum obtinuerit, an ceſſa-

t) *Probabil. Iur. Civ. Lib. II. Cap. I. p. 8.*
u) *L. 17. D. de inoff. teſt.*
x) *De Fictionib. Iur. Tr. I. Cap. 1. §. 2. 3. & Cap. IV. init.*

cessauerit disputatio fori videamus. Sunt autem qui, fori disputationem Caesarum aeuo penitus sublatam esse, existiment, & inprimis Viri Celeberrimi *Herm.* CANNEGIETER, & *Io. Theoph.* SEEGER, id propugnauerunt, in ineundis rationibus tamen dissentientes. Audiamus CANNEGIETERVM V. C. ita disserentem y): *Quaeritur autem quam diu durauerit haec fori disputatio: nos eam Principum Orationibus exstinctam putamus; non enim eo tempore tam ICtorum sententiis, quam illorum arbitriis definita res fuit. Adhibuerunt illi quidem ICtos, atque ex eorum doctrina & suasione iura interpretabantur & rescripta firmabant, verumtamen non haec illorum, sed horum auctoritate valebant. Imo vero diuersae ICtorum familiae exitium iam attulerant: hi enim sententiarum diuortiis inter se discissi, raro aut numquam in re difficili consenserunt: siue enim pluribus suffragiis inter ICtos res fuerit decreta, siue a Praetoribus probata, debuit suspecta his temporibus esse suffragiorum pluralitas, quum discipuli praeceptoribus assentiuntur, isque votis praeualebat qui discipulorum numero.* Haec ILLE. Mihi vero, imo cuiuis forsan, si concedamus etiam, desiisse disputationem fori, haec argumenta non videntur idonea; quid quod ad controuersiam nil faciunt. Primo Vir doctus, orationibus Principum disputationem fori exstinctam esse putat: fallor autem, aut orationes Principum, cum iudiciis, vbi tamen obuenit disputatio, nexum habuere nullum. Orationibus suis Imperatores cum Senatu mentem communicasse, iisque rationes de nouo iure constituendo, vel instituto quodam publico introducendo, aut abolendo, dedisse, quas deinde SCta exceperunt, neminem fugit z); nam orationes auspiciis imperii ab Impp. haberi solitas, aut obiurgatorias, numquam Vir doctus in mente

y) *Obseruation. Iur. R. Lib. III. cap. 2.*
z) Res ipsa probatione non eget, si tamen de Orationibus plura legere cupis, adi *Chr. Ot. a* BOEKELN d. *de Orationibus Princip.* in SCHLEVOGT. *Opusc. de Sect. ICtor. n. II. J.* GVTHER. *de Offic. dom. August. Lib. I. Cap. 30. Ge.* SCHVBARTH *de Fat. Iurispr. R. Ex. III.* §. 47. p. 573.

mente habere potuit a). Iam vero cum orationum vehiculo ius nouum constitueretur, neque lites, quod rescriptis atque decretis fiebat, finem iis acciperent, qua quaeso ratione, disputationis interitum orationes effecisse, dici potest? me saltim adeo non esse perspicacem, vt concludendi medium intelligam, sine rubore confiteor. Verum aliud argumentum suppeditat, dum rescripta Impp., a ICtis in consilio eorum versantibus condita, non Prudentum, sed Principum auctoritate valuisse, iungit. His, si quid video, dubitationi obuiam itum, qua quis existimaret, Impp. in rescriptis ad varias ICtorum sententias spectasse, qua occasione a se inuicem dissentientes ICti disputassent: verum illud primo suboriri vix poterat ideo, quoniam concertatio ICtorum in foro siue iudicio, adeoque tunc quum iudicatum conficiendum esset, obueniebat, neutiquam vero libellorum Magistri, preces subnotantes, diuersas sententias protulisse videntur, sed, quam veram & optimam arbitrati sunt, adposuerunt. Deinde argumentum, quod e doctrina ICtorum condita rescripta, non illorum, sed Principis auctoritate, vim acceperint, nihil conficit, nam & sub libertate, ea, quae disputatione fori & Prudentum interpretatione sunt inducta, non Iudicum aut ICtorum auctoritate valuerunt, sed e diuturna consuetudine tacitoque populi consensu. Denique, diuersas ICtorum familias exitium disputationi attulisse, Vir doctus autumat: vereor tamen ne potius contrarium inde sit ducendum. Nam cum ad disputationem fori dissensus requiratur, natis ICtorum Sectis illam auctam magis, quam deminutam esse, verosimile est, imo per se patet; id igitur, quo CANNEGIETERVS exstinctam esse disputationem putat eam potius promouit & acriorem reddidit. Nondum porro expeditum est, num Magistratus ius dicentes, maiorem sententiarum secuti sint numerum, an sanioribus consiliis, licet a paucis propugnatis, obtemperauerint,

a) Istarum orationum exempla in scriptoribus historiae Augustae supersunt multa vid. TACIT. *Histor. Lib. II. c. 90. Annal. XVI, cap. 27.*

Z

rint, ideoque nec ex hoc capite abſciſſe poteſt affirmari, diſputationem ſublatam eſſe, quoniam pluralitas votorum fuiſſet ſuſpecta. Porro haud accurate dictum, diſcipulos praeceptores ſecutos eſſe, indeque praeualuiſſe eum votis, qui diſcipulorum numero; vtraque familia ſectatores habuit, huc vsque vero nondum eſt definitum, quae fuerit altera potentior. Nec ſimpliciter praeceptorum tradita tenuerunt, ſaepius enim Sabiniani, quorum tamen erat tradita ſeruare, a praeceptoribus diſſenſerunt, in LABEONIS & PROCVLI caſtra tranſeuntes, aut aliam ſibi doctrinam formantes. Cogitandum enim in iudiciis ſingulares quaeſtiones obueniſſe, in quarum deciſione non raro diſſenſerunt hi, qui ceteroquin ſe vni alterique ſectarum mancipauerant. Et denique ſi concedam, ICtorum familias in conſiliis Magiſtratuum iudicumue pedaneorum aliquam vim monſtraſſe; tamen in CViraIi iudicio diſputationem eam ob cauſam ceſſaſſe, propterea non puto, quod CViri erant Periti quidem & verſati in ſcientia iuris, at non ICti erant in arte principes, & in eminentiori ſenſu Prudentes, vt exemplo OVIDII NASONIS aliorumque conſtat, quos CViros fuiſſe ſcimus, quorum tamen nomina inter ICtos nemo referet b): quapropter affirmandum non eſt, vnumquemque CViralis iudicii Aſſeſſorem, in huius vel illius ſectae magiſtri verba iuraſſe, & ad vnam vel alteram familiam abſolute referendum fuiſſe. Scientia iuris pollebant, *quoniam*, vt GELLIVS c), *in medio rerum & hominum vitam qui colunt, ignorare non oportet verba actionum ciuilium celebriora:* quanto magis iudices, id ſcire oportebat: ſed ICti non erant omnes tanti, quorum aſſenſu vna vel altera ſectarum maiorem vim aſſecuta eſſet. Proinde argumentum, ab ortu ſectarum petitum, ad diſputationis interitum temporibus Impp. monſtrandum, maiorem vim reliquis ſibi non vindicat.

Diffi-

b) Condonent aequiores hanc verborum diſtinctionem, qua mihi ad mentem explicandam opus erat: alias lubenter agnoſco Iuriſperitum & ICtum ſono, non ipſa re, differre, Cf. Perilluſtr. D. NETTELBLADT *Initia hiſtor. litterar.* §. 30.

c) *Noct. Atticar. Lib. XX. cap. 10.*

Difficiliores ſunt rationes Illuſtr. SEEGERI d), ad diſputationem fori poſt tempora Auguſti e iure ciuili eliminandam, propoſitae, quae, cum in vniuerſum prolatae ſint, ad CVirale iudicium vtique trahendae videntur. Licebit eas debita Viro conſultiſſimo obſeruantia luſtrare, cuius elegantiſſimis verbis illas proponam: *Nempe Auguſtus volebat etiam in foro ſolus regnare, nec periculo ſententiarum, quae magis libertati quam dominationi ſuae voluntatique conuenirent, exponere principatum. Duplex eſſe genus interpretum quibus leges tamquam linguis vterentur intelligebat, ICtorum alterum, alterum Iudicum. — — Igitur e duobus interpretum ordinibus vnum ſuſtulit iudicibusque omnem poſthac de iure diſputandi facultatem ademit. Quod qua lege effecerit non ambiguum eſt, ſcilicet ea, qua iudicibus impoſuit neceſſitatem obſeruandi reſponſa ICtorum in ſententiis ſuis, vetuitque ab iis recedere, & quam debuiſſet Bachius non tantum L. III. c. 1. S. 6. ſed maxima S. 7. hiſtoriae ſuae, commemorare tamquam illuſtre diſputationis fori ſepulcbrum. Quae enim amplius diſputandi materia, vbi nulla niſi obſequii gloria relicta eſt? Et quomodo tum potuit aliquid iuris e ſententiis iudicum naſci, quod e ICtorum opinione ſuam non teneret auctoritatem?* Quae quidem magnam veri ſpeciem prae ſe ferre, diſſimulandum haud eſt, neque tamen omnem dubitationem eximunt. Cuius mentionem obiter fecit POMPONIVS e), inſtitutum AVGVSTI, tenebris certe obnubilatum, aliquam effecit mutationem notatu dignam f), ſed diſputationem fori penitus ſuſtuliſſe non videtur. Enimuero ſi tantisper Illuſtri viro concedam, OCTAVIANI conſtitutionem forenſem diſputationem tunc ſepeliuiſſe, tamen, ab HADRIANO libertate reſpondendi reſtituta, reſurrexit iterum, vt in perpetuum adeo diſputatio ſublata dici nequeat. Videlicet mox adiecit POMPONIVS: *Optimum Principem Hadrianum,*

d) *Obſ. de diſputation. fori ab. Auguſto ſublat.* in *Obſeruat. Iur. Civ.* (Lipſ. 1768.) *n. I. p. 8. ſeq.*
e) *L. 2. §. 47. D. de O. I.*
f) cf. Perilluſtr. D. NETTELBLADT *Initia hiſtor. litter.* §. 47.

num, cum ab eo Viri praetorii petiissent, vt sibi liceret respondere, rescripsisse eis: hoc non peti, sed praestari solere; & ideo si quis fiduciam sui haberet delectari se, populo ad respondendum se praepararet. Quod equidem non ignoro GEBAVERVM g) ita explicasse, vt Viri Praetorii, imprudenti consilio, beneficium de iure respondendi tamquam praemium gestae praeturae petiissent, Imperator autem qua tale id denegasset, consiliumque dedisset, vt antea se priuatis responsis praeparerent, quo tandem beneficium consequi possent; verum, haec interpretatio inferatne vim ICti verbis, cuiuis iudicio relinquo. Magis mihi placet quod *Gu.* GROTIVS h), *Io.* BERTRANDVS i) & inprimis vir magnus *Gotfr.* MASCOV k) statuere, HADRIANVM libertatem de iure respondendi pristinam restituisse, atque morem sub libertate vigentem reduxisse, neque iudices ICtorum responsis amplius alligatos fuisse. Praeterquam enim quod MASCOVIVS id, ex insigni priscorum & antiquitatum huius Principis amore, eleganter illustret; POMPONIVS hoc institutum propterea Augusteo opposuisse mihi videtur, quo monstraret sublatum illud esse. Nullum quoque post HADRIANVM exstat exemplum, ICtum hoc beneficium accepisse, praeter id, quod e CONSTANTINI aetate EVNAPIVS l) de Innocentio meminit, cuius tamen variae rationes possunt prodi; vti nec inueni vestigium, e quo, Magistratus a ICtorum responsis recedere non potuisse, appareret; sic, referente VLPIANO m), Praetori Fl. Respecto suasit tantum CEL-

g) *Excurs. I. ad §. 8. I. de I. N. G. & C. p. 187. seq.*
h) *De Vit. ICtor. Lib. II. Cap. 1. §. 1.*
i) *De Iurisperitis Lib. I. c. 4. §. 6.*
k) *De Sect. Sabinianor. & Proculeian. Cap. VII. §. 5. p. 118.* & ad *I. V.* GRAVINAM *de Ort. & Progr. Iur. Civ. c. XLII. Op. p. 43.*
l) *in Vit. Chrysanth.* cuius verba latine sonant: *Gloriam supra priuati hominis sortem nactus; quippe cui condendarum Legum auctoritas ab iis, qui tum regnabant, Imperatoribus, est concessa.*
m) *L. 3. §. 1. D. de Minorib.* Etenim, quam alii ad idem probandum allegant, non vtor *L. 78. §. 6. D. de legat. III.* Vbi

CELSVS, additis rationibus. Proinde restituta de iure respondendi libertate, disputationem fori, quamquam AVGVSTI instituto fuisset suppressa, rediisse, neque ergo tuto posse affirmari, illam per omne aeuum OCTAVIANI legem sustulisse, quis est, quin intelligat. Verum succurrit alia dubitatio, quam vellem exemisset Vir Illustris, videlicet num ista sanctio omnes omnino iudices tenuerit, & ab omnibus magistratibus, ex omnibus tribunalibus partes, ad impetrandas sententias, ad ICtos missae sint? Ego saltim CViros exciperem, haud nimio amore abreptus, & quod putarem illorum splendori aliquid esse detractum, neque enim hoc esset ingenuum, neque idonea causa, sed ideo, quoniam tunc CViri, sententias amplius nisi condidissent, aequali munere cum pedaneis functi essent, nec de iure, sed de facto tantum cognouissent, cuius cognitionis perficiendae, tot hominibus haud opus fuisse crederem. Quapropter nisi haec, quae forsan ipse consultissimus Vir negaret, admittere velimus, CViros adhuc AVGVSTI constitutione data, vt antea de iure cognouisse, sententias composuisse, eaque occasione de iure disceptasse, profitendum erit, quod etiam PLINII & QVINCTILIANI testimoniis confirmatur. Vt taceam postremi Viri docti verbis, nos opponere posse, ea quae ex ICti responso in sententiam venissent, non ab Eo, sed per vim rei iudicatae, auctoritatem accepisse. Sed aliud argumentum adiecit, *ne quid*, pergens, *de frequentissimis appellationibus imperatoris, deque iudicum eius temporis imperitia dicam, cum inter ciuilium bellorum calamitates, iuris ciuilis discendi ardor deferbuisset, eaque inter ceteras causas permouisset sine dubio Principem, ad mutandam rei iudiciariae formam. Qua vtraque re eo minus euenire potuit, vt iudicibus decidendarum controuersiarum obtingeret sors & fortuna* n).

 Equi-

Vbi PAVLVS, Praetorem fideicommissarium aliud, quam quod affirmauerat, decreuisse, refert; nam PAVLVS non ICtus, sed causae Patronus opinionem defenderat: quod monstrant verba: *petebam, non obtinui.*

n) *cit. loc. p. 10.*

Equidem ipse agnoui frequentes principum appellationes & prouocationes. CVirorum auctoritati obfuisse, sed, praeterquam quod inprimis magistratus prouinciales difficiliores quaestiones Imperatori proponerent & posteriori demum tempori, pleraque non iure sed rescriptis agerentur, perpendendum est, a iudicibus sententiam latam esse oportere, priusquam istud remedium arripi, & ad Principem appellari potuerat. Quo minus autem ista sententia per disputationem constituta sit, deque ea concipienda magnopere iudices concertauerint, prohibet nihil. Deinde pro lubitu partium appellationes admissae non sunt, & quamquam, VLPIANO o) notante, frequens esset earum vsus & necessarius, tamen inuentus, vt imperitiam & iniquitatem iudicantium corrigat, quamobrem variis etiam solennibus ab initio istud medium est adscriptum. Denique quemadmodum sub rep. imunitatem CVirorum ab appellatione, ad conciliandam legalem auctoritatem nihil contulisse statuimus, ita nunc, permissa prouocatione ab eorum sententiis, vt perpetuo similiter iudicatis aliquid constitui non potuerit, inferendum non est. Quae vero de iudicum imperitia dicta sunt, ad haec AVGVSTI tempora quadrare non videntur. Forsan Illustr. Vir locum CICERONIS p) sequentem in mente habuit: *Itaque*, scribentis, *itaque cum multa praeclara maiorum, tum quod optime constituti iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio & interpretatio: Quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt: nunc vt honores, vt omnes dignitatis gradus, sic huius scientiae splendor deletus est.* At haec scripsit CICERO temporibus illis, quibus C. Antonii facinoribus, post Caesaris necem, Romani vexabantur miserrime q), quae tamen aduer-

o) *L. 1. pr. D. de Appellationib.*
p) *De Offic. Lib. II. cap. 19.*
q) Nam circa A. V. c. 709. Tullium Officiorum libros ad filium scripsisse haud improbabili coniectura coniecit *Fr.* FABRICIVS *in M. T. Ciceron. histor. per Coss. digesta ad d. a. p. m. 205.* add. *Sebast.* CORRADI *Quaestur. pag.* 220. (Edit. Ernest.) & *Conyer.* MIDLETON. *Vit. Cic. T. III. p. 143.* vers. germ.

aduersa iurisprudentiae fata sub AVGVSTO desiisse, eoque imperante egregios ICtos, ex institutione magnorum cadente republica virorum prodeuntes, floruisse, non ignotum est. Tantam iudicum imperitiam ergo caussam legis constituisse, creditu difficile est, siquidem & POMPONIVS addit, factam esse *vt maior iuris auctoritas haberetur*, quae ratio, quamquom falsa, & ad obtegendam mollis apud Actium triumphatoris calliditatem olim excogitata, id saltim monstrat, Principem hoc instituto fulcrum imperii quaesiuisse; & profecto si iudicum imperitia promulgandae legis caussa fuisset, quouis pignore contenderem, AVGVSTVM quoque hanc rationem aperte professurum fuisse, nec adeo fragile argumentum addidisse. Tandem quum in reliquis priuatis, praeter CVirale, iudiciis, & a magistratibus in cognitionibus, ICti Assessores adhiberentur, nec hanc ob caussam imperitia iudicum adeo obfuisset. Atque haec sunt quae, quominus in illustris SEEGERI partes discedam, prohibent.

§. XV.

Bachii, disputationem fori sub Caesaribus statuentis, argumenta trutinantur.

Rerum iudicatarum auctoritatem sub Imperatoribus iuris ciuilis partem constituisse, eiusue speciem fori disputationem quoque mansisse, mihi placere, hariolari licet; quod prius quam vlterius probem, breuibus contemplandae sunt rationes *Io. A.* BACHII idem affirmantis, quem Virum, de legum historia tam egregie meritum, praeterire nefas esset. Is ergo hunc fontem admittit, *quorsum enim*, Ipsius probatio audit r), *ICti res iudicatas, atque decreta etiam tam diligenter collegerint, nisi ex iis multa iuris capita extiterint? Labeo quidem, scripsit libros Praetoris Vrbani, ac libros Praetoris Peregrini, quos rerum iudicatarum exemplis maxime repletos fuisse proxime verum est. Aristonis Decreta Frontiniana quo alio consilio scripta esse* *potue-*

r) *Histor. Iurispr. R. Lib.* III. *C.* 1. *S.* 7. §. 1.

potuerunt. Has rationes suas fecit etiam IVSTIVS s). Res ipsa specie non est destituta, modo quae dedit exempla meliora essent. Quod enim ad LABEONEM attinet, placuit BACHIO coniectura *F. C.* CONRADI t), me iudice, parum firma; en ipsam! *In his* (iuribus peregrinorum) *cum varietas esset infinita, propter istam peregrinorum in vrbem confluentium multitudinem, quomodo tot ciuitatum instituta potuissent intrare Album peregrinae iurisdictionis? sed his potius ipsis, simulque rerum iudicatarum exemplis constitisse amplos eos, & capaces Praetoris peregrini commentarios, quales Labeonem Antistium reliquisse notauimus, id quidem vero propius videtur.* Denunciauit GELLIO u) testimonium, sed is de Officio iudicis priuati egit, nec eius verba, a CONRADIO laudata, indicant, quid in Veterum libris de Officiis magistratum contentum est, quod e nexu orationis apparet. In LABEONIS ICti de Praetore Vrbano & peregrino libris, exempla rerum iudicatarum exstitisse plane non est euictum, cum ne argumentum quidem, quod tractauit, sit expeditum. Hos libros commentarios fuisse in edicta Praetoris vtriusque censuit *Ant.* AVGVSTINVS x), eandemque opinionem *Abr.* WIELING y), & *B. H.* REINOLDVM z), tueri video. Contra vero hanc coniectionem *Io. Henr.* MYLIVS a) destruere voluit, ea inprimis ex ratione, quod praeter vtriusque Praetoris libros, diuersos *ad Edictum* compositos laudaret GELLIVS b). Sed equidem in alio

s) *cit. Epistol. pag.* 12.
t) *Parerg. Lib. I. par.* 1. §. 14.
u) *Noct. Atticar. Lib. XIV. cap.* 2. *init.*
x) *De Nominib. propr.* τῦ πανδέκτῦ *Cap. I. n.* 4. *not. b. c.* in *Ev.* OTTO *Th. I. C. Tom.* 1. *p.* 25. vbi; *credo idem esse, ac si dicatur ad Edictum Praetoris Vrbani.* Et, *hoc est ad Edictum Praetoris peregrini.*
y) *Not. ad Indic. ICtor. Alphabet. not. pp.* in *Iurispr. Restitut. Tom.* 1. *pag.* LXXXI.
z) *Varior. Cap. XXXVII.* in *Opusc.* ab Illustr. IVGLER edit. *pag.* 214.
a) Diss. *de Praetore Peregrino* (Lips. 1732.) §. 9. *p.* 16.
b) *Noct. Attic. Lib. IV. cap.* 2.

alio GELLII loco c), LABEONIS ad Edictum libros laudatos inuenio, at in eo, quem excitauit MYLIVS, desideratur tale allegatum; ibique, praeter aliqua LABEONIS responsa, COELIVM SABINVM, in *libro de Edicto Aedilium Curulium*, LABEONIS definitionem morbi referre, tantum dicitur. Quid quod? si ANTISTII ad Edictum libri excitentur ibi, ego potius *Commentarium ad Edictum Aedil. Currul.* intelligere mallem, quoniam partem huius programmatis retulerat GELLIVS, quos LABEONIS libros, VLPIANVM quoque intellexisse, censeo, cum ait: *Fugitiui autem appellatione, ex fugitiua natum non contineri Labeo Lib. I. ad Edictum scribit* d); vtpote de fugitiuis album Aedilium aliquid comprehendit e). Quamquam autem his AVGVSTINI & REINOLDI non possit profligari opinio, tamen ea mihi non videtur amplectenda ideo, quoniam LABEONIS aetate Edicta Praetorum vix tot tantaque fuerunt, vt Libros XXX. & amplius Commentariorum, in ea scribere potuerit ICtus. Erant tum, fateor, quaedam certa, & TVLLIO f) si fidem habemus, pars multo maxima consuetudinarii iuris e Praetorum edictis prouenit, & EODEM g) teste ius ex Edicto hauriebatur; at enim, quum Praetoribus noua edicendi facultas non ademta, certa illa vbiuis non erant, nec probabile tot libros ad Edictum conscripsisse LABEONEM. Vero propius, aliquot eorum exstitisse libros, a nostris separatos, hos autem de Officio Praetorum egisse h), quod mihi & ea propter vero sit simile, quoniam LABEO, vir incorruptae libertatis, iu-

c) *Lib. XIIII. c. 10. Praeterea in libris quos ad Praetoris edictum scripsit, multa posuit partim lepide atque argute reperta: sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro legimus* etc.

d) *L. 1. §. 5. D. de Fugitiv. L. 1. pr. D. de Aedil. Edict.*

e) Teste GELLIO *Lib. IV. c. 2.* vbi haec edicti verba: QVOI. Q. SIT. QVIS. FVGITIVVS. ERROVE. SIT. NOXAVE. SOLVTVS. NON. SIT. Add. *L. 1. §. 1. D. de Aedil. edict.*

f) *De Inuent. Lib. II. cap. 22.*

g) *De Legib. Lib. II. c. 23. & Lib. I. cap. 5.*

h) Idem suspicatus est G. EBERLIN *de Or. Iur. Cap. XIII. n. 14. p. 219. & Cap. XLII. n. 8. p. 360.*

dice TACITO i), quique, GELLIO k) notante, ratum penſumque habuit nihil, niſi quod iuſtum ſanctumque in antiquitatibus romanis legiſſet, haud dubie mutationibus OCTAVIANI, quibus ſplendori Praetorum multum detraheretur, non contentus, quale quantumque fuerit olim iſtud officium monſtrare voluit. Quicquid tamen ſit, fragilis manet argumentatio BACHII, dum quoniam exempla rerum iudicatarum forte in iſtis libris collecta fuiſſe ſuſpicatus, ex eo petit argumentum pro illarum his temporibus auctoritate legali.

Alterum melioris pretii vix eſt, quid enim in decretis Frontinianis ICti ARISTONIS fuerit contentum, ignoramus cum ignariſſimis: Ipſe Vir doctus, reiecta de iis b. RITTERI l) opinione, decreta Coſſ. Cornelii Frontonis intelligentis, quid ſtatuendum ſit, ſe neſcire profitetur m), & nihilominus ad iſtam collectionem prouocat. Neque ego certi quid affirmare audeo, nam *Gu.* GROTII n), Iulii Frontini, qui de aquaeductibus ſcripſit, decreta intelligentis, mihi quoque ſe ſatis non probauit, coniectio: videntur vt e nomine patet decreta in cognitionibus prolata fuiſſe, at enim quem in finem ICtus ea collegerit neſcimus & vnde auctoritatem inde elicere poſſumus? Tranſeat haec ratio, rurſus adeo incerta vt firmi nihil ſuperſtrui poſſit. Tertium autem BACHII argumentum in decretis Principis poſitum melius eſt, & illud infra conſiderabimus.

§. XVI.

Diſputatum adbuc in foro ſub Caeſaribus monſtratur.

Quodſi ergo auctoritatem rerum iudicatarum eiusque ſpeciem diſputationem fori aliquam ſibi Imperatorum aetate vindicauerit poteſtatem, aliis argumentis nobis opus erit. Et, ſi quid mei iudicii, probe videndum, num de fori diſpu-

i) *Annal. Lib. III. Cap.* 75.
k) *Noct. Att. Lib. XIII. c.* 12.
l) *Ad Heinecc. hiſt. iur. Lib.* 1. *§.* 261.
m) *hiſtor. Irpr. p.* 414.
n) *de Vit. ICtor. Lib. II. c.* 11. *§.* 6.

disputatione speciatim considerata, deque iudicum & Assessorum concertationibus loquamur, an vero sub disputationis fori nomine, ius ex auctoritate rerum iudicatarum subortum complectamur. Si posterius, quod plerumque fit, fierique potest, sane miror, hanc partem iuris ciuilis in dubium vocari, quam adhuc agnoscere possumus, cum diserta testimonia adsint, rerum perpetuo similiter iudicatarum vim atque potentiam sustinentia. Sin prius, aeque disputationem sublatam esse nuspiam inuenimus, imo illam obueniisse, & eundem quem olim effectum habuisse probare possumus. Equidem vereor ne quidam, hanc distinctionem in λογομαχίαν abire, meque, res secum cogitandas, seiungentem, hallucinari putent; sed perpendant quaeso, num isti melius rei consulant, qui, quod maxime de vna alteraque specie valeret, in vniuersum affirmant aut negant. Rem igitur aggrediamur, & videamus ante omnia an de sententiis decretisue conficiendis adhuc disputatum sit. Et ita est. Scilicet in auditoriis Principum diprehendimus Assessores ICtos, quorum consiliis vtebantur Principes, tamquam summi iudices causas ad se delatas tractantes, & e quorum sententiis post imperialem cognitionem decreta interponebant. Id inprimis de HADRIANO compertum habemus, in cuius consilio SALVIVM IVLIANVM, IVLIVM CELSVM, & NERATIVM PRISCVM fuisse, SPARTIANVS refert *o*), quem successores plurimi in ea re secuti sunt, vt ICtos in consilio habuerint *p*). Neque hoc in aula Byzantina cessauit, etsi tum magna Comitum consistorianorum esset praerogatiua, notante THEODOSIO *q*), actis interesse, Imperatorum responsa audire, & admitti intra Consistorii arcana; quamquam definire nolim, an vt olim concertauerint, an consultationes dederint tantum; quem morem aenum

o) *In Hadrian. Cap. XVIII.*

p) Vt de Antonino Pio testatur CAPITOLIN *in vit. c.* 12. de D. Marco CAPITOLINVS *in vit. c.* 11. de Alexandro LAMPRIDIVS.

q) *L.* 8. *C. Th. de honorar. codicill.* add. *Iac.* GOTHOFRED. *Commentar. ad L. vn. C. Th. de Comit. Consistorian. T. II. p.* 96. (Ed. Ritter.)

uum IVSTINIANI seruauit etiam r). ICtorum consessum vero Principes vt consilium aestimarunt, nec eius mentionem in sententiis facere defuerunt, sed, cum consilio se confabulasse, formulis sententiarum saepius intulerunt, vti probarunt *Iac.* CVIACIVS s) & *B.* BRISSONIVS t). Inter ipsos autem Assessores obtinuit antiqua dicendi sentiendique ICtorum libertas, qua freti, si quid ipsis parum accurate propositum videbatur, ingenue dixerunt, rationibusque suffragia firmarunt. Disputarunt de iure inueniendae sententiae causa mirifice, & ideo conuocati ab Imperatoribus, vt ipsi, cuius sit optimum iudicium, & ad decretum formandum aptissimum, intelligerent, siquidem difficillima negotia in consistoriis proposita sunt. Neque est quod, diuersis familiis ICtorum adhuc florentibus, huius generis concertationes, inter diuersae Scholae auctores tantum obuenisse, eas autem Edicti perpetui promulgatione consopitas esse, putes; nam, vt tacitus praeteream, IVLIANVM non omnes in hoc opere dissensiones sustulisse, neminem, dissidia, post HADRIANI mirabile institutum, penitus esse sublata, defendere scio, quin potius, ardorem sectarum deferbuisse tantum, statuant omnes; & actum agerem, si, iuris nostri Archytectos, a se inuicem crebro diuortium fecisse, monstrarem. Iurisperiti consistorii Assessores disputarunt ergo; haec autem concertatio, non nisi fori disputationis nomine potest compellari, nam supra data definitio (§. 6.) ad illam quadrat omnino. Principis auditorium locum iudicii esse, & cum eo posse comparari, certum est, nam in eo partes earumque patronos causae allegationes exposuisse, ex actorum exemplis nobis seruatis u) videre

r) Cf. *Nov. XXIII. cap.* 2. vbi de consultationibus agitur, & in fine haec obueniunt; *Sed si quid tale euenerit* (impedimentum) *causa intacta permaneat donec Imperator sua sponte motus & conuocari proceres iusserit & litem inferri patiatur & omnia secundum morem procedere.* Quos hic proceres, eos paulo antea *patres*, nominauerat.

s) *Obseruat. Lib. XVIII. c.* 32.

t) *De formul. & solennib. P. R. Lib. V. cap.* 113. *p.* 395.

u) vid. *L.* 3. *D. de his quae in testam. delent. L.* 13. *D. quod met. caus. L.* 1. *C. Th. de his quae administr.*

videre est, & IVSTINIANVS x) haud obscure innuit idem, si inquit: *Si imperalis Maiestas causam cognitionaliter examinarit & vtrisque partibus cominus constitutis sententiam dixerit:* Ipsi imperatores iudices interdum dicuntur, & ARISTIDES Rhetor M. ANTONINVM Philosophum nominat: *Δικάστην μέγαν, ὅν οὔποτε οὐδὲν ἐκφεύγει τῶν δικαίων. Magnum iudicem, quem nihil eorum quae iusta sunt fugit vnquam* y), quod de EO poterat profiteri omnino, cum XIPHILINVS z) narret: *καὶ ἕνδεκα πολλάκις, καὶ δώδεκα ἡμέρας τὴν αὐτὴν δίκην, καὶ περὶ νυκτὸς, ἔστιν ὅτε, δικάζων ἔκρινεν, nam de eadem causa dies vndecim & saepe duodecim & de noctu cognouit.* Et eundem Imp. iudicasse, diserte refert VLPIANVS a). Consistorii Assessores concertarunt autem ad inueniendum decretum aut sententiam, reditque adeo vera disputationis notio. Sed incumbit onus probandi ICtos coram Principe disputasse: atque huius probationis gratia, ad IVLII PAVLI libros *Decretorum* s. *sententiarum in Imperialibus cognitionibus prolatarum*, prouocare posse mihi videor, de quorum indole ceteroquin post *Anton.* SCHVLTINGIVM b) pauca mone-

x) *L. 12. pr. C. de LL.*
y) *In Encom. Romae.*
z) *In Marc. Antonin. p. m.* 273.
a) L. 22. *pr. D. ad SCt. Trebellian.*
b) *Ad inscript.* PAVLI *Libror. Recept. Sentent.* in *Irprud. Anteiustinian. p.* 212. *seq.* Propius autem vero videtur, cum *Ev.* OTTO *Papinian. C. XII.* §. 1. *p.* 364. & *Cap. XIV.* §. 5. *p.* 517. *seq.* ibique laudat. Viris doctis, assumere, PAVLVM his in libris retulisse sententias, ipso aliisque ICtis assidentibus, ab Imp. SEPTIMIO SEVERO & ANTONINO CARACALLA latas; aliud e *L. 68.* §. 1. *D. de Fideiussor.* & *L. 97. D. de acq. vel omit. hered.* mutuatis e Lib. III. Decretor., extricare voluit *Corn. van* BYNCKERSHOECK *ad L. Lecta. Cap. 1. p. m.* 7. (Ed. Lugd. Bat. 1699.) dum nobis persuadere cupit, in PAPINIANI Pr. Pr. vice sacra cognoscentis auditorio, istas agitatas esse controuersias, cui PAVLVS contradixerit. Parum recte, verba *pronunciauit, decreuit*, meliori iure ad Impp. referuntur, coram quibus PAVLVS cum aliis disceptauit, idemque statuit *Gotf.* MASCOVIVS mox laudandus.

moneri possunt. Perspectis autem fragmentis ex illis in Digestorum corpore nobis superstitibus, praesidium nostrae causae inueniemus omnino, cum acutissimus PAVLVS plerumque reliquorum contra rationes disputauerit. Nam ecce statim in celebri causa Rutilianae, Aemilii Lariani filiae, in integrum restitutionem desiderantis *c)* illud quod affirmaui deprehendimus. Victa enim apud Praetorem Praefectumque Vrbi, prouocauerat, vulneratumque negotium ad sacrum Principis auditorium detulerat. PAVLVS recte iudicatum esse censuit, Imperator, e reliquorum sententia, contra: PAVLVS tueri suam opinionem non destitit, sed libere dixit, cur sibi videatur in integrum restitutio non concedenda, qua defensione non opus fuisset, nisi ab aduersariis, siue iis, quorum Iudicium Imperatori placuit, Praetoris Vrbique Praefecti sententiae, quarum Patronum se PAVLVS monstrauit, impugnatae fuissent. Rationes suffragii seruauit ICtus, seruauit etiam allegationes aduersae sententiae, & ita profecto quasi cernere & audire hanc, inter PAVLVM & reliquos Assessores, PAPINIANVM, MESSIVM, TRYPHONINVM, vt coniecit CVIACIVS *d)*, concertationem possumus. Aliud exemplum sistit causa Titiani *e)*, vbi victus iterum PAVLVS, postquam acriter disputauerat, at contra Principem causam sustinere non potuerat; neque dubito, quin ob Pactumeii Androsthenis testamentum *f)*, magna fuerit inter Consiliarios disceptatio. Similiter IDEM alius disceptationis inter consiliarios agitatae meminit *g)*, vtique memorabilis, lite tamen haud nuncupata, cuius occasione facta. Plura hic colligere exempla abstineo, patebunt cuiuis e citatis

c) *L. 38. D. de Minorib.* Quod fragmentum eleganter exposuit *Gotfr.* MASCOV. *in prol. ad L. Aemilius 38. pr. De Minor. Lips.* 1754. in Opuscul. p. 477. seq. vbi monstrauit *Rutilianam pupillam bis iure victam in iudiciis inferioribus, iniuria in integrum restitutam Principis iussu.*

d) *Obseruat. Lib. II. Cap. 26.*

e) *L. 8. Quod cum eo qui in alien. potestat.*

f) *L. 92. D. De hered. instituend.*

g) *L. 240. D. de V. S.*

tatis voluminibus seruata fragmenta euoluenti, ab *Abr.* WIELING *h*) sedulo indicata, quorum aliquot infra *i*) citata inuenis, in quibus disceptationes memoratae sunt. Neque mirandum est, ICtis tantam licentiam competiisse, cum in SEPTIMIO Seuero Imp. laudauerit DIO CASSIVS, quod XIPHILINVS *k*) ex eo retulit, cuius verba latine tantum referam: *Dein iudicabat separatim, nisi celeberrimus dies festus esset agebatque in eo optime, quod & litigantibus aquam quantum satis suppeditaret, & nobis vna iudicantibus, magnam libertatem in dicendis sententiis largiretur.* Non solum autem ex his PAVLI Decretorum libris nostram tueri possumus causam, obueniunt in aliorum Prudentum scriptis similia: nam in *Quaestionum*, *Responsorum*que libris doctrinas variis decretis illustrare, & ex vsu forensi confirmare, soliti sunt. Quid quod CERVIDII SCAEVOLAE *Quaestionum publice tractatarum* βίβλιον ἕν, in Indice florentino laudatum, huc referre possumus, in quo quidem ICtum quaestiones & controuersias inter Assessores agitatas retulisse, a vero non abhorret, quamquam definire nolim, an Magistratuum inter Consiliarios, quod PERENONIVS *l*), an ipsius Principis, quod BERTRANDVS *m*) voluit, nam vtrumque adesse potest: id tantum mihi probabile non est, quod *Io. Lud.* CONRADI *n*) defendit, has quaestiones

a

h) *Iurispr. Restitut. Tom. I. p.* 159.

i) *L.* 27. §. 1. *D. de Legat. III. L.* 74. §. 1. *D. ad SCt. Trebellian. L.* 47. 48. 50. *D. de Iure fisci.*

k) *In Excerpt. e Dion. Septim. Seuer. p. m.* 343. *extr.*

l) *Animaduers. Lib. II. cap.* 11. Huc IDEM trahit MAECIANI *Quaestiones de fideicommissis*, haud scio, an merito: Recte ceteroquin illos libros quaestionum nomine exornauit, vt post illum probauit *Io.* WVNDERLICH *comment. de Volusio Maeciano ICto & SCto Volusiano* (Hamburg. 1749.) *Sect. I.* §. 7. Et frustra BERTRANDVS *de Iurisper. Lib. I. cap.* 13. §. 3. fideicommissorum libros a libris quaestion. de fideic. separasse MENAGIO *in not.* visus est.

m) *de Iurisperitis Lib. I. Cap.* 18. Putat enim, VLPIANVM ex hoc libro sumsisse exemplum iudicii principalis, quod SCAEVOLAM retulisse scribit *L.* 22. *D. ad SCt. Trebell.*

n) *De Vita Q. Cerbid. Scaeuol. Cap. XII. p.* 73.

a SCAEVOLA litteris consignatas, in consessu ICtorum & *stationibus Prudentum* disceptatas esse, quod proxime accedit RAEVARDI confictionibus. Neque tamen SCAEVOLAE conuenit prolixas enarrationes habere, sed breuiter tantum suam mentem proposuit, & obiter aliorum meminit opinionum, sed disputationes hoc volumen complecti significat inscriptio, in qua *tractatae* dicuntur quaestiones, tractare enim ICtis proprium est, & nodosae, difficilis & controuersae rei discussionem significat *o*). Perperam vero, me iudice, ad istius generis libros, CALLISTRATI libros *cognitionum* retulit *Christfr.* WAECHTLER *p*), in quibus vt fragmenta docent, de his quae in cognitionibus, tam publicarum quam priuatarum causarum, obseruanda, tradit illorum auctor. Neque laudatum D. MARCI decretum *q*) quicquam efficit, quum illustrationis ergo sit allegatum. Iam ex hactenus enunciatis meo iure colligere possum, disputationem ipsam adhuc Imperatorum tempore adfuisse, quamquam ICtorum, quorum in Digestis sunt fragmenta, tempore praesertim adfuerit, quum deinde sensim collapsa sit prudentia & sub plerisque Principibus, quod aliquando LACTANTIVS *r*) dixit, *Eloquentia extincta, causidici sublati, ICti aut relegati aut necati sint.* Restituta paulum CONSTANTINI M. & sequentium Imperatorum aetate, sed concertationum feruor, ob magis magisue cadentem scientiam in Principum consistorio desiisse videtur. Interim e Peritorum consiliis, Principes Byzantinos decreta interposuisse, partim ex iis quae supra de comitibus consistorianis dixi-

o) Et hoc sensu obuenit *L.* 1. §. 3. *D. de calumniator. L.* 17. *D. de Iur. patronat.* aliisque locis. Cf. praeter laudat. PERENONIVM, *Iac.* GOTHOFRED. *Not. ad L.* vn *C. Th. de Respons. Prudentum.* & *Ev.* OTTON. *Papinian. Cap. XII.* §. 1. *p.* 365.

p) Διασπασμ. *de Veter. Iur. enucl. in Opusc. p.* 361. Similiter fere BERTRAND. l. c. *Lib. I. Cap.* 27. §. 3. his libris causas, a Principibus Magistratibus specialiter quarum cognitio demandata est, contentas fuisse putat.

q) *L.* 13. *D. Quod met. caus.* repetitum est decretum in *L.* 7. *D. ad L. Iul. de Vi priv.*

r) *De mort. persecut. c. XXVI.*

diximus, deduci poteſt, partim vero quod Imp. VALENTINIANVS s), *confutationis floreutiſſimorum ſacri palatii procerum*, mentionem fecit: poſtea ſaepe Quaeſtores palatii, homines iuris periti t), inprimis cauſas grauiſſimas, ab Impp. eis traditas, vice ſacra, diuerſis pro varietate temporum adiuuantibus, cognouerunt u). Ne vero nimis detineamur breuibus aliqua dubitatio memoranda: etenim diſplicuiſſe quibusdam doctis Viris x), ad diſputationem fori ICtorum in Principum auditoriis concertationes referre, video. Sed argumenta vel afferunt nulla, vel exigui ponderis; ſolent confabulationes nominare Imperatorum cum ICtis, quas diſceptationes inter Aſſeſſores fuiſſe diximus; aut, ſententias, non ICtorum auctoritate, ſed, quoniam placuerint Principi, obtinuiſſe, contendere. Quoad prius equidem cedo, AVGVSTI tempore de valore codicillorum TREBATIVM non diſputaſſe, ſed confabulaſſe potius, & male ab HEINECCIO & RAEVARDO hoc, tamquam diſputationis fori Caeſarum aetate exemplum, eſſe allegatum; cedere quoque poſſum, colloquium tantum eſſe Diuorum Fratrum, cuius meminit VLPIANVS y), & varie SCAEVOLAE diſputationem z) explicari poſſe, quamquam haec potius ad opinionis propugnationem trahenda ſit; at quid noſtris, e libris PAVLI laudatis, facient exemplis

s) *L. 2. C. de LL.* vid. infr. §. 20.

t) Vid. SYMMACH. *Lib. III. Ep. 17.* Hinc exquiſitis, huc tendentibus, elogiis ornantur. *In Notit. Dignitat. Vtriusq. Imper.* adſcribitur ei *leges dictandae, preces.* vid. PANZIROLL. *Commentar. ad Not. Orient.* p. 46. ſeq. (Ed. Venet. 1603.) Quoad elogia SYMMACHVS *Lib. I. ep. 17.* eum vocat *precum arbitrum, legum conditorem.* Imp. VALENTINIAN. *Nov. III. de homicid. Iuſtitiae cuſtodem.*

u) Officium non habuit, ſed adiutores de ſcriniis; ſiue Subadiuuantes, vt in *cit. Notit. Occid.* nominantur. De ipſius cognitionibus, & circa illas a IVSTINIANO factis mutationibus vid. *I.* GVTHER. *de Offic. Dom. Aug. Lib. I. c. 26. 27.*

x) v. c. *Chr. Ott. a* BOECKELN *de diuerſ. famil. ICtor. Cap. I.* in SCHLEVOGT *collect. p. 11.*

y) *L. 17. D. de Iure patronat.*

z) *L. 19. D. de liber. & poſthum. hered. inſtit.*

emplis? num ibi quoque confabulatio, anne potius apertissimum dissidium & disputatio? Ad alterum quod attinet, sub Rep non inualuerunt quoque sententiae, e disputationibus ortae, ob Peritorum auctoritatem; non negamus, Principis voluntatem decidisse, e quorum opinione decretum formandum sit, at nequaquam eopse decretis & ICtorum opinionibus dedit vim legis generalis, vt ex infra dicendis patebit.

§. XVII.

Disputatio in reliquorum Magistratuum iudiciis vt et Centumuirali fuit.

E Principum Consistorio, age transeamus in Magistratuum auditoria & in Basilicas. Praefecti Praetorio & Vrbi, vt et alii magistratus, Assessores habuerunt studiosos iuris, imo e Constitutionibus Principum a), obligati erant tales sibi legere, quod ad IVSTINIANVM vsque durauit b). Variis praemiis & honoribus ornati sunt iuris studiosi, vt diligentiores in iuris suggestione essent, salariaque olim a Magistratibus data, e PESCENNII NIGRI constitutione a SPARTIANO c) commemorata, a ciuitatibus praestanda erant, quae lex ab aliis Imperatoribus comprobata & repetita est, vti prolixe docuerunt *Petr.* BVRGIVS d), & *Des.* HERALDVS e). Cum vero apud Praefectum vtrumque, praesertim difficiles controuersiae tractarentur, & a Peritis essent disceptandae, quin ea occasione saepe a se inuicem

a) Cf. *Tit. Cod. de Assessorib. & Domestic. & Cancell. Iudic.*
b) Quod colligendum e *L. 13. d. T.* in qua Assessores, duobus magistratibus quo minus assideant, aut aduocationem simul exerceant, prohibentur. Dicam scripsit *Fr.* BALDVINVS *in Iustinian. Lib. II. p. 95.* Triboniano, quod neglexerit PAVLVM *L. pen. D. de Assessor.* emendare, in qua contrarium sit dictum. Pariter Assessores s. Consiliarios sub IVSTINIANO fuisse, probatur ex *Nov. LX. Cap. 2.* vbi sancitum ne illi sine magistratibus cognitiones suscipiant. Add. *Pet.* GVDELIN *de iure nouissim. L. IV. c. 3.*
c) *in Vit. Pescen. Cap. VII.*
d) *Elector. Cap. IX.*
e) *De Auctorit. rer. iudicatar. Lib. II.*

cem dissenserint assessores & disputauerint, dubitandum non est. Neque desunt in libris ICtorum exempla hoc vtique probantia, & quomodo solennes illas formulas *scio disputatum esse & putabam*, *dicebam*, *ille dicebat*, etc exponendae essent, nescirem, nisi disputationes, in foro agitatae, subintelligendae forent. Luculentum istiusmodi concertationis specimen suppeditat PAVLVS, assessor Pr. Pr. PAPINIANI, in damnata *L. Lecta f)* ex Ipsius *Lib. III. Responsorum* sumta: eadem, quam in Decretorum libris secutus, exponit ratione controuersiam, narrata scilicet facti specie, disceptationem subiecit, quod seduxisset fere BYNKERSHOECKIVM g) mutata ἐπιγραφῃ legere *Lib. III. Decretor.* At, bonum factum! abstinuit. In hoc autem fragmento, disputationem acutissimi PAVLI cum aliis Assessoribus, imo forsan cum ipso Praefecto Pr. PAPINIANO, deprehendimus, quam verba *dicebam*, *ille putabat*, & similia, argumenta, quibus vnus quisque suam sustinere voluit sententiam, indicantia, satis probant. Simile ex alio loco h) colligendum esse videtur, in quo: *fuerunt, qui dicerent*, & contra PAVLVS, *mihi nequaquam hoc iustum esse videbatur:* sed plura colligere exempla relinquo aliis; ex his adductis facile, nos praeter veritatem nihil affirmasse, patebit. Consideres porro velim, quam varii sub Imperatoribus Praetores instituti sint, & quot quantaeque causae sint extraordinarii iuris factae. Harum cognitiones assidentibus ICtis fieri debebant, & ipsorum consilio Praetores erant alligati, quamobrem PAVLVS i) sigillatim ad Officium Assessorum cognitiones atque decreta retulit. Verone autem simile, numquam dissidium inter ICtos fuisse? disceptasse eos numquam? quaestiones tam aperte decisas fuisse omnes, vt nullus fuisset dubitationi locus, nec quicquam ICtorum ingeniis statui potuisset? sane contrarium monstrare non difficile esset. Omitto quoque *libros Assessoriorum*, quales

Aa 2 PV-

f) *L. 40. D. de rebus credit.*
g) *Comment. ad L. Lecta cap. I. p. m. 6. 7.*
h) *L. 16. D. qui potior. in pignor.*
i) *L. 1. D. de Offic. Assessor.*

PVTEOLANO & SABINO tribuuntur k), in quibus fortasse contenta sunt quae Magistratibus suaserant ICti, etsi certo definiri nequeat l). Atque hi consiliarii non tantum adfuerunt, cum ICti, quorum in Digestis legimus fragmenta, floruerint, sed etiam posteriori aetate; hoc enim non solum e constitutionibus Imperatorum in vtroque codice patet, verum etiam ex scriptoribus comprobari potest. Inprimis enim apud Illos celebratur schola iuris Berytensis, quod doctissimos Assessores educauerit m) & vnde quaeso AMMIANVS MARCELLINVS n) tradere potuisset, illos post terga iudicum sedisse? Hos autem inter se de iure disputasse, etsi diserte quidem probari nequeat, tamen simile vero est: num ipsorum disputationes autem effectum habuerint, de eo infra ad dicendum erit locus opportunior.

Restat potius, num in CVirali iudicio fori disputationem sub Imperatoribus statuere possimus, disquirere. Et omnibus perpensis, illam esse admittendam videri, pronunciandum esse censeo. Equidem ipse, huius iudicii splendorem sub Imperatoribus obfuscatum, nec tot tantasque causas in Basilicis tractatas esse, concedi o), quemadmodum vero id vna vice vnoque actu factum non est, sed per partes euenit, ita quoque tribunalibus CVirorum relictae causae, adeo definitae non erant atque descriptae, vt omnis dubitatio exulasset; quin potius dissidia inter iudices obuenisse, probare possimus, exinde orta, quoniam noua iurisprudentia in his ipsis varia, mutata erant. Videlicet memoratum legimus, non raro iudices in duas iuisse partes, & earum vni aequum esse visum, quod iniquum censuit altera; quod nisi disputassent de iure, nisi in ferendis sententiis diuortia fecissent, iuris auctores profiteri non potuissent. Huius rei probandae causa QVINCTILIANO p) testimonium denun-

k) Illi in *L. 12. D. de Pact.* Huic *L. 5. §. 8. D. de iniur.*
l) Saltim id placuit FERENONIO *Animadv. Lib. II. c. 11.*
m) Cf. *Io.* STRAVCH *Berytum Cap. V. §. 16.*
n) *Lib. XIII. ad fin.*
o) Vid. *disq. de Caus. CViralib. §. VI.*
p) *Institut. Orator. Lib. IV. cap. 2.*

nuncio, nobis suo tempore CViros tractasse, filiusne, an frater heres sit, pubertas, annis an habitu corporis aestimetur, tradenti; imo nec ipsi ICti vadimonium deserunt, adest IVLIANVS q) inque liberali iudicio discessum memorat, & PAVLVS r), dissonantes in tali negotio CVirorum deprehendi sententias, animaduertit. Verumtamen si tibi haec displiceant, quoniam expeditum non sit, CVirine de liberalibus causis cognouerint, age consideremus causas hereditarias: Rursus autem, in his decidendis in partes iuisse tribunalia, atque vnum, testamentum valere, rescindendum esse, alterum pronunciasse, legimus. Certe MARCELLVS s), id interdum fieri solere, scripsit, & vsque ad Diui PII tempora incertitudinem quid faciendum mansisse, deinde vero sententiam, testamentum sustinentem, esse antepositam, ait; qua quidem mutatione euenit, vt certum esset, quid statuendum, neutiquam vero disputandi occasio sublata, quin imo MARCELLVS, cum suis etiam temporibus istas obuenire dissensiones sciret, monstrauit, quid Praetori, rebus ita comparatis, faciendum esset. Et quid opus fuisset, vt PAPINIANVS t) diuersorum tribunalium varia iudicia allegaret, ni talia saepius producta fuissent? Igitur ex his patet, quamquam multa Caesarum aetate, in de inofficioso testamento querela, certa essent, tamen omnes dissensiones sublatas non esse, sed tales exstitisse potius, atque disputationes fori constituisse. At enim vero, cum CViralis iudicii splendor temporibus paulo ante CONSTANTINVM M extinctus sit, & Praetorum in iudiciis vix tanti momenti causae obuenisse postea videantur, quae CVirorum consilium exigerent, conieci u), post Constantinum M cessasse ipsum consilium CVirorum; facile vides, nos posse disceptationis huius fori finem inuenire & quodammodo definire. Num vero CVirorum cum adhuc florerent, disputatione, quidquam inductum sit, infra monstrandum erit.

q) *L. 30. D. de liberal. caus.*
r) *L. 58. D. de Re Iudicat.*
s) *L. 10. pr. D. de inoff. testam.* Cf. *Animadv. ad Siccam. Lib. II. cap. 7. not. a.*
t) *L. 76. pr. D. de legat. II.*
u) Cf. *Animadv. ad Siccam. Lib. II. c. 8. not. g. p. 174. seq.*

§. XVIII.

Rerum iudicatarum sub Imperatoribus auctoritas & aestimatio in genere, monstratur.

Hactenus ergo, per partes eundo, monstraui, quibus in iudiciis disceptatio obuenire potuerit, nunc transeundum ad alterum caput (§. 16.) dispiciendumque: rerumne iudicatarum auctoritas in genere sub Impp. in dubium possit vocari, istorumque aetate illius species, fori puta disputatio, adhuc statuenda, & e disceptatione ICtorum & iudicum orta sit? Atque hanc auctoritatem admittendam esse censeo; Nam in vniuersum primo reuerentia, vt ita dicam, erga res legitime iudicatas, leuior, quam sub Rep., non fuit, sed auctoritatem iudicatorum sustinuerunt, nec quicquam, saltim difficulter, contra illam Impp. admiserunt x). Quid quod, vt omittam alia, CONSTANTINVS M. y), ne Rescripto quidem illam conuelli posse, constituit, *Impetrata rescripta non placet admitti, si decisae semel causae fuerint iudiciali sententia, quam prouocatio nulla suspendit: sed eos, qui tale rescriptum meruerunt, etiam limine iudiciorum expelli:* cui sanctioni non absimile videtur rescriptum DIOCLETIANI & MAXIMIANI z). Deinde rationes non deficiunt, cur Imperatores hanc iuris non scripti partem agnoscere debuerint: Nam legibus scriptis ab Augustis, aut SCtis, non poterant omnia constitui, mansitque adeo potestas iuris consuetudinarii eatenus, quatenus illud a Principe tacite confirmatum erat; & effatum QVINCTILIANI a) *pleraque in iure non legibus, sed moribus constant*, ad Reip. tempora restringere non opus est, quin potius IDEM recte alio loco b) innuit, nulla tanta potuit esse prouidentia eorum

x) *L. 1. 2. 4. C. de Re iudicat.*

y) *L. 1. C. Th. de re iudic.* ibique *Iac.* GOTHOFRED. *in Comment. Tom. 1. p. 431.* Add. *L. 1. C. Th. si quis per met.* e qua desumta *L. 9. C. vt lite pendent.* mutata deportationis poena, in ignominiae irrogationem.

z) *L. 3. C. de Error. Aduocator.*

a) *Institut. Orator. Lib. V. c. 3. p. 399.* (Ed. Burm.)

b) *Declam. 331.*

rum, qui leges componebant, vt omnes negotiorum species complecterentur. Hinc ante HADRIANI edictum perpetuum, Praetorum aliorumque Magistratuum edictis varia sunt inuecta, quamquam mandatis Principum coarctata facultas edicendi esset c), & post formae perpetuae editionem, magistratuum edicta non videntur penitus sublata, sed maxime debilitata potestas edicendi tantum dici potest d). De ICtorum auctoritate nihil proferam, quae ad ALEXANDRI Seueri, GORDIANIque regimen in summo splendore fuit, cuique nos adhuc varia debemus. Auctoritas igitur rerum iudicatarum eo minus in dubium vocanda, quo minus ea supremo vnius imperio obesse videbatur, quo facilius ipsius auxilio plura in iure poterant constitui, & Principes sensim paulatimque iura antiqua immutare, vt vix obseruaretur. Habet enim profecto, quod & HERALDVS e) animaduertit, haec iuris ciuilis pars eam praerogatiuam, vt per eam multa foro vsuique, opportunius ipsis legibus, accommodari queant. *Denique* ait HERALDVS, *ea omnia quae in praxi, & vsu consistunt, melius percipiuntur, & percepta retinentur, quam quae a rebus abstracta solo intellectu continentur. Hinc fit vt per praecepta longum iter sit quod dicebat Quinctilianus, breue per exempla: atque in omnibus fere minus valeant praecepta quam experimenta. Quapropter Iustinianus ipse, postquam plura de satisdationibus tradidit*, ea omnia apertius & perfectius a quotidiano iudiciorum vsu, in ipsis rerum experimentis apparere *ait f*).

 Nu-

c) Vid. *Car. Eman.* VIZZANIVS *de Mandatis Princip.* (Amstelod. 1657.) *Proleg. nr. XVII. p. 7. & ad Leg. III. Cap. 16. n. 8. p. 289.* quo loco putat, tandem in edictorum locum mandata successisse, saltim prouincialium.

d) Neque igitur absolute cum *Fr.* BALDVINO *in Iustin. p. 11.* & HOFMANNO *Hist. Iur. T. 1. p. 441.* nego Praetoribus edicendi facultatem post Edictum perpetuum competiisse; neque cum *Herm.* NOORDKERK *Obseru. cap. VIII. p. 161. seq.* facio, plus aequo praetoribus tribuente. Certe pars Orationis HADRIANI, e *Constitut. de confirmand. Dig.* §. *18.* laudata, rem non conficit, & reliqua argumenta, ICtorumque loca, assidue non probant.

e) *De rer. iudicat. Auct. Lib. II. Cap. 24.* §. *3.*

f) §. *pen. vlt. J. de satisdation.*

Nuſpiam porro inuenimus ad IVSTINIANVM vſque, auctoritatem rerum iudicatarum ſublatam, prohibitumque quo minus rebus ſimiliter deciſis ſtandum ſit: huic autem Principi ſi placuit, vti placuit g), mutationem inferre, ſequiturne autea idem obtinuiſſe? nequaquam; contrarium aperte docere poſſumus. Enimuero ICti cum de iure conſuetudinario praecepta dederunt, non ſolum nuſpiam, id e rebus ſimiliter iudicatis deſcendere non poſſe, dixerunt, in vniuerſum potius loquentes h); ſed etiam ſaepe ad ſimiliter iudicata, confirmandae doctrinae gratia, prouocarunt: idemque fecerunt Imperatores in conſtitutionibus, ſi CVIACII ſupra (§. 3.) relatam coniecturam admittis, qua, noſtrum fontem interdum morem legum atque iudiciorum nominatum eſſe, ſtatuebat. Vnde porro CALLISTRATVS i) reſcriptum Imp. SEVERI notaſſet, in quo dictum: *in ambiguitatibus quae e Legibus proficiſcuntur, aut conſuetudinem aut rerum perpetuo ſimiliter iudicatarum auctoritatem vim legis obtinere debere.* In circa legum interpretationem & applicationem ambiguitatibus, Imperator igitur retro iudicatorum exempla teneri iubet; & legis quidem vim iſtam auctoritatem obtinere adſerit Quodſi tanta poteſtate praedita auctoritas rerum iudicatarum, vt in ſimilibus ſequenda, partem iuris ciuilis, legum non ſcriptarum ſpeciem conſtituerit, neceſſum eſt. Huc non minus recte trahi ſolet reſcriptum ALEXANDRI A. k) in quo haec leguntur: *Praeſes prouinciae probatis his, quae in oppido frequenter, in eodem controuerſiarum genere, ſeruata ſunt, cauſa cognita ſtatuit:* quod praeceptum, ſingulari ſpeciei accommodatum, idem Auguſtus repetiit l), cuius ſubnotationis verba adponere non opus eſſe videtur. Atque haec ſufficiant in genere ad monſtrandum, rerum iudicatarum auctoritatem ſub Impp. in deſuetudinem abiiſſe non videri; hoc tantum non omittam, mirum

g) *L. 13. C. de Sentent. & interloc.*
h) *L. 11. 12. 23. D. de LL.*
i) *L. 38. D. Eod.*
k) *L. 1. C. de long. conſuetud.*
l) *L. 3. C. de aedific. priuat.*

mirum esse, Architectos Pandectarum, laudatum CALLISTRATI locum, sub titulo de *Legibus, SCtis & longa consuetudine* collocasse, ex quo facto, si *Iac.* CVIACII m) canonem, quem instar regulae commendauit etiam *Val. Guil.* FOERSTER n), attenderemus, scilicet *titulum esse vniuscuiusque legis clauem*, contra Digestorum auctores insurgere possemus. Quid enim? nonne videntur etiam contra IVSTINIANI voluntatem, eaque neglecta, rerum iudicatarum auctoritatem ad leges retulisse, CALLISTRATI verba, tantam vim ipsis tribuentia, in titulum, vbi de Legibus agitur, colligentes? Aliam certe huius apparentis oscitantiae excusationem adferre non possumus, nisi relatum huc fragmentum, ob interpretationem, consuetudine firmatam; collatum enim eo loco, vbi de interpretatione legum actum est.

§. XIX.

Auctoritatem rerum iudicatarum & disputationem fori e Decretis Principum descendere, monstratur.

Nunc ad specialiora veniamus, & an concertationes iudicum & Assessorum, inprimis Auditorii Imperialis, tantam sibi vindicauerint potestatem, videamus, vt ex eorum suggestione iudicatis conditis, in ius ciuile aliquid potuerit inuehi. Spinosam ingredior viam, fretus tamen doctiorum humanitate, qua me forsan errantem in regiam ducent, coniectiones proferam qualescunque, aliis, meliora docendi, ansam forte praebentes. Ordiar a decretis Principum, in cognitionibus prolatis, quibus cum varia iuris ciuilis capita constituta videantur, illud ius, non ob Decretorum vim vniuersam, sed auctoritate rerum iudicatarum & vsu inualuisse, monstrare conabor. E THEOPHILI o) finitione est Decretum, *ἀπόφασις* Βασιλέως *μεταξὺ δύο μερῶν παρ' αὐτῶν δικαζομένων ἐκφερομένη. Sentencia Principis inter duas partes* de

m) *Obseruation. Lib. XIV. cap.* 31.
n) *in Interpret. s. de iuris interpretation. Lib. II. cap.* 5. *reg.* 29. *n.* 5. *in* OTTON. *Th. J. C. Tom. II. p.* 1050.
o) *παραφρασ.* §. 6. *J. de J. N. G. & C.*

de quarum ipse causa cognoscit & iudicat, pronuntiata: quo in sensu obuenit etiam apud VLPIANVM *p)* in verbis: *cognoscens decreuit.* In speciali significatione nos igitur Decretum intelligimus; notauit enim haud inconcinne *Chr. Gotfr.* HOFFMANN *q)*, interdum hoc verbum vniuersim constitutionem denotare, probationis ergo VLPIANI *r)* & Impp. ARCADII & HONORII *s)* testimoniis excitatis, qua in re secutus est *Iac.* GVTHERIVM *t)*: quod vtut verum est, VLPIANI tamen locum, cui alterum *u)* addo, & ita possumus interpretari, vt decretum proprie designet. Fallor autem, aut decretis omnes constitutiones complexus est PAPINIANVS *x)*, cum in partium iuris ciuilis recensu, *Decreta Principum* laudaret; vti & SALVIVS IVLIANVS sub persona Praetoris, referente VLPIANO *y)*, restitutionem in integrum ex quacunque iusta causa promittens, *quod eius per leges Plebiscita, SCta, Edicta, Decreta Principum licebit*, me iudice, sub Edictis, Praetorum Edicta, sub Decretis, principum constitutiones & edicta intelligere voluit, quorum alio loco *z)* expresse meminerat, & ita sensit etiam *Gerh.* NOODT *a)*. Sic quoque THEO-

p) *L. 1. §. 1. D. de Constitut. Princip.*
q) *Histor. Iur. Roman. Tom. I. p. 416.*
r) *L. 25. D. de iur. fisc.* vbi: *Est & decretum ab Imp. Seuero & constitutum.*
s) *L. 9. C. de Erogat. milit.* vbi: *Prouida sanctione decreuimus.*
t) *De Offic Dom. August. Lib. I. cap. 33. p. 198.*
u) *L. 26. §. 1. D. de fideicom. libertat.*
x) *L. 7. pr. D. de J. & J.*
y) *L. 28. §. 2. D. Ex quib. caus. maior.*
z) *L. 7. §. 7. D. de pact.* in margine tamen *Lud.* CHARONDAS notauit, edicta, decreta principum, in aliis legi: forsan non male, putat *Io. Car. van* WACHENDORF *d. de Pactis nudis Cap. II. §. 11.* in Diss. *Triad. p. 544.* (Traiect. ad Rhen. 1730.) etsi decreta sub edictis Principum iam essent comprehensa. At si hoc loco decreta & edicta admitteremus, ego iterum haec de praetoriis intelligerem. Ceterum Florentinam secutus est *J. G.* HEINECC. *in Restitut. Ed. perp.* in *Op. posth. p. 336.*
a) *De pact. & Transaction. Cap. XIX.*

THEODOSIVS M. b) constitutiones diuales Decretorum verbo complexus, cum scribit: *prouocantibus multas, nisi ex nostris decretis, non patimur imponi;* imo notauit *I.* GOTHOFREDVS c) decretorum nomine interdum rescripta venire, quod *Emund.* MERILLIVS d) eatenus admittit, quatenus per rescripta Praesidibus intimari solebant decreta, ad eorum consultationes facta. Neque tamen hac, neque generali significatione vtimur, sed arctiori a ICtis laudatis explicata, qua Decretum se satis ab interlocutione planaria discernit, a qua & VLPIANVS eam segregauit; sicut ab Interlocutione, causam non perimente, sed ad progressum litis pertinente e). Excipit autem decretum ante actam causae cognitionem, cogitarique nequit, nisi Princeps causam *cognitionaliter audiuerat*, ceu Imp. ANTONINVS f) loquitur, aut vt IVSTINIANVS g), *cognitionaliter examinauerat*, ad quam cognitionem perficiendam, vtebatur auxilio consiliariorum, & ex eorum iudiciis sententiam, in decreto latentem, ferebat. Licet autem decreta e iure constituto interponenda essent, formandaque, tamen quoniam illud saepius sufficere non videbatur, vel incertum esset, an casui dubio accommodari posset, vel ipsis Imperatoribus se non satis commendabat; factum est, vt decretorum ope, varia, in iuris ciuilis latentem ambitum, inducerentur, quibus inprimis antiquum ius emollitum est, lenitumque. Aequitatem enim magis secuti sunt hi summi iudices, ideoque vehementer saepius laudati: recte enim SYMMACHVS h), *Alia,* inquit, *conditio magistratuum, quorum corruptae videntur esse sententiae, si sint legibus mitiores; alia Diuorum Principum potestas, quos decet acrimoniam seueri iuris inflectere;* & IDEM alibi i) propterea THEODOSIVM & ARCA-

b) *L. 43. C. Th. de Appellation.*
c) *Glossar. nomic. Cod. Th. h. v.*
d) *Obseruation. Lib. II. cap. 26.*
e) *L. 9. C. de sentent. & interloc.*
f) *L. 9. C. de Quaestionib.*
g) *L. f. C. de LL.*
h) *Epistol. Lib. X. Ep. 63.*
i) *Lib. X. Ep. 47.*

ARCADIVM laudat, quod *legum plerumque duritiam pro clementia sua decretis moderatioribus temperauerint:* similiaque aliis locis bene multis repetit. Secuti vero ICtorum consilia, & ex eorum disputationibus eam elegerunt opinionem, e qua decretum conficere vellent, quae tunc omnino palmam reportauit. Iam inquirendum: tale decretum vtrum instar legis generalis, in reliquis similibus casibus, a iudicibus abscisse obseruari debuerit, an vero secus, & principia, decretis inducta, moribus inualuerint? Interpretum plerique, e quorum numero *Iac.* GVTHERIVM k), *Io.* STRAVCHIVM l), *Gu. van der* MVELEN m) excitare tantum lubet, Decreta ad generales Principum constitutiones referentes, ea vim legum in aliis similibus habuisse, affirmant, adeo vt, quae Principi in decretis placuerint, in similibus tamquam normae statim obseruandae fuerint: cuius rei gratia VLPIANI n) & IVSTINIANI o) auctoritatem prouocant. Igitur hi numquam concedent, consuetudine introductum esse ius e decretis, sed, certum scriptumque ex illis descendere, contendent.

Verum magis placet principum decreta ad leges generales non esse referenda; aut si quid illis constitutum, per se vim obligandi haud introduxisse: praeterquam si Principes declarauerint, se velle vt similes species eadem ratione componantur, aut legem maxime dubiam interpretati sint. Quod mihi nunc inprimis erit probandum, vbi tamen velim obserues, ad IVSTINIANI sanctionem, quam pro se soleant aduersarii allegare, me non respexisse, sed tempora ante Illum considerasse.

§. XX.

k) *De offic. Dom. August. Lib. I. cap. 33 p. 198.*
l) Diss. *de constitutionib. Princip. rescript. atque decretis* (Ien. 1654.) §. 25. *seq.* quae sub titul. *De statutis a summo imperant. s. constitution. Principum*, legitur in *quinque Dissertat. Academ.* Ien. 1673. edit.
m) *Exercit. ad T. de J. & J. p. 272.*
n) *L. 1. §. 1. D. de constitut. Princip.*
o) *L. 12. C. de LL.*

§. XX.

Rationes, quare decreta Principum pro legibus generalibus habendae non videantur.

Decreta leges generales non fuisse, patebit, me iudice, exinde primo, quoniam ICti ad ea quidem prouocant, eaque laudant, neque tamen ita, vt illa, tamquam constitutiones edictales, nullis dubitationibus obnoxias, allegent, quas sollicite potius secernunt Adducunt decreta illustrationis ergo, eodem, quo alia rerum iudicatarum exempla memoranda produci solent, modo, quod exempla satis multa probant, e quibus fragmentum MARCIANI p) tantum eligam, vbi subdubitanter ponit, infames Assessorum munere non fungi, quod principali decreto contentum esset, & VLPIANI q) qui non aliter, D. MARCI decretum trahendum ad aliquam quaestionem, putat. Proposito ab iis aliquo iuris praecepto, non raro e longinquo adferunt rationes, in iis expiscandis sese torquent, ac proditis illis tandem adiiciunt, se scire quoque, ita decretum esse. Profecto mira fuissent capita, cum rationes scrutassent, vbi simpliciter ad decreti vim potuissent prouocare, & sciuissent indubitata haec esse, quae decretorum auctoritate firmarentur. Qua iniuria cum prudentissimos viros afficere nefas esset, eorum morem aliter explicare non possumus, nisi eo modo, vt, quemadmodum frequentissime rescripta Impp. priuatis data solent allegare, simile faciant cum Decretis, quibus monstrent doctrinas suas cum reliquis iuris ciuilis principiis conuenire, & eandem rationem Imperatores in decernendo obseruasse. Paulo confidentiores adducunt plura, cum adsunt, vnius tenoris decreta, quod VLPIANI exemplum r) monstrat. Qua vero per se carebant, ICtorum studio, quibus scrinia Principum perlustrandi occasio non deficeret, & euulgatione facta, potestatem nacta sunt, tum non euulgata solum, sed in assiduum quoque vsum inducta. Libris enim ICtorum illata, iudicibus omnibusque cognita reddita, atque ab iis, nisi prorsus singulari modo con-

p) *L. 2. D. de Offic. Assessor.*
q) *L. 3. §. 5. D. de liber. exhibend.*
r) *L. 22. pr. ad SCt. Treb.*

concepta, adplicata sunt. Alteram rationem ex ipsorum indole petamus; Crebro Principes a iure stricto recedebant, eorumue decreta saepius a vulgari & communi iure mirum quantum distabant, quam ergo quaeso induisset iurisprudentia faciem, si quoduis decretum legem edictalem complexum esset? Ne ipsi quidem Imperatores ad alios casus applicarunt, quod respectu personarum, & negotiorum qualitatis, e gratia semel constituerant, quod tamen saepius obuenit. Hinc ICti memorabilia Decreta collegerunt, & in voluminibus adduxerunt. Luculentum huius rei exemplum sistit HADRIANI decretum, a PAVLO s) citatum, quod doctrinae & iuri, tunc temporis obtinenti, reuera aduersatur: rescisso per querelam inofficiosi testamento, nec legata praestanda, nec libertates dandae sunt, at *D. Hadrianus decreuit*, ait PAVLVS, *hereditatem ad filium* (quem mater falso audisset decessisse, ideoque exclusserat) *pertinere, ita vt libertates & legata praestentur.* Quamobrem acutissimus ICtus addit: *Hic illud adnotatum quod de libertatibus & legatis adiicitur:* quibus, nisi reprehendat Imperatorem, tamen peculiare decreti animaduertit t), subiecta ratione, *nam cum inofficiosum testamentum arguitur nihil ex eo testamento valet*, quod idem VLPIANVS u) affirmauit. Quodsi porro Decreta legum generalium atque scriptarum vim habuissent, PAVLI decretorum libri, atque Magistri DOSITHEI collectio sententiarum & epistolarum D. HADRIANI x), codices fuissent constitutionum diualium;

s) *L. 28. D. de inofficios. testament.* cf. *Animadv. ad Siccam. Lib. II. Cap. 7. not. h. p. 153.*

t) Quod obseruat etiam *L.* CHARONDAS *in not. marg. ad d. l.* ex hac ratione, ne cum VLPIANO, mox laudando, pugnet: quae tamen non sufficit. Eadem forma vtitur PAVLVS *L. 82. §. 2. D. de leg. 1.* Ceterum STEPHANI Graeci explicatio Decreti HADRIANI, illud scilicet valere, cum filius non querela agit, sed ex tacita voluntate matris, licet quondam CVIACIO *Obferv. Lib. X. cap.* 22. probata fuerit, tamen mihi numquam placuit.

u) *L. 8. §. 16. D. de inofficiof. test.*

x) Θειου Αδριανυ αποφασεις και Επιςολαι: ita nominantur ab

lium; quis autem haec vnquam cogitauit? Sane quemadmodum hanc qualitatem, PAPYRII IVSTI rescriptorum, a Diuis Fratribus emissorum, compilatio, non habuit, ita PAVLI decretorum collectio eadem caruit. Perpendendum quoque, quam libere atque ingenue PAVLVS in decretorum libris Caesarum decreta improbat, iudiciis contra, a quibus prouocatum erat, laudatis y), atque monstrat, quamobrem ab animo non possit impetrare, in Imperatoris rationibus acquiescere; ac licet causas, quare decretum ita sit, inquirat, tamen plerumque, decreti robur in eo quaerit, quod ita placuerit Principi, sui praecepti memor, *quod contra rationem iuris receptum, non esse producendum ad consequentias* z). Neque sacrilegium committere veretur, vt cum THEODOSIO a) loquar, dum de principali iudicio disputat. Hanc ICtorum libertatem in aliis Impp. legibus generalibus desideramus omnino; & inde colligendum est, Eos decreta Principum instar legum non habuisse.

Ipsae denique constitutiones mihi adstipulantur, Principumque declarationes. Nam, vt silentio praeteream, VLPIANI verba, ab aduersariis excitari solita, hanc explicationem admittere, principis placitum esse legem, cum ita voluerit Auctor; luculentum depromere valeo, e constitutionibus

ab ipso Auctore, de quo vid. *I. A.* FABRIC. *Bibl. Graec. Vol. VII. p. 59.* fragmentum operis ap. EVND. *Vol. XII. p. 514.* & SCHVLTING *Irpr. Anteiust. p. 855. seq.* legitur.

y) Vid. *L. 38. D. de Minorib.*

z) *L. 14. D. de LL.*

a) *L. 3. C. de Crimin. Sacrileg.* quamquam probe sciam, hoc rescriptum ad talem speciem non pertinere: Sed ad eam, vbi collegium eum, quem Princeps elegerat, admittere nolebat. Relatio SYMMACHI Pr. Vrb., ad quem emissa haec Epistola, vt putauit *I.* GOTHOFR. ad *L. 2. C. Th. de Denunc.* legitur in EIVS *epist. Lib. X. Ep. 40.* Vbi narrat, Ioannem Medicum, Epicteti archiatri locum, ex speciali beneficio principis impetrasse, de ipsius eruditione vero dubitasse collegium. Ceterum cf. *I. Tob.* HOFMANN d. exhib. *Obseruat. IV. ad tot leges Cod.* (Ien. 1728.) Obs. II.

nibus THEODOSII *Iun.* & VALENTINIANI III. AA. argumentum. Prima earum *b*) huius eſt tenoris:

Impp. THEODOSIVS *&* VALENTINIAN. C. *ad Senatum.*

Quae ex relationibus vel ſuggeſtionibus iudicantium, vel conſultatione c) *in commune florentiſſimorum ſacri noſtri palatii procerum auditorium introducto negotio ſtatuimus, vel quibuslibet corporibus aut legatis, aut prouinciae, vel ciuitati vel curiae donauimus: nec generalia iura ſint, ſed leges faciant* d) *his duntaxat negotiis atque perſonis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur, notam infamiae ſubituro eo, qui vel aſtute ea interpretari voluerit, vel impetrato impugnare reſcripto, nec habituro fructum per ſurreptionem eliciti. Et iudice* e) *ſi diſſimulauerit* f), *vel vlterius litigantem audierit vel aliquid allegandum admiſerit, & ſub quodam ambiguitatis colore ad nos retulerit, triginta librarum auri condemnatione plectendo* g). Dat. VIII. Id. Novemb. Theodoſio A. XI & Valentiniano Caeſare Coſſ. (425.)

Lectiones variae, quas, in *Lud.* CHARONDAE praeſtanti Codicis Editione in margine notatas, adpoſui, magni ponderis non ſunt, ideoque omiſſis iis ad hiſtoriam legis me conuerto, in qua & de Legis In- & Subſcriptione agendum eſt, & an pars alius legis ſit videndum. Status publicus, ſaltim in Italia, tunc temporis, quo condita noſtra ſanctio, quietus erat atque pacatus, antecedentes autem turbae, procul dubio occaſionem dederunt huic legi. IOANNES enim tyrannus, qui ſcriba fuerat antea, poſt HONORII diſceſſum vt Aquileiae Imperator crearetur, paſſus erat, & annum circiter atque ſex menſes Italiae partes inuaſerat, atque omnia, prout fieri ſolet, e libidine geſſerat, mutaueratque. VALENTI-

b) L. 2. C. *de Legibus & conſtitut. Princip. & Edict.*
c) *al.* per conſultationem.
d) *al.* fiant.
e) *al.* iudices.
f) *al.* diſſimulauerint.
g) *al.* plectendus eſt. *al.* plectendi ſunt.

TINIANO igitur, ſeptenni puero nobiliſſimo, a THEODOSIO, exeunte anno CCCCXXIV. Caeſare renunciato, ſtatim cum IOANNE dimicandum erat, quo partem imperii, ipſius regimini ab Auguſto traditam, obtineret. Et ducum fortuna, inprimis Ardaburi & Aſparis, ipſo hoc anno, quo lata noſtra lex eſt, vicit IOANNEM, cepitque Aquileiae, mox, dextra amputata, qui capite plexus eſt, poenamque facinoris luit. Quo facto Romam VALENTINIANVS ingreſſus, vbi ab HELIONE, Magiſtro Officiorum & Patricio, iuſſu THEODOSII, imperatoria veſte indutus, renunciatusque Auguſtus, reliqua anni CCCCXXV. parte adhuc perſtitit, variasque leges edidit. Vides ergo me potuiſſe ſtatum publicum pacatum dicere; quod autem ad occaſionem ſpectat, procul dubio IOANNES tyrannus, veterem morem deſpiciens, decreta ſua omnia pro legibus aeſtimari iuſſerat, omniaque, ſiue vt ſeſe commendaret, ſiue vt monſtraret, penes ſe ſummum eſſe imperium, aliter, ac olim fuerat, induxerat. Quamobrem etiam circa eccleſiam varia noua inſtituerat, quae poſtea VALENTINIANVS, legibus ſuis ideo promulgatis, iterum mutauit h). Tales cum legitimi Principes numquam tulerint mutationes, hi, e quorum conſiliis regnauit VALENTINIANVS, illas etiam mutarunt, & priſtinam reſtituerunt formam. Auctor conſtitutionis autem VALENTINIANVS eſt, quamquam, ex iſtius aetatis conſuetudine, in Inſcriptione ſimul nominetur THEODOSIVS i), nam ad Senatum Vrbis Romae directa eſt haec conſtitutio, dataque, vt arbitror, *Romae*, vbi tunc verſatus eſt Imperator. Inſcriptio enim conſtanter in omnibus libris legitur: *Impp. Theodoſ. & Valentin. C. ad Senatum:* Nihilominus tamen diſplicuit ea *Candido* ADINIFAE *Granaues*. ſiue, qui ſub hoc nomine latere voluit, *Vincent. Diduco a* VIDANIA *Arragonens. Neapolitano Senatori*, cuius verba infra

h) Vid. *L. 46. C. Th. de Epiſcop. L. 62. 63. 64. C. Th. de haeretic.*

i) de quo more vid. *I.* GOTHOFRED. *Commentar. ad L. quisquis C. Th. ad L. Cornel. de Sicar. Cap. II. in Tom. III. p. 97. ſeq.*

infra adſcribenda putaui k). Quam vero emendauit ADINIFA, littera *C.* conſtanter vbique legitur: res ipſa tamen, ſcilicet VALENTINIANVM hoc tempore Auguſtum iam renunciatum fuiſſe, certa eſt, eamque probauit *Ant.* PAGI l). Sed tempus, quo lata ſanctio, & Subſcriptio, magis dubitationi obnoxia: legitur *Dat. VIII. Id. Novembr. Theodoſ. A. XI. & Valent. C. Coſſ.* Incidit hic Caeſaris VALENTINIANI primus, & THEODOSII vndecimus conſulatus in annum Chr CCCCXXV. ad quem annum notauit etiam SOCRATES m): Θεοδόσιου τὸ ε δεκατον, καὶ Οὐαλεντινιάνου καίσαρος τὸ πρῶτον. & mihi perſuadeo quoque, hoc anno datam eſſe conſtitutionem, atque mecum conuenit *Petr.* RELANDVS n). Verum *Iac.* GOTHOFREDVS o), male ſubſcriptum eſſe hunc annum, affirmauit, noſtramque legem partem eſſe prolixae conſtitutionis, qua iuris ciuilis ἀνάκρισιν fecerunt AA., ſequenti anno editae, & e qua cum aliis ſumta Lex proxima. Sed hic a Viro ſummo recedendum eſſe cenſeo, etenim, ne obſeruata quidem inſcriptione, totam ſubſcriptionem emendare deberemus; noſtra lex, vt dixi, *Romae* edita eſſe videtur, quo loco hoc anno, vt

k) *in Inſcription. & Subſcription. Cod. Iuſtin. vindic.* in *Append. Faſtor.* ALMELOVEN. ex edition. VHLII, vbi *p. 665. ad L. 2. C. de LL.* leguntur haec: „Imp. Theod. & Valent. C. ad Senat. *Perperam A. titulum ſubtrahit Theodoſio, & Valentinianum, qui iam* Auguſtus *erat, Caeſaris tantum nomine inſigniuit. Ex ſubſcriptione correctionis ratio petenda. Ait* dat. VIII. Id. Novembr. Theodos. A. & Valentiniano C. Coſſ. *Recte* Caeſar *hic; nam Kal. Ianuar. quibus Conſul proceſſit*, Caeſar *erat, & conſulatus ita in faſtis deſcribitur, & in albo Praetoris. At cum die XXII. Octobr. eiusdem A. Chr. 425. tribunitia poteſtate donatus ſit, vt probat* PAGI, *Auguſtea dignitate accepta: in huius legis epigraphe, quae poſt dies XV. lata eſt*, Auguſtus, *non* Caeſar, *appellari debuit. Itaque inſcriptio ſic emendanda* Impp. Theodos. & Valent. AA. ad Senat.

l) *Critic. ad Annal. Baronii ad a. 425.* eius verba RITTERVS ſubiecit GOTHOFRED. *Chronol. Cod. Theod. p. CXCIV.*

m) *Hiſtor. VII, 25.*

n) *In faſtis Conſularib. p. 592.*

o) *Chronolog. Cod. Theod. ad an. 426. p. CXCV.*

vt ipse notauit doctissimus Codicis Theodosiani interpres, aeque ac insequentis initio fuit VALENTINIANVS; reliquae vero, praeter *L. 5. C. si contra ius etc.*, *Rauennae* nomen prae se ferunt. Deinde VALENTINIANI primus, vt THEODOSII vndecimus numeratur consulatus, cum in reliquis subscriptus sit THEODOSII duodecimus, VALENTINIANI vero secundus; quod autem VIII. Id. Novembr. haec constitutio emissa sit, & reliquarum subnotationes eundem diem sequentis anni prae se ferant, id tantam vim habere nequit, quippe potuit omnino contingere, vt eodem die a. CCCCXVI. sanctiones emitterent Imperatores. Denique non aduersatur, quod forte suspicatus est GOTHOFREDVS, Imperatores insequenti anno repetiisse hanc legem, praeterquam enim, quod id rarum non sit, simpliciter constitutionem haud esse repetitam, sed rationem Imperatorum, breuiter eam attingere, expostulasse, infra videbimus: Ipsa quae nobis supersunt, verba monstrant diuersitatem. Quae cum ita sint, retineamus vulgatam subscriptionis lectionem, defendamusque, hanc legem, nisi singularem, tamen alius constitutionis, quam eius, qua reformationem iidem AA. fecerunt anno proximo, partem esse. Ad ipsam vero sanctionem iam veniendum est, cuius verba interpretem vix indigere videntur. Accurate satis terminauit Imp., de quibus constitutionum speciebus aliquid definiat, in iisque & decreta inuenimus, verbis enim: *quae - - consultatione in commune florentissimorum sacri nostri palatii procerum auditorium, introducto negotio statuimus*, sententias principales, causis cognitionaliter examinatis datas, intelligendas esse, concedunt omnes. Has sententias discernit ab Epistolis, *ad relationem vel suggestionem iudicantium* emissis, siue responsis, ad consultationes Magistratuum prouincialium, & Praefectorum Praetorio & Vrbi, in causis dubiis datis, si, quod saepe fecit SYMMACHVS, Praefectus Vrbi, ad Imperatores partium acta gestaque mittebant, vt ipsi deciderent obscuriores quaestiones. *Nam de rebus praecipuis maximisque*, ait CONSTANTINVS M. *p*), *non de*

p) *L. 2. C. Th. de Oper. publ.*

de quibuscunque vilissimis, nostrum debent Iudices interpellare consilium: ne scilicet, vt IDEM alio loco q), *Occupationes nostras interrumpant.* Inde scribit SYMMACHVS r): *facit plerumque ratio aut fortuna causam, vt in controuersiis alter aequitate, alter iure nitatur. Tunc humano labante consilio deliberatio cognitoris ad clementiae vestrae recurrit oraculum.* Discreuit & ab aliis placitis decreta, quae nostram non attingunt causam: Te enim exigere probationem, decreta in supra laudatis latere verbis, intelligo: & digito quasi monstrat, dum ait: *vel consultatione – in auditorium introducto negotio statuimus*, litem vel per appellationem, vel alio modo, ad Imperatoris tribunal delatam esse, cuius dirimendae gratia aliquid statuit: quod aliud nisi decretum, saltim illud inprimis, esse nequit. Sed inquit legis auctor: *quod consultatione in commune florentissimorum sacri nostri palatii procerum auditorium negotio – statuimus:* consultationis autem verbum, etsi notante GOTHOFREDO s) relationem vel suggestionem magistratuum interdum significet, tamen designat etiam, obseruante GVTHERIO t), sententiam, adhibito Procerum consilio, causa cognita latam: & fortasse hoc loco consultationis verbum consilium exprimere debet, a proceribus in auditorio Principis suppeditatum, e quo decretum est formatum. Nobis enim iam cognitum, comites consistorianos Principi cognoscenti adstitisse, quod etiam e fragmento rerum gestarum, a IVLIANO Imp. in Consistorio habitarum, constat, in quo: *adstante Iouio Viro Cl. Quaestore, Anatolio Magistro Officiorum, Felice Comite S. L.* u). Hos Proceres *florentissimos* vocat, quandoquidem summis praediti honoribus dignitatibusque, sacris consistorii arcanis tantum intererant, admitti intra consistorii arcana merebantur, actibusque interesse & Principis responsa pote-

q) *L. 1. C. Th. de Relation.*
r) *Lib. X. Ep. 52.* Add. *Lib. X. Ep. 32. extr.* vbi: *Nam in rebus dubiis vna est salubritatis via, vt diuina quaeque vel Deo proxima consulantur.*
s) *Glossar. Nomic. Cod. Th. h. v.*
t) *De Offic. Dom. August. Lib. 1. Cap. 28. p. 140.*
u) *L. 5. C. Th. de fide testium.*

poterant audire: quod citra controuerſiam magna praerogatiua erat: & quoniam ſimul cum Imperatore cognoſcebant, *auditorium commune* vocaſſe videtur Quae hac ratione ſtatuta, decreta ſunt, *nec generalia iura ſint, ſed leges faciant his duntaxat negotiis atque perſonis, pro quibus fuerunt promulgata:* Quibus quid apertius dici poſſit, nullus video: Denegat Imp decretis ſuis vim obligandi vniuerſam, eaque ad cauſam cuius gratia data ſunt, reſtringit.

Neque vero in his ſubſtiterunt AA. ſed ſequenti anno, cum iuris ciuilis partium poteſtatem conſtituerent, idem declararunt ſequenti lege x):

Impp. THEODOS. *&* VALENTINIAN. *AA. ad Senatum.*

Leges y) *vt generales ab omnibus aequabiliter in poſterum obſeruentur, quae vel miſſae a nobis ad venerabilem coetum Oratione conduntur, vel inſerto Edicti vocabulo nuncupantur; ſiue eas ſpontaneus motus ingeſſerit, ſiue precatio, ſiue relatio, vel lis mota legis occaſionem poſtulauerit. Nam ſatis eſt, Edicti eas nuncupatione cenſeri, vel per omnes populos iudicum programmatibus* z) *diuulgari vel expreſſius continere* a). *Quod Principes cenſuerint* b) *ea, quae in certis negotiis ſtatuta ſunt, ſimilium quoque cauſarum fata*

x) *L. 3. C. de Legib. & Conſtitut. & Edict.*
y) *al. incipit haec lex* Vt leges.
z) *al.* programmate.
a) *al.* contineri.
b) *al. cenſuerunt. Io.* IENSIO *in Strictur. Pand. & Cod. ad h. l. p.* 525. non placet vulgaris lectio, *cenſuiſſe* putat ſubſtituendum eſſe. Audiamus Ipſius verba: *Caeterum praecipua huius legis obſcuritas — nata eſt ex parum latina verſione reſcripti huius, graece ſiue editi, ſiue poſtmodum verſi; cum non* quod Principes cenſuerint, *ſed* Principes cenſuiſſe, *verti debuerint. Fuit nempe graece ὅτι, ſed latine per* infinitiuum *vertendum.* Huius rationis non aliud fundamentum habet, niſi quod putauit, nos Codicem e graeco exemplo verſum, pariter ac Digeſta hodie habere; quam opinionem late propoſuit in *Demonſtratione* ſtricturis praemiſſa. Sed argumenta Ipſius non eſſe idonea, diu monſtrauit *I. A.* BACH in Critic.: Noſtram legis lectionem emendare plane non eſſe opus cenſeo.

fata c) *componere. Sed & si generalis lex vocata est, vel ad omnes iussa est pertinere, vim obtineat Edicti: interlocutionibus, quas in vno negotio iudicantes protulimus, vel postea proferemus, non in commune praeiudicantibus: nec his, quae specialiter quibusdam concessa sunt Ciuitatibus, vel Prouinciis, vel Corporibus, ad generalitatis obseruantiam pertinentibus.* Dat. VIII. Id. Novembr. Rauennae Theodos. A. XII. & Valentiniano A. II. Coss. (426.)

Huius

c) HALOANDER legit *facta*; ambigit *Iac.* CVIAC. *Obs. Lib. XVI. cap. 9.*, quid melius sit, obueniunt enim in vtroque Codice *fata*, & *facta causarum.* Sed receptam lectionem, quam & CHARONDAS retinuit, ne alia quidem variante notata, retinendam esse puto. Nam in aliis quoque locis *fata causarum obueniunt*, vt *L. 41. C. Th. de Appellat. L. 14. C. de advoc. div. iud.* & litibus saepe sors & fortuna tribuitur. Sic in *L. vn. C. quand. Imp. int. pupill.* iurgandi fortuna, & apud SYMMACH. *X, 52.* fortuna causarum, obuenit. Mecum sentit *Io.* IENSIVS *in Strictur. Iur. Rom. ad h. L. Cod. p. 524.* (L. B. 1764.) addens *insolenter & horride dici facta causarum.* Fata causarum interpretatur *exitus causarum*, decisiones, sententias. Sic *fortunae iudicium* legitur *L. 13. D. de statu homin.* vbi HERMOGENIANVS, *seruus*, ait, *in causa capitali, fortunae iudicio commissus*, etc. neque P. BVRGIVS *Elector. cap. XV.* *Aeg.* MENAGIVS *Amoenitat. Iur. Civ. Cap. VI.* & *Io.* IENSIVS *in Strictur. I. R. ad d. L. p. 4.* audiendi sunt, inprimis ob Graecorum auctoritatem *fortuna iudicii* emendantes & legentes. Vertit quidem Graecus *καὶ τῇ τύχῃ τῆς δικαστηρίας πρὸς ἐξέτασιν παρὰ τοῦ δεσπότου δοθείς, & fortunae iudicii ad quaestionem a Domino datus:* ast eorum hominum tanta apud nos non esse debet auctoritas, vt, aliis non exigentibu causis, emendemus: Quid enim? intellexit Interpres Graecus Latinitatem verborum *fortunae iudicio?* equidem vehementer dubito; igitur vel ob hanc causam, vel quoniam tam accurate vertere non potuit, simpliciori stylo *τὴν τύχην τῆς δικαστηρίας* posuit. Atque his ex rationibus Etruscam, quod fecit etiam *Io. Gu.* HOFFMAN. *in Praef. ad Menag.*, tueri mallem, quam emendare, cum insuper aliunde similis loquendi forma obueniat & SENECA *Epist. XIV.* scribat: *Initia in potestate nostra sunt, de euentu fortuna iudicat.* Maneat igitur *fortunae iudicium* hic, vt *fata causarum* in nostra Lege VALENTINIANI, cuius causa haec dicta sunt.

Huius constitutionis Auctor rursus est VALENTINIANVS, Placidiae filius, recte in inscriptione Augustus nominatus, qua dignitate, ceu vidimus, exeunte anno praecedente ornatus erat; adeoque in Occidentis vtilitatem inprimis data est. De statu publico non est quod aliquid addam; caussa vero, siue occasio h L. difficilior determinatu est; Equidem putarem, reliquias confusionis turbarumque in iure ciuili, hac sanctione penitus euertere voluisse A., sed a vero quoque parum aberit, quando, citra respectum ad statum publicum, iuris cinilis ἀνάκρισιν, annuente THEODOSIO, institutam esse, existimemus. THEODOSIVS enim non Codicis sui solum conceptione egregie de iure ciuili meritus est, sed ante eum iam studuit cadentem artem nostram sustinere, &, quantum fieri posset, extollere, hisque studiis laudabilibus promulgatione Codicis coronidem imposuit. Probant hoc IPSIVS constitutiones quibus scholae Constantinopolitanae Antecessoribus lauta praemia promisit d), quibus, vt in nostra, ius ciuile in ordinem redigere cupit, denique quibus dolet, omnis curis adhibitis, se tamen nondum finem esse consecutum e). Quid igitur impedit, quo minus & auctor fuerit VALENTINIANO, in Occidente hanc iuris reformationem instituere? certe eodem anno adhuc multa sunt emendata, notauitque GOTHOFREDVS f), partim statum priuatum atque oeconomicum Romae, partim Senatus, emendatum esse ordinatumque. Hoc ipsum vero summum Virum docere potuisset, nostram cum superiori lege non cohaesisse videri, inprimis cum Imp. diualium constitutionum valorem in genere terminare voluerit, ideoque paucis repetierit tantum id, quod an-

d) *L. vn. C. Th. de Professor. qui in Vrb. Constantinop.*

e) *Nov. I.* qua Codici suo dedit auctoritatem. *Saepe*, inquit, *nostra clementia dubitauit, quae caussa faceret, vt, tantis propositis praemiis, quibus artes & studia nutriuntur, tam pauci raroque exstiterint, qui plena iuris scientia ditarentur, & in tanto lucubrationum tristi pallore, vix vnus aut alter receperit soliditatem perfectae doctrinae.*

f) *Chronic. Histor. C. Th. ad h. an. p. CXCV.*

tea constitutum erat. Quoad subscriptionem, nec annus dubius est, nec locus, vbi data sanctio: *Rauennae* nomen legitur subnotatum, vbi hoc tempore versatus est Imp., at in diei subscriptione variatur, alii enim *VIII.* alii *VII. Id. Nov.* legunt. Est autem nostra lex fragmentum prolixae orationis, cuius fragmenta quaedam in vtroque Codice adhuc existentia, sub- & inscriptionis ope coassanda, collegit GOTHOFREDVS *g*), e quorum numero eximenda tantum est supra explicata Lex. II. Nisi vero eodem die duas edidit sanctiones, in quarum vna legum *ἀνάκρισιν* instituit, in altera varia iuris ciuilis capita emendauit, vt mihi quidem vero videtur simile; haec oratio quasi duo summa capita habuit, quorum vnum de auctoritate constitutionum diualium, valoreque librorum ICtorum egit, alterum vero emendationem antiqui iuris proposuit. Nos autem, reliquis partibus omissis, ea etiam, qua quorumdam ICtorum libris, auctoritatem lectionis in iudiciis, ad tollendam confusionem, ad haec tempora obtinentem, dedit, nostram sanctionem tantum explicabimus. Et quae sint inter principum constitutiones leges generales, ab omnibus aequabiliter obseruandae, initio definit Imp., nimirum Orationes ad Senatum, *venerabilis coetus* ab Eo elogio ornatum, missae, hoc iure gaudent, e quibus verbis GOTHOFREDVS *h*) regulam condidit, omnes constitutiones, ad Senatum inscriptas, orationes esse principum; deinde aequalem potestatem tribuit VALENTINIANVS Legibus, *Edicti* vocabulo inserto nuncupatis. Perinde vero est, siue proprio motu, etc. lex edita sit, siue *lis motu occasionem dederit:* ad haec velim attendas. Neque enim decreta sunt intelligenda, sed negotia in auditorium Principis delata, quae, ne ad futuram decisionem illorum norma deficeret, occasionem Orationis vel Edicti conficiendi, praebuerunt. Superest tale exemplum e tempore HADRIANI: Nam ecce negotium fisci cum heredibus Rustici, cuius bona pro parte caduca ab heredibus petebantur, praebuit occasionem HADRIANO ad senatum mit-

g) *Chronolog. Leg. an.* 526.
h) *Not. q. ad L. vn. C. Th. de Cretion. T.* 1. *p.* 372.

mittendi libellum, e cuius tenore factum est SCtum *Iuuentianum* i). Nemo putabit, AELII huius litis decisionem instar legis fuisse, ipsum potius contrarium sciuisse, monstratur eo, quod ad SCtum condendum miserit libellum suum, ne in posterum ambiguum reperiretur, quod in similibus iustum esset. Sic lis aliqua permouit IVSTINIANVM, vt de appellationibus aliquid sanciret k), & *Conr.* RITTERSHVSIVS l) haud ineleganter notauit, multis Nouellis relationes quoque aliorum iudicum causam dedisse. Ita quoque VALENTINIANI tempore fieri potuit, vt litis, ad Ipsum delatae, compositio mouerit animum, legem edicendi generalem. Neque tamen a qualiscunque pendet iudicio, num ad leges vniuersas spectet eius generis constitutio, sed videndum, num expresse contineatur: *quod Principes censuerint ea, quae in certis negotiis statuta sunt, similium quoque causarum fata componere.* Tendunt haec omnino ad decreta, & quoniam superiore lege non erat definitum, quando post enunciationem similium negotiorum normam complecterentur, hac constitutione huic dubio obuiam itur, adeoque subrogatur priori constitutioni. Quam vero supra commemoraui limitationem, hic egregie confirmatam deprehendo: scilicet decreta Principum vim generalem ab initio tunc habuisse, si declarauerint Imperatores, se velle, vt eorum regula reliqua examinentur, cumque adeo sollicitus sit VALENTINIANVS in formanda lege, reliqua decreta, quibus deest haec adiectio, negotiis & personis tantum iis, pro quibus fuerint prolata, legem facere, affirmemus necessum est. Et quare ambigamus, cum aperta sint verba? etenim haec: *interlocutionibus, quas in vno negotio iudicantes protulimus, vel postea proferemus, non in commune praeiudicantibus*, quem alium admittunt sensum, nisi decreta Principum per se in vniuersum non obligare, neque suam vim vltra negotia, quorum causa prolata sunt, extendere. Ex his appa-

i) *L. 20. §. 6. D. de Hereditat. petit.* cf. HEINECC. *Opusc. posth. pag. 451. seq.* & *Ren.* BOTTEREAV *Hadrian. legisl. ad A. V. C. 882. n. 1.*

k) vid. *Nov. CXV. praef.*

l) *Exposit. method. Nouellar. Iustin. Part. IX. Cap. 7. n. 5.*

vim Decreta sibi vindicant, nisi Principi, ipsis statim vniuersae legis qualitatem tribuere, placuit. Itane vero, ais, olim non erat? quid enim opus constitutione, si dudum obtinuisset? Seruata olim omnino eadem ratio, & quemadmodum nemo, perspecta CONSTANTINI de rescriptorum valore sanctione, sibi persuadebit, idem antea non obtinuisse, ita, de decretorum auctoritate hac constitutione aliquid noui sancitum esse, frustra quis praetenderet. Verum licet ab initio ita seruatum esse videatur, & cum in Italiae partibus Imperatores quieti regnarent; tamen aetate paulo praecedenti, non obseruatum est; atque IOANNES tyrannus & eo potestatem monstrare voluit suam, quod omnia legum instar valere deberent. Quemadmodum vero alia eiusdem mutata sunt, ita & haec Imp. relinquere noluit; Neque vero id singulare fuit, sed dudum potius obtinuit, vt infirmarentur haec, quae sub Tyrannis gesta erant, a legitimis Imperatoribus, siue mox iis deuictis, siue annis aliquot post, pro nata videlicet occasione. Quod non solum ex historiae monumentis, sed ex ipsis Principum, ob eam rem emissis, constitutionibus, potest probari. Ita CONSTANTINVS M. y) Licinio deuicto rescripsit Constantio Pr. Pr.: *Remotis Licinii Tyranni Constitutionibus & Legibus, omnes sciant, veteris iuris & statutorum nostrorum obseruari debere sanctionem:* qua sanctione expresse constitutionum Tyranni vires fractae sunt. Sic IDEM A. anno insequenti constituit: *quae Tyrannus contra ius rescripsit, non valere praecipimus, legitimis eius Rescriptis minime impugnandis* z). Simili ratione infirmantur statuta gestaque Tyrannorum, eorumque iudicum, in iudiciis contra ius facta, de qua re tam CONSTANTINI M. a) ob Licinium, quam CONSTANTII b) ob Magnentii gesta sanctiones supersunt: Legibus consentanea facta seruari tantum solebant, ne turbae fierent maiores. Plura huius rei testimonia adduxit GOTHO-

FRE-

y) *L. 1. C. Th. De infirmand. his quae sub Tyrann.*
z) *L. 3. C. Th. eod.*
a) *L. 2. C. Th. d. T.*
b) *L. 5. C. Th. Eod.*

FREDVS c). Quum igitur haec a Tyrannis gestorum rescissio, iam tralatitii quasi iuris esset, non mirandum, si VALENTINIANI consiliarii idem fecerint, quibus perpensis leuis dubitatio euanescit etiam.

§. XXI.

Argumenti conclusio.

Haec igitur mecum reputans, Principum decretis, ante IVSTINIANI sanctionem, potestatem legum generalium denegare, eorumque vim propriam ad negotia, quorum causa erant edita, restringere debui, nisi ab initio placuerit Imp., decreta in similibus obseruanda esse, declarare; quo facto tamen id, quod decreto constitutum est, non ob ipsius virtutem, sed ob declaratam Imp. mentem, legis auctoritatem accepit, decretumque medium, vti lis mota occasio, principis declarandi voluntatem fuit. Iudicent igitur peritiores, num abs me prolatae rationes potiores sint illis, quibus WESTENBERGIVS d), EBERLINVS e), & alii, ad idem euincendum, vsi sunt, rem ex eo probantes, quod res iudicata tertio nec prodesse nec obesse queat, cum id principium tam de Principum, quam Magistratum iudicatis, obtineat. Cum igitur Decreta vi sua, legem generalem haud effecerint, nihilo tamen minus certum sit, principia varia ex illis in ciuilem prudentiam esse inuecta; aliter, ac diuturna applicatione & obseruatione, tacitaque Superiorum approbatione & assensu, id fieri non potuit. Partim enim ipsi Principes suas, vel Antecessorum, in ambiguis causis prolatas, decisiones obseruarunt, siue Consiliariorum dubitationes non attenderent, siue Magistrorum Scrinii, Quaestorum Palatii, Comitumque suasiones sequerentur. In Antecessorum decretis reperiebant exempla, at quemadmodum rescripta aliorum repetierunt, ita quoque eadem decreta dederunt; sed vti saepius Rescriptorum tenorem mutarunt, ita certo tanti non aestimarunt Impp. sententias Assesso-

c) *Commentar. ad citat. Tit. Cod. Th.*
d) *in Diu. Marco. Disp. II. §. 15. 16.*
e) *Comment. de Or. Iur. Cap. XI. §. 9. 10.*

Assessores, contrarias ne suaderent. Partim vero euulgatione ICtorum tantam decreta nacta sunt potestatem, quando scilicet iuris Auctores principia, iis inuecta, aliis cognita reddiderunt, iudicibus inferioribus, in decidendis caussis similibus eadem obseruare suaserunt, aut ipsi secundum ea responderunt. Iuris igitur principia in decernendo primum ab Impp. adhibita, per applicationem & obseruantiam demum in iuris ciuilis ambitum inducta sunt, & hoc modo vim aliquam legum acceperunt, taciteque nunc earum Princeps agnouit virtutem, illamque confirmauit, vel ipse ea in similibus repetens, vel ipsorum ope factas ab aliis decisiones sustinens. Prius autem, quam tantam nacta erant potestatem, iudicibus recedere licebat, & partes propterea iudicis sententiae acquiescere non oportebat, quod aliquando similiter Principi placuerit. Iam vero cum ista iuris capita per se effectum vigoremque legum non habuerint, ad ius e moribus illa referamus, necessum est; neque tamen, in hoc late patenti campo subsistere, opus, sed proximiorem determinare possumus fontem; hunc tamen aliter, ac auctoritatis rerum iudicatarum, imo disputationis fori, nomine salutare, abs me impetrare nequeo. Quae enim supra de huius partis indole diximus, applicationem patiuntur, adeoque nihil, quo minus admittamus nomen, obest: A quo enim illa praecepta iuris ortum trahebant, nisi ab Assessoribus, eorumque in auditoriis Principum disputatione? quo alio modo, quam similitudine rerum iudicatarum, ista capita effectum obligandi sortita erant? Nemo enim dubitabit, decreta Principum res iudicatas constituere. Reperimus igitur primam originem in rebus iudicatis: quatenus autem haec ex Assessorum disputationibus prolatisque argumentis, factae, & iisdem propositis iterum seruatae sint; eatenus, e dissensu Prudentum in supremo iudicio, tenorem illarum quae constituunt, capita suborta esse, possumus affirmare: Et interdum ICti, quorum sententias Principes secuti sunt, ab iis laudantur, e quo magis etiam apparet, ne sibi quidem Principes, istorum iuris praeceptorum inuentionem, tribuere voluisse. Neque tandem voluntate Principis potestas

ſtas alia, aut robur, decreto tribuitur, niſi vt eo lis, cuius cauſa pronunciatum, decidatur, illudque reſcindi nequeat.

Hanc autem, de Principum decretorum valore, ſententiam non ego ſolus foueo, multos potius, magnique nominis ICtos, eandem defendere inuenio, licet eas, quas ſubminiſtraui rationes, ipſis adducere non placuerit. Ita Vir ſummus *Iac.* CVIACIVS *f)*: *Et decreto*, inquit, *reſcripta & interlocutiones leges ſunt, ſi, vt* LEO *ait* Nov. XCII. *animus fuerit τὸ πρῖθεν ποιεῖν νομοθέτημα, ſi, vt ait* L. 3. C. de LL. *princeps cenſuerit, quae in certis negotiis ſtatuit, ſimilium quoque cauſarum fata componere, alioqui vt iudicum, ita Principum res iudicata, aliis non noceret vel prodeſſet.* Et alibi ſimiliter *g)*. *Ex conſtitutionibus ſpecialibus principum ſunt & decreta interpoſita in negotio aliquo, ita vt in exemplum non trahantur.* Huic iungamus doctiſſimum *Fr.* BALDVINVM *h)*, *Principis placitum*, ſcribentem, *habet vim legis, nempe vbi ſatis appaſ ret, hanc eſſe Principis voluntatem, Alioqui ſane tantum non erit, temere tribuendum quibuscunque vel leuiſſimis Principum interlocutionibus: quas apparet in hoc eſſe dictas* L. 3. C. vlt. C. de LL. *Certe ſi qua Principis interlocutio inter alias eius conſtitutiones, vt ſunt pleraeque in iure, amplius dubitandum non erit de vigore legis.* Similia inuenies dixiſſe *Ant.* FABRVM *i)*, *Hub.* GYPHANIVM *k)* *Nic. Hier.* GVNDLING *l)*, *I. S.* BRVNQVELL *m)*, *I. G.* HEINECCIVM *n)*, *Chr. God.* HOFFMANN *o)*, *I. A.* BACH *p)*, vt

f) *Paratitl. ad Tit. C. de Legib.*
g) *Paratitl. ad Tit. C. de Mandat. Princ.*
h) *Commentar ad §. 6. J. de J. N. G. & Civ.* ad verb. *Decreta.*
i) *Rational. ad Pandect. ad L. 1. De conſtitut. Princ.*
k) *Commentar. ad §. 6. J. de J. N. G. & C.*
l) *in πρώτοις ad Tit. de Conſtit. Princip.*
m) *Hiſtor. Iur. Rom. L. 1. Cap. XII. §. 32.*
n) *ad Digeſt. Part. I. §. 112.*
o) *Hiſtor. Iur. Rom. Tom. I. p. 416.* Vbi: *Obtinuerunt ea decreta temporis ſucceſſu tantam auctoritatem, vt in ſimilibus caſibus legem facerent.*
p) *Hiſtor. Iuriſpr. Rom. Lib. III. Cap. 1. S. 7. §. 1. p. 417.* & antea p. 381. ad ſpeciales conſtitutiones ea retulerat.

vt alios praeteream. Sed hic subsistendum, adiiciendumque tantum esse censeo, IVSTINIANVM haec pro sua potestate mutare potuisse, vt etiam mutauit q), eadem ratione qua LEO SAPIENS r), a CVIACIO laudatus, vetus ius restituere potuit, & quoad ius nouissimum FLAVII tenendam esse sanctionem. Mirandum tamen Codicis architectos, VALENTINIANEAS constitutiones collationi intulisse & ad latus quasi IVSTINIANEAE posuisse. Idem sensit *Fr.* BALDVINVS s), *Recte quidem*, addens, *Codici insertae erant, antequam ea Iustiniani constitutio ederetur, sed hac postea inserta, an illis nihil detrahendum fuit?* A quo obliuionis peccato, vt auctores Codicis absolueret *Vlr.* HVBERVS t) reiecta inani, ex suo iudicio, WISSENBACHII distinctione, *maluit constitutionem L. vlt. sic accipere, vt intellectum voluerit Caesar, etsi non dictum, ita demum iudicata Principis habitura vim legum vniuersalem, si Principes censuerint, ea, quae in certis negotiis statuta sunt, similium quoque fata causarum componere, vt est in L. 3.* Sed mihi videntur verba legis apertiora, vt aliam mentem illis affingere possimus, & quoniam non infrequentes sunt in Codice, sibi aduersantes, aut aliis sublatae, Imperatorum constitutiones, certe & hic simile statuendum esse, G. COCCEIO u) lubenter concedere possumus. Magis autem haec FLAVII obesse videntur; *cum & veteris iuris conditores, constitutiones, quae ex imperiali decreto processerunt, legis vim aperte dilucideque definiant;* quibus more suo mutationem commendare & excusare cupit. At enim vero, siue legis auctor veterum ICtorum verba aliter explicuit, quam par esset, siue affinxerit antiquo iuri, quod numquam adfuit, perinde est, nam in IVSTIANO defendendo frustra desudabimus. Neque enim raro istiusmodi fictiones in IVSTINIANI constitutionibus reperimus, exemplum praesto

q) *L. vlt. C. de Legibus.*
r) *Nov. XCII.*
s) *in Iustinian. Lib. II. p. 95.* (Ed. Gundling.)
t) *Praelection. ad Tit. D. de Constitut. Princip. p. m. 546.*
u) *ad tit. de constitut. Princip.* in calc. *commentar. tit. de Or. Iur. p. m. 548.*

praesto est, vbi scripsit: *antiquissimae leges – heredes faciebant eos, qui neque scripti heredes, neque ab intestato ad hereditatem vocabantur* x): quae, praesertim in eo, quo dicta, respectu, numquam probari possunt; lubenter a pluribus abstineo, lectoribus ad *Ant.* CONTIVM y), & *Hyron. de* OROZ z) ablegatis, qui alia collegerunt exempla. VALENTINIANI & IVSTINIANI leges conciliare non audeo: Huius constitutionem non aliter ac verba suadent accipio, neque ideo subscribo interpretationi *Andr.* BRVCE a) putantis: ex Imp. mente, *principis sententiam inter omnes valere, si faciat ad interpretationem iuris constituti, non aeque si nouum ius contineat:* nam verba, probationis ergo laudata, huic non respondent. Quod denique CVIACIVS b) & BALDVINVS c), de relatis in Collectiones diualium constitutionem decretis, affirmabant, me iudice potest admitti, licet *Fr.* CONANO d) & *M. A.* MVRETO e) secus visum sit, inprimis codice Iustinianeo spectato, cuius contenta, quasi e diuino suo ore profusa, obseruari iussit Augustus auctor f).

XXII.

x) *Nov. I. cap. 1. §. 4.* cf. *Meam diss. de testamenti destit. virib. Sect. 1. §. 48. p. 88.*
y) *Lection. subcesiuar. Lib. I. cap. 9.*
z) *De Apicib. Iuris Ciuil. Lib. V. cap. 7. n. 3. 4. seq.*
a) diss. *de Constitution. Principum* (Franeq. 1683.) C. *XIV. §. 4.*
b) *Paratitl. ad* T. C. *de LL.*
c) *Commentar. ad §. 6. J. de J. N. G. & C.*
d) *Commentar. Iur. Civ. Lib. 1. Cap. 16. n. 5.*
e) *ad L. 1. §. 1. D. de const. Princip.*
f) Supersunt autem nobis in libris Iur. Ciuilis varia decretorum exempla, quorum aliquot collegit *B.* BRISSON. *de Formul. & solennib. P. R. Lib. V. Cap. 113.* adiectis simul iis, quae apud alios Auctores obueniunt. Inscribi solent ista fragmenta & nominari: *Partes actorum in consistorio habitorum.* Huc pertinent *L. vlt. C. Th. de Offic. omn. iudic.* a GRATIANO. *L. f. C. Th.* quae est *L. 6. C. Iust. qui bon. ced. poss.* a THEODOSIO *L. 1. C. Th. de his qui administr.* a CONSTANTINO, vti suspicatus *Iac.* GOTHOFRED. Porro *L. 12. C. de poenis* a DIOCLETIANO & MAXIMIANO, inscripta *in Consistorio:* sed GOTEOFRED.

§. XXII.

Occurrit dubiis.

Falſi autem nihil, ais, Imperatorem IVSTINIANVM attuliſſe, monſtrant POMPONIVS & VLPIANVS, nobis, decretorum auctoritatem impugnantibus, vehementer obſiſtentes, contrariumque affirmantes. Videamus an hos ſcrupulos eximere poſſimus? ILLE quidem ſcribit; *igitur conſtituto Principe datum ei ius vt quod conſtituiſſet, ratum eſſet* g): & iterum in iuris ciuilis partium ἀνακαιφαλαίωσῃ. – – *Principalis conſtitutio, id eſt, quod ipſe Princeps conſtituit pro lege ſeruetur* h). In his SEXTI verbis interpretandis Viri docti non conueniunt, nam alii omnes conſtitutionum ſpecies ſubintelligunt, alii ſecus. Ad priorem igitur quod attinet paſſum, equidem cenſeo, ibi ICtum tantum affirmare, ea, quae a Principe conſtituantur, per ſe valere, nulliusque alterius confirmatione indigere; nec conſultum Senatus, requiri, nec Populi ſuffragium neceſſarium eſſe, ſi Principalis conſtitutio effectum ſortiri debeat; cum potius, quodcunque conſtituerit, per ſe, & quoniam a ſummo rerum arbitro poſitum, ratum ſit firmumque, h. e. valeat, expedirique debeat. Hoc ad conſtitutionem iuris egregie patitur applicationem: quandoqui-

FRED. ad *L. 8. C. Th. de fid. teſt.* opinatur in *Theatro* hoc eſſe ab Impp. decretum, quoniam conſiſtorium ſit, vbi Imperator cum conſilio verſatur: conſtanter tamen vbique legitur, vt eam exhibuimus, inſcriptio. *L. 2. C de exc. muner.* ab IISDEM AA. Huc referenda quoque *L. 3. C. de quaeſt.* vbi: *Imp.* ANTONINVS A., *cum cognitionaliter audiſſet, dixit.* Denique huc refert GOTHOFR. *L. 2. C. Th. de Veteran. qua*, vt ait, *acta quaedam, non in conſiſtorio verum in principiis militaribus (id eſt in loco iudiciorum militarium & querelis militum excipiendis deſtinato) referuntur.* Reliqua in Digeſtis obuenientia tranſmitto.

g) *L. 2. §. 11. D. de O. I.*

h) *L. 2. §. 12. D. Eod.* G. COCCEII *ad h. l. p. 117.* concinnius ita legi cenſet: *id eſt quod Pr. conſt. vt pro lege ſeruetur* mihi vero Florentinae emendatio non opus eſſe videtur.

quidem nulla constitutionum species, e veriori sententia *i*), alicuius approbatione quasi & confirmatione habuit opus, sicque decreta per se rata sunt atque firma, & eatenus legis vigorem habere, dici poterant. Sicut olim lex appellatum est id, quod populi voluntate constitutum erat *k*). Conuenit fragmentum L. Regiae, siue SCti, quo VESPASIANO oblatum est imperium, in quo sic: VTIQVE. QVAECVNQVE. ANTE. HANC. LEGEM. ROGATAM. ACTA. GESTA. DECRETA. AB. IMP. CAESARE. VESPASIANO. AVG. IVSSV. MANDATVVE. EIVS. A. QVO-

i) Nam P. FABER. *Semestr. Lib. I. cap. 25. p. m. 143.* Io. STRAVCH *de statut. a summo imperant.* §. 11. aliique, inter quos etiam est *I. A.* BACH *histor. Irpr. R. Lib. III. Cap. 1. S. 4.* §. 6. existimarunt, Edicta Principum olim SCtis fuisse confirmanda, aliterque nullam vim habuisse. Quod, vti per se erroneum confictumque, exemplis, ab Illis probationis ergo laudatis, refutatur magis, quam probatur; arcti limites rem vlterius prosequi non permittunt. Id tantum hic loci animaduerto, me quidem eam sententiam cum historiae monumentis conciliare non posse, audi enim de AVGVSTO, libertatis vmbram seruare simulante, DIONEM CASSIVM, cuius verba latine tantum apponam, is inquit: *Lib. LIII. p.* 722. (ed. Reim.) *Augusto X. & C. Norbano Coss. kalend. Ianuar Senatus sacramento confirmauit, se eius acta approbare: — — omni Eum necessitate legum Senatus liberauit, vt, veluti demonstratum est a me, ceu vere potestatis absolutae, perfecteque sui iuris, legumque dominus, agere aut non agere omnia, suo posset pro arbitrio.* Et rursus, euidentius etiam, *Lib. LIV. p.* 740. ad A. V. 735. refert. *Haec quum decreuissent, contenderunt ab ipso, vt emendaret omnia ista vitia, ac leges, quas vellet, ferret: ferendis Augustarum nomen iam tum indiderunt, seque obtemperaturos illis iureiurando voluerunt confirmare. Augustus quum reliqua, vel vt necessaria admisisset, iusiurandum eis remisit.* etc. Hic vltro Senatus legum ferendarum potestatem tradit Imperatori, nec, vt edicta legesque confirmaret consultis suis, retinuit: quid inde, nisi Augustum iam plenissimam edicendi potestatem habuisse? Igitur vel maxime P. BVRMANNI *de Vectigal. Pop. R. Cap. VI. p. 86. seq.* distinctio adhibenda foret, a Principum diuersa sentiendi ratione, sumta.

k) add. COCCEII *ad L. 2. §. 11. D. de O. J.*

QVOQVE. FACTA. SVNT. EA. PERINDE. IVSTA. RATAQVE. SINT. AC. SI. POPVLI. PLEBISVE. IVSSV. ACTA. ESSENT. Perinde decreta rata ſunt ergo, ac ſi populi iuſſus acceſſiſſet. Conuenit mecum porro THEOPHILVS *l*), ſatis quaeſtioni faciens: quare Principis voluntas legem faciat, *nemoque Principis conſtitutionibus, quae ab eo vno homine emittuntur, parere detrectet?* Imo rata ſunt Decreta, nullaque prouocatione infirmari poſſunt, nam *ſtultum eſſe*, putat VLPIANVS, *admonere, a Principe appellare fas non eſſe, cum ipſe ſit, qui prouocatur m*): i. e. cum nec alius appareat, ad quem, vt ſuperiorem, appellatio dirigatur, & a quo Principis ſententia emendetur, vti recte ICtum explicauit *I.* VOETIVS *n*). Quis inde vero decreta intuitu reliquorum negotiorum legem feciſſe, deducet? Viam pandunt haec ad alterius loci explicationem: Scilicet quando POMPONIVS Principum conſtitutiones abſolute nominauit leges, fecit hoc, quoniam omnes ratae ſunt per ſe, vt olim leges a Populo datae; deinde, quoniam nulla ſpecies nominetenus eſt excitata, ita, ex mea ſententia, intelligendus, ne pugnet cum reliquis, adeoque quaſi ſcripſiſſet: conſtitutionem tunc eſſe legem generalem, cum ita placuerit Imperatori: quod nemo in dubium vocauit, & qua ratione ICtum intellexit etiam *Gu. van der* MVELEN *o*). Nunc & VLPIANI conſideremus effatum, *quodcunque*, profitentis, *Imperator – vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, – legem eſſe conſtat p*); quod, omiſſa tamen interlocutionis mentione, mutuati ſunt Inſtitutionum Architecti *q*), & vbi THEOPHILVS, εἰς πλάτος vertens, notauit: *& ea* (ſententia) *lex eſt Principis. – Aeque autem & decretum dicitur ſententia magiſtratus. Sed in hoc differunt, quod Principis decretum, & eam ipſam, & aliam ſimilem cauſam, quocunque tempore exortam, dirimat:*

 Magi-

l) παραφρ. ſ. penult. *J. de J. N. G. & C.*
m) *L.* 1. §. 1. *D. a quib. appellar. non licet.*
n) *Commentar. ad Digeſtor. Titul. cit.* §. 1.
o) *Exercitat. de Hiſt. Pompon. p. m.* 432. 436.
p) *L.* 1. §. 1. *D. de Conſtitut. Princip.*
q) §. 6. *J. de J. N. G. & C.*

Magistratus autem decretum, eam tantum, de qua agitur, ac ne eam quidem, si intercesserit appellatio. His autem lectis, videbar mihi audire, Antecessorem Iustinianeis suis, nouissimam sacratissimi sui Principis mentem, qua decretis suis tantam maiestatem tribuit, exponere, & constitutionem, quam, temporum ratione habita, scire poterat, repetere & explanare. Nam ecce, eadem paene verba sunt retenta, quibus FLAVIVS in sua lege vsus est: THEOPHILVS ergo, cum de suo tempore testimonium tantum dicat, nobis non obest. Quoad VLPIANVM vero, equidem, si manus Triboniani vestigia vbique reperirem, profecto hic opportune affirmare possem, Digestorum compilatores ICti verba mutasse, & ob nouissimam IVSTINIANI legem, sub DOMITII persona aliquid scripsisse, quod Ipse rediturus pro suppositio partu agnouisset. Sed nondum res ad Triarios venit; quamquam enim in Institutionibus ad IVSTINIANI legem conditores respexisse arbitrer; VLPIANVS tamen haec, suo tempore, vt iacent, scribere potuit. ICtus de duobus loquitur, de decretis, causa cognita prolatis, & de interlocutionibus, in plano quas fecit Imperator cum, quasi aliud agens, interpellatus ab iis, qui, sibi iura redderentur, rogarunt. Vtramque speciem legem esse ait: non repeto, quae paulo antea dixi, nimirum decretum & interlocutionem intuitu roboris legis instar esse, in qua opinione, vt nunc reperio *Lud.* CHARONDAS r), & *Anton.* FABER s) versati quoque sunt; sed addo tantum, ICtum de eo, quod fieri possit, locutum esse, siue Principem, interloquendo & decernendo, legem generalem constituere posse, affirmasse; nequaquam vero, vnumquodque Decretum ab initio, & citra voluntatem Auctoris, tamquam legem, vniuersos obligantem, obseruandum esse, defendisse t). Redit ergo, quod ab initio diximus, decre-

r) πειθανων *Lib. I. cap. 2.*
s) *Rational. ad L. 1. D. de Const. Pr.*
t) Quod tamen MVRETO. *ad d. L.* aliisque placuit. Neque etiam probata mihi videtur COCCEII *p. 546.* distinctio, an quaestionem iuris decreto & interlocutione definiue-

decreta scilicet, si Imperatoribus ita placuit, leges constituere potuisse generales, alias autem nec iudicem obligatum fuisse, alicuius decreti regula, causam similem examinare, nec partes, si factum esset, sententiae iudicis acquiescere. Sed assidua tantum obseruantia, applicanda decretorum principia in consuetudinem abierunt. Recte enim laudatus CONANVS, *quod tamen*, ait, *semel aliqua in causa princeps statuerat, etiamsi non addiderat exempli clausulam, solebant iudices in similibus negotiis sequi, & instar legis habere, quoniam id saltim ad iuris interpretationem pertineret, cuius interpretandi auctoritas erat penes solum principem, qui & eius condendi solus habebat potestatem* u). Nostram VLPIANI interpretationem adiuuant vltima Ipsius verba: *plane ex his quaedam sunt personales* etc.; his enim aperte ICtus docuit, quaedam decreta & interlocutiones, sua natura nullam applicationem ad alia, quam quorum gratia data sint, negotia pati, siue, vt THEOPHILVS x), *in exemplum trahi non posse*. Nimirum ea propter, quod *personales* sint, hoc est, respectu personae data, illiusque ossibus quasi inhaereant, siue, quod perinde est, quoniam in gratiam, aut in poenam alicuius sint prolata. Haec vera ICti ratio est, ea enim, quam Institutionum conditores addiderunt y), abs THEOPHILO z) quoque retenta, *quoniam non hoc Princeps vult*, sufficiens haud est, & sanctionem Iustinianeam redolet. Neque enim cum plerisque interpretibus qualiacunque priuilegia intelligere mallem, cum occasione verborum VLPIANI doctrinam de priuilegiis solent exponere, quod mirifice displicuit CONANO a); sed sub personalibus constitutionibus, priuas leges, in genuino & antiquo sensu, siue, GELLIO b) interprete, in singulos homines datas, comprehendo, quas hodie

niuerit, an facti, vt scilicet in priori casu lex vniuersa adesset.

u) *Commentar. iur. ciuil. Lib. 1. Cap. 16. n. 7.*
x) *παραφρασ. cit. §. J. de J. N. G. & C.*
y) *§. citat.*
z) *cit. loc.*
a) *loc. laud. n. 6.*
b) *N. A. Lib. X. Cap. 10.*

hodie dispensationes vocare solemus. Quae priuilegia & ICtus intelligere haud dubie voluit, nam in verbis: *vel si quam poenam irrogauit*, sc. solita acerbiorem, latet dispensatio, quam nominamus *priuilegium poenale;* verbis: *quod Princeps ob merita indulsit*, gratiosa a legibus exceptio, vti vltimis etiam: *si cui sine exemplo subuenit*, quod v. c. in aggratiatione & in abolitione contingit, continetur. Non opus est vt in his Princeps declaret, se nolle vt in emempla trahantur, nam plerumque id ex ipsa constitutione adparet c).

Neque ergo VLPIANVS, qualicunque meae de decretis principum opinioni, obsistit, manetque adeo, quod supra probare sum annisus, decreta Principum vi sua numquam ante IVSTINIANVM leges generales effecisse, nisi aliter Impp. placuerit: ius igitur, illis inuectum, scriptum esse non posse, sed ad non scriptum pertinere.

§. XXIII.

Num in Magistratuum iudiciis, & in CViralí, per res similiter iudicatas, vt & disputatione, ius potuerit constitui?

Difficilior quaestio est: an iudicatis similibus Magistratuum, eorumque Assessorum disceptationibus, supra (§.17.) probatis, Imperatorum aetate in iure potuerit quicquam innouari? Quod nec abscisse potest negari, nec affirmari: sed temporum ratio habenda est. Argumenta, quibus, licuisse hoc Magistratibus, probabo, ad oculum, quod aiunt, id non demonstrant, reddunt tamen verosimile. AVGVSTI constitutionem, qua vetuit Iudicibus, in difficilioribus caussis sententiam concipere, hic omitto; partim quod certo numquam definiri potest, quid ea sancitum sit, partim quod, ex mea sententia, iterum cessauit (§. 14.): fac etiam, illa sublatam esse auctoritatem rerum a Magistratibus iudicatarum, restituta esset postea, quoniam ipsa sanctio exoleuit. Sed aliud, pro auctoritate nostra, subministrant IVLIANVS d) & VLPIANVS e) argumentum suadent enim eis, qui iuris-

c) Add. FAC. a BERIGA Ἐναντιοφαν. *Cent. VII. qu. 17.*
d) *L. 12. D. de LL.*
e) *L. 13. D. Eod.*

risdictioni praesunt, vt *iurisdictione sua* leges suppleant, illarum in aliqua causa manifestam sententiam ad similia producant, & deinde seruent: e quibus haud inepte concludi posse, Prudentes admisisse, per iudicata aliquid induci, interpretationem legis firmam fieri, nouaque, ad exemplum manifestorum, per frequentem ad similia applicationem, institui posse, equidem censeo. Nam iurisdictione aliter, ac sententiis rebusque iudicatis, leges supplendae mihi non videntur. In cognitionibus magistratuum dissentiendi fuisse relictam occasionem, & in Praefectorum tribunalibus difficiles causas agitatas esse, supra monui (§. cit.), vt taceam, prouinciarum diuersitatem Praesidibus, varia supplendi statuendique, nondum legibus definita, reliquisse: ergone rebus similiter iudicatis nihil constitui potuit? imo illud videtur, cum ex SEVERI rescripto CALLISTRATVS, res similiter iudicatas spectandas esse moneat, & Imp ALEXANDER Praesidibus simile iniungat. Deinde, per vsum fori, certe multa sunt in ordine tractandi causas iudiciorumque mutata. Et denique exemplis eorum consideratis, quae, secundum formulas, hunc fontem iuris ciuilis indicantes, rebus iudicatis, & disputatione fori, sunt orta; ea, neque sub Republica, neque a CViris, neque e Decretis Principum, venisse, adeoque e iudicatis similibus magistratuum dimanasse, intelligemus His igitur probabile fit, sub Imperatoribus varia hac ratione constituta esse. Nunc autem reticenda non sunt ea, quae, nisi sustulerint nostram partem, tamen impediuerunt, quo minus vlterius progredi potuerit. Nimirum relationes a magistratibus, etiam maioribus, ad Principem, sub Imperatoribus post CONSTANTINVM frequentiores factae sunt, &, vti SYMMACHI epistolae probant, de quibuscunque negotiis grauioribus ad Imperatores referre, & ab Eis decisionem exspectare, necesse erat. Antea, & ICtorum, quorum in Digestis exstant fragmenta, tempore, relationes incognitae non fuerunt, VLPIANVS f) alicuius meminit, sed tam crebro non emissae, & a Prouincialibus praesertim responsiones quaesitae, videntur Hae relationes miram varie-

 tatem

f) L. 11. §. 2. D. de Minorib.

tatem de IVSTINIANO funt expertae; nam diu fernatae, imo ordinatae & praefcriptae g), tandem ab ipfo fublatae funt h), ne illis lites nimis protraherentur. Ad haec perpendendum eft, Principum tandem conftitutiones, vnicum fere manfiffe iuris ciuilis fontem, & leges condere, iura conftituere, folius Imperatoris fuiffe. Interim quod, ante IVSTINIANVM auctoritatem rerum iudicatarum, penitus exftinctam effe, affirmare non audeam, IPSE auctor eft ideo, quoniam illi contrariam legem fanxit, quae fuiffet alias fuperflua. Praefectorum quoque Praetorio auctoritas, poft CONSTANTINI M. mutationem, magna fuit omnino, eorumque edicta, τύποι, τύποι γενικοὶ, formae, nominata, inprimis funt in pretio habita, & in Codices Ἐπαρχικῶν collecta i); quin igitur ad eorum iudicata fpectatum fit, nullum fupereft dubium, imo fere certum eft, quoniam FLAVIVM expreffe mentionem illorum feciffe, videmus k). Ad IVSTINIANVM vsque hanc partem ergo agnofcere, paulo tamen ante Eius tempora, non adeo fplendidam illam, quam antea, fuiffe, ftatuere poffumus.

Agmen claudant CViri noftri, quos difputaffe quidem fcimus, nec tamen, an hac difceptatione, pariter ac citra illam, efficere aliquid in iure ciuili valuerint, audiuimus. Et CViros fub priorum feculorum Imperatoribus id potuiffe, fimile vero eft, quum fub iis hoc iudicium, nondum aliorum fplendore obrutum adeo, aut caufarum ereptione deminutum effet, licet aliquam priftinae auctoritatis partem amiferit. Atque initio nemo facile mihi locum adferet, e quo poffit doceri, CViris, e iudicatis fuis, fimiliter feruatis, fententiam concipere, & ex iis, tanquam ex aliquo iuris ciuilis fon-

g) Vid. *Nouel. LXXXII. cap. vlt. Nov. CXIII.*

h) *Nouell. CXXV.* Add. *Conr.* RITTERSHVS. *Expof. Nouellar. Part. IX. Cap. 7. Petr.* GVDELIN. *de iure nouiffim. Lib. IV. cap. 12. p. m. 231.*

i) Vid. CVIAC. *Obferuat. Lib. VI. cap. 10. I. G.* HEINEC. *hiftor. Edictor. Cap. V. §. 1. feq.* Iam ante CONSTANTINVM, refcripferat ALEXANDER *L. 2. C. de Offic. Praef. Praetor.* formam a Praef. Praet. datam, etfi generalem, nec Conftitutionum principalium auctoritate fublatam, obferuare aequum effe.

k) *L. 13. C. de fentent. & interlocut.*

fonte, similes controuersias componere, interdictum esse. Quod non modo de his, quae sub republica constituta erant, intelligendum est, cum in iis eo minus dubium supersit, quo certius, ea iudicata per diuturnum tempus in morem abiisse; sed de illis etiam, quae hac, de qua loquimur, aetate sunt inuecta. Deinde quoniam diuersa negotia, in hoc iudicio tractanda, mutationes experta esse vidimus, neque tamen istas legibus scriptis omnes debeamus; sicut CVirorum iudicio varia constituere relicta sunt, ita profecto illos iudicatis quaedam statuisse dicendum est. Quis enim negaret, CViros tempora obseruasse, eatenus scilicet, vt tunc obtinenti iuri sententias suas accommodarent? sic in liberalibus caussis multa sub Imperatoribus inualuerunt, antea vix cognita, pauca tamen expresse sancita sunt, veroque fit simile, varia CVirorum iudiciis esse constituta, saltim, ad normam legum perlatarum, inducta, inuectaque. Sin tibi haec negotiorum species displiceat, reputes tecum causas hereditarias, reputes querelam inofficiosi testamenti, quas CVirorum notioni subiectas fuisse confitentur omnes: certe huius remedii vsus, vt alia praeteream, eorum iudicatis arctior inclusus est, cum abusum saluti publicae magis obesse, quam opitulari, intellexissent. Sic igitur tam per disputationem, quam citra illam, diuersa constituta sunt, & quod ad posterius attinet, inprimis ea, quae ad formam iudicii spectarunt. Et quid multa? exempla, licet pauca a me producta, aperte hoc monstrant.

§. XXIV.

Exempla quorumdam capitum iuris ciuilis, auctoritate rerum iudicatarum & disputatione fori, constitutorum proponuntur, & ab aliis proposita expenduntur.

Etenim de natura iuris, quod hoc modo inductum est, plura disputare, non opus esse videtur, praeterquam quod pro consensu populi, nunc Principis tacita adsensio requiratur. Properemus igitur ad exempla.

Primum sit, quod e PAVLO *l)* aliquoties iam citaui (§. 3.), nimirum CViros, exheredatum, qui de inofficioso

l) L. 17. L. 16. pr. et L. 23. §. 2. *D. de inoffic. testament.* Cf. *Animadv. ad Siccam. Lib. II. c. 6. not. h.*

ciofo vel non egit, vel a lite deftitit, tunc, quum ob alterius fratris querelam teftamentum refcinderent, defunctumque inteftatum redderent, in viuis amplius non effe, putaffe, eumque ideo partem cum victore facere non debere, fed illi potius ipfius portionem accrefcere, concludiffe.

Alterum etiam alio loco eft expofitum, quod poft ANTONINI Pii tempora inductum eft, fcilicet diuerfis de teftamento impugnato fententiis exiftentibus, eam praeualuiffe, quae teftamentum fuftinet, a MARCELLO proditum eft m).

Tertium ad liberales caufas fpectat n), & itidem a me alio loco o), expofitum, quare fatis eft, hoc loco illud cum aliis in memoriam reuocaffe.

Quarto huc referri folet ab aliis, nominatimque a BACHIO p), illud e VALERIO M. q), quod filius, nec inftitutus, nec exheredatus a patre, pro exclufo non fit reputandus. Cuius generis iudicium a CViris tractatum effe fcimus, certum tamen non eft, an omnes fimiles fpecies ejus exemplo examinatae fint, atque decifae. Quodfi fuiffet, dicere mallem, citra difputationem tale principium adoptatum effe; nam VALERIVS, partes quidem acriter inter fe concertaffe, fententiam vero ab omnibus confiliis aequaliter latam effe, refert. Quam vero fub rep. iudicatis CViralibus natam putat BACHIVS r), inofficiofi querelam, admittere non poffum; firmatam illam CVirorum iudicatis, & excultam effe, fuftinere, at eam excogitatam affirmare non poffumus; ifte honos maneat ICtis. Pariter, legitimam portionem liberorum atque parentum hoc modo introductam effe ftatuit ILLE s), me tamen iudice, citra rationem; quum ea haud dubie ICtis debeatur, & affertionem BACHII in dubium vocauit etiam IVSTIVS t).

Tran-

m) *L. 10. D. Eod.* cf. *Anim. ad Siccam. Lib. II. c. 7. not. a.*
n) *L. 30. D. de liber. cauf.*
o) *Animadv. ad Siccam. cit. loc. pag. 158.*
p) *Hiftor. Iurispr. Rom. Lib. II. Cap. 2. Sect. 5. §. 4.*
q) *Lib. VII. Cap. 7. ex. 1.*
r) *loc. laud.*
s) *cit. loc. Lib. III. C. 1. S. 5. §. 2.*
t) *De difputat. for. p. 14.*

Transeamus nunc ad alia, quae disputatione fori, licet non auctoritate CViralium iudicatorum, constituta sunt. *Primus* ergo prodeat HERMOGENIANVS: *Cum ex vno delicto plures nascuntur actiones*, inquiens, *sicut euenit cum arbores furtim caesae dicuntur, omnibus experiri permitti, post magnas varietates obtinuit* u). Solet hoc fragmentum, ob formulam solemnem, qua, quid disputatione fori inductum est, indicatur, ab omnibus instar exempli adduci. Obtinuit igitur, vt ex vno delicto plures natae actiones institui queant, & ICtus hoc principium exemplo illustrauit, quo melius & aptius, notante *Em.* MERILLIO x), inuenire vix potuisset. Simul autem hoc docemur, me non immerito statuisse, in aliis, praeter CVirale, iudiciis, per res similiter iudicatas, iuris ciuilis capita oriri potuisse. Ipsum, quod exhibuimus, praeceptum, ita quoque comparatum est, vt nostram iuris partem redoleat, etenim non solum aequissimum, verum etiam quodammodo subdubitanter, nec adeo certo positum est, ac si lege scripta inuectum esset. Dixit enim ICtus, *omnibus actionibus permitti experiri*, quod caute satis pronunciatum esse, recte putauit *Io.* VOETIVS y); Nam quando lex, obligationem constituens, vna tantum, reliquis exclusis, agendum esse actione, non cauit; actor, qui, vnius remedii vsu, non omnia potuit a reo praestanda consequi, reliquam actionem pinguiorem instituere non vetitur, sed pluribus experiri permissum est, scilicet vt residuum adipiscatur etiam. Quibus alii nostri iuris loci non obsunt, sed illud confirmant; nam ecce MODESTINI z) verba, indirecte perhibent idem: *Plura delicta in vna re, plures admittunt actiones: sed, non posse omnibus vti, probatum est: nam si ex vna obligatione plures actiones nascantur, vna tantummodo, non omnibus, vtendum est.* Haec quidem obsistere videntur, sed apparent tantum, non sunt contraria; etenim ICtus

u) *L. 32. D. de O. & A.*
x) *Obseruation. Lib. IV. cap. 33.* vbi, nouem actiones ex hoc delicto nasci posse, monstrare voluit.
y) *Commentar. ad Pandect. de Obl. & Act. §. 20.*
z) *L. 53. D. de O. & A.*

ICtus docet, pluribus actionibus simul, aut copulatiue, quod aiunt, agendum non esse, sed vna tantum vtendum; successiuam autem, s. subordinatam, quam vocant, institutionem neutiquam prohibet, nec prohibere poterat. HERMOGENIANI exemplum, de delicto arborum furtim caesarum, PAVLVS a) confirmat, cuius verba, *si furtim*, audiunt, *arbores caesae sunt, & ex L. Aquilia, & ex XII. T. dandam actionem Labeo ait. Sed Trebatius ita vtramque dandam, vt iudex in posteriore deducat id, quod ex prima consecutus sit & reliquo condemnet.* Ex quo vides loco comprobari, quod de successiua institutione dixi Neque vero regula, de arboribus furtim caesis, tantum valet, valet etiam de aliis: Sic PAVLVS b): *Si sacculum c) vel argentum signatum deposuero, & is, penes quem depositum fuit, me inuito contrectauerit, & depositi, & furti actio, mihi in eum competit.* Non dubito, quin idem hic obtinuerit, et is, qui antea honorariam, in simplum tendentem, actionem instituerat, postea non potuisset ex furto agi in duplum, ad adipiscendum id, quod priori actione omiserat. Et hac ex causa GORDIANVS A. rescripsit Austero d): *Si depositi experiaris, non immerito etiam vsuras tibi restitui flagitabis: cum tibi debeat gratulari, quod furti eum actione non facias obnoxium, siquidem qui rem depositam inuito domino sciens prudensque in vsus suos conuerterit, etiam furti delicto succedit.* Et fallor aut de locato seruo, furto subrepto, idem dicere voluit PAVLVS e) ex locato, & furti posse agi sustinens.

Eiusdem HERMOGENIANI fragmentum aliud, *alterum* exemplum sistit; *Pro legato*, illud audit, *vsucapit, cui recte legatum est relictum, sed & si non iure legatum relinquatur, vel legatum ademtum est, pro legato vsucapi post magnas varietates* obti-

a) *L. 1. D. Arbor. furtim caes.*
b) *L. 29. D. Deposit. vel contr.* e *Lib. II. Recept. Sententiar.* in cuius *tit. 12. §. 5.* ap. SCHVLTING. *in iurispr. Anteiust* legitur: illud fragmentum seruauit etiam PARIATOR LL. MOSAIC. & ROMAN. *Tit.* X. §. 7.
c) PARIATOR habet *Sacellum.*
d) *L. 3. C. Deposit. vel contr.*
e) *L. 42. D. Locat. conduct.*

obtinuit f). Per disputationem fori obtinuit ergo, illum, cui non iure legatum aliquid est, aut legatum iterum ademtum, rem legatam vsu posse capere. Non iure vero relictum legatum interpretatus est HEINECCIVS *g)* quod non ea, quam leges exigunt, forma, datum est, argumento ab iniusto, s. non iure facto, testamento ducto: idemque statuit *Petr. de* TOVLLIEV *h)*; quod eo magis admittendum esse censeo, cum veteri iure, diuersa ratione formulaque, legatum posset relinqui. Altera species est, si legatum, ignorante legatario, iterum ademtum est, siue codicillis, siue alio latenti testamento, quod existere nesciebat legatarius, vti coniecit laudatus *de* TOVLLIEV. Hanc speciem illustrat PAVLVS *i)*: *Pro legato*, inquiens, *potest vsucapi si res aliena legata sit; aut testatoris quidem sit, sed ademta codicillis ignoratur*; quae verba postrema ad nostrum pertinent factum. Constat autem, & VLPIANVS *k)* auctor est, olim eodem testamento, quo data essent, adimi potuisse legata pariter, ac codicillis testamento confirmatis, quum in non confirmatis, nihil directo dari posset, nihil adimi *l)*. Ad fragmentum nostrum vero vt reuertamur, quo iure sit vsucapio introducta, PAVLVS quidem omisit, quamquam ipsius tempore iam obtinuerit, sed ab HERMOGENIANO formula vsitata satis monstrat, in iudiciis olim, & in ipso forto CVirali, dubitatum esse magnopere, disputatumque. Nec id mirandum est, cum omnino legatarius rem legatam consequi non posse videretur: Nam ad legatum, non iure relictum: quod attinet, illud non praestandum, aut praestitum, heredi restituendum esse videbatur, quoniam in forma erratum erat; verumtamen aequius esse putarunt vsucapionis medio

f) *L. 9. D. pro Legat.*

g) *Commentar. ad L. Iul. & Pap. Poppaeam. Lib. III. C. 6. §. 3. p. 411.*

h) in diss. *Verum detur, & quid sit pro hered. vsucap.* in *Collectan. p. 404.*

i) *L. 4. pr. D. pro legat.*

k) *in Fragment. Tit. XXIV. §. 27.*

l) add. *L. 16. D. de Vulg. & pupill. substitut.* & *Arn.* VINNII *Comment. ad §. 1. J. de ademtion. legator.*

medio rem, continuata per legitimum tempus possessione, legatarium consequi. Neque hanc disputationem sustulit SCtum Neronianum, quo, narrante VLPIANO m), cautum est: *vt quod minus pactis verbis legatum, perinde sit, ac si optimo iure legatum esset*, alias enim vsucapionis adminiculo vix opus fuisset. Nam etsi hac lege, recte monente SCHVLTINGIO n), formularum in legatis relinquendis sublata non sit solennitas; tamen rigor in iis obseruandis emollitus est, legataque, non rite conceptis verbis relicta, quasi per damnationem data, valuerunt; nam *optimum ius legati*, interprete VLPIANO o), *per damnationem est.* Iam si in hoc casu dubium esset, magis etiam in altero fuit, cum legata res, a legatario possessa, codicillis, vel testamento, iterum esset ademta: quippe repetendi potestas, e suprema testatoris voluntate, heredi competere videbatur, quapropter etiam putauit VOETIVS p) eiusmodi legata, tamquam indebite soluta, condictione repeti potuisse, notatus ideo a *Io.* IENSIO q). Verum si legatarius annum aut biennium possederat rem legatam, post alterutrum heres excidebat suo iure, & legatarius rem vsucapiebat, iusta enim, PAVLVS ait r), suberat causa, quae sufficiebat ad vsucapionem, praesertim in eum finem inuentam. Legatarius, e defuncti voluntate priori, postulauerat legatum, acceperat, &, ignorans ademtionem, bona fide possederat; heres igitur, interrumpere spatium temporis negligens, sibi habeat, cum eo finito, pro legato, rem, a testatore iterum ademtam, vsucapiat legatarius. Hoc caput ex meo iudicio aequitatem redolet omnino.

Transeamus ad *tertium* exemplum, mutuatum e CAII *Lib. XII. ad L. Papiam Poppaeam*, ac ad Imperatorum tempora referendum est, quum legis caducariae occasione disputa-

m) *Fragment. Tit. XXIV. §. 11.*
n) *in not. ad d. l. Vlpian.*
o) *citat. loc.* in fin.
p) *Commentar. ad Pand. tit. pro legat.* §. 1.
q) *In Strictur. ad Iur. Pandect. pag.* 437.
r) *L. 4. pr. D. pro legato.*

ſputatum eſſe videatur. Verba CAII [s]) haec ſunt: *Si eo herede inſtituto, qui vel nihil vel non totum capere poteſt, ſeruo hereditario legatum fuerit, tractantibus nobis de capacitate, videndum eſt, vtrum heredis, an defuncti perſona, an neutrius ſpectari debeat. Et poſt multas varietates placet, vt, quia nullus eſt dominus, in cuius perſona de capacitate quaeri poſſit, ſine vllo impedimento acquiratur legatum hereditati, atque ob id omnimodo ad eum pertineat, quicunque poſtea heres extiterit, ſecundum quod accipere poteſt; reliqua autem pars ad eos, qui iure vocantur, venit.* Conſtat autem, caducum fuiſſe, e Papiae legis ſanctione, populo vindicatum, ſi caelibi, vel alii incapaci plus, quam lege licebat, relictum eſſet. Quodſi ſeruo incapacis legatum adſcriptum, procul dubio, perſona domini conſiderata, caducum fiebat, ſi dominus incapax erat; quemadmodum, communi ſeruo inſtituto, alterius domini incapacis portio cedebat fiſco, recte monente HEINECCIO [t]). Verum ea, quam propoſuit relatis in verbis CAIVS, ſpecies difficilior eſt, & ni fallor, ita formanda: a Sempronio legatum erat ſeruo defuncti Titii relictum, qui, quoniam deficientis domini hereditas nondum adita, ſed iacens adhuc erat, hereditarius nominatus eſt: Titii vero heres inſtitutus, vel in totum, vel in tantum, incapax erat, h. e. vel plane nihil, vel totam ſaltim non capere poterat hereditatem. Iam quaerebatur: legatumne, ſeruo hereditario Titii relictum, praeſtandum ſit, an inter caduca referendum? Nullum dubium ſuboriebatur, an ſeruus hereditarius poſſet inſtitui, id enim expeditum erat, atque CAIVS alio loco [u]): *Hereditarium ſeruum*, ait, *ante aditam hereditatem ideo placuit heredem inſtitui poſſe, quia creditum eſt, hereditatem dominam eſſe, defuncti locum obtinere;* quod ſine dubio auctoritate ICtorum, & commentitio iure obtinuit. At hic quaerebatur: cuius perſona attendenda eſſet, defuncti, an inſtituti heredis? Alii defuncti perſonam inſpiciendam, indeque aeſtimandum eſſe, lega-

s) *L. 55. §. 1. D. de legat. II.*
t) Commentar. *ad L. Iul. & P. Poppeam Lib. III. C. 6. §. 3. p. 411.*
u) *L. 31. D. de hered. inſtituend.*

legatum an ſit caducum, an ſecus, putabant; his forte moti rationibus, quod hereditas defuncti locum obtinere diceretur, atque non tam ipſi ſeruo, quam domino Titio, legatum relictum eſſe videretur: proinde, ſi defunctus capax fuiſſet, hereditati inferendum eſſe legatum, ſin ſecus, fiſco illud cedere, concludebant. E contrario, heredis, in teſtamento Titii renunciati, perſonam conſiderandam eſſe, ſuadebant alii; nec, vt putabant, ſine ratione: nimirum quoniam inſtitutus proximum ius occupandi hereditatem iacentem haberet, ad eumque legatum, ſeruo hereditario relictum, cum ipſo ſeruo aliquando rediret; ad heredis perſonam, quoniam legato frui poſſet, ſpectandam eſſe exiſtimabant. Verum vtrique ſententiae varia obſiſtebant; Etenim CAIVS recte dixit, nullum adeſſe dominum ſerui, de cuius capacitate poſſet quaeri, ſimulque negauit ad defuncti perſonam poſſe reſpici: hereditas domina eſſe credita quidem eſt, at de ea capacitatem praedicari non poſſe, cuiuis patet. Quod ad alteram ſpectat ſententiam, inſtitutus heres pro domino ſerui haberi non poterat, propterea, quod incapacitate ſua ab aditione adhuc dum erat excluſus, & ipſius iuri occupandi, incapacitas, vel abſoluta, vel reſpectiua, officiebat. Obtinuit ergo, quae, neque defuncti, neque heredis perſonam eſſe ſpectandam, ſuadebat, opinio, ſed, ſeruo hereditario relictum legatum acquiri hereditati, qua cum ſimul ad eum tandem tranſiret, qui illam perciperet, ſuſtinebat. Haec autem caute in vltimis verbis: *atque ob id* etc. expreſſit CAIVS: in quibus illa: *ſecundum quod accipere poteſt*, me iudice, de reſpectiua incapacitate ſunt intelligenda, ſiue tali, quae vel remoueri poteſt, vel tantum impedit modo, quominus totam hereditatem capiat inſtitutus: quod ſi poſterius eſt, reliqua pars ad eos, qui iure vocantur venit, ſiue fiſcus, ſiue alii ſint.

Quartum exemplum nobis ſubminiſtrat VLPIANVS x), cuius fragmentum propterea huc refero, quod ſupra (§. 3.) affirmaui, interdum ea ad diſputationem fori referenda videri, de quibus ICti, dubitatum aut quaeſtionis fuiſſe, & tandem

x) *L. 24. de acquirend. vel omittend. hered.*

dem obtinuisse, profiteantur. VLPIANI e *Libro VII. ad Sabinum* verba, ita sonant. *Fuit quaestionis, an pro herede gerere videatur, qui pretium hereditatis omittendae causa accepit? Et obtinuit, hunc pro herede quidem non gerere, qui ideo accepit, ne heres sit: in edictum tamen Praetoris incidere. Siue igitur a substituto [non] heres accepit, siue a legitimo, mortis causa accepisse videtur.* In vulgata deest negatio in verbis: *a substituto non heres*, quam BAVDOZA, notante IAVCHIO y), secutus est; virgulis || || negationem incluserat RVSSARDVS, vti in *Charondina* adhuc apparet, vnde in reliquis nunc, vt exhibui, ita legitur, quamquam in *Taurelliana* etiam sint, & in Florentino codice, obseruante IAVCHIO z). Nostro vero fragmento, monente LABITTO a), duo alia coassanda sunt, ex eodem ICti libro desumta b), quorum verba infra descripta legis; cui tertium c) addidit *Lud.* CHARONDAS d), quod fecit etiam *Iac.* GOTHOFREDVS e). Disputatum vero occasione Praetoris edicti, si quis omissa causa testamenti &c. tunc, cum pecunia, siue a substituto, siue a legitimo, accepta, institutus heres, in fraudem legatariorum aliorumque, hereditatem omisisset; disputatum, inquam, an talis pro herede se gesserit. Videbatur id omnino fuisse, cum

y) *De Negationib. Pandectar. Cap. VIII. §. 28. p. 147.*
z) *loc. laudat. p. 155.*
a) *Vs. Indic. Pandectar. §. 37.*
b) Scilicet *L. 2. D. Si quis omiss. caus. testam.* & *L. 8. D. de Mortis caus. donation.* Prioris verba haec sunt: *Licet pro herede gerere non videatur, qui pretio accepto praetermisit hereditatem: tamen dandam in eum actionem exemplo eius, qui omissa caussa testamenti ab intestato possidet hereditatem, D. Hadrianus rescripsit. Proinde legatariis & fideicommissariis tenebitur.* Alterius sequentia: *Qui pretio accepto hereditatem praetermisit, siue ad substitutum peruentura sit hereditas, siue ab eo ab intestato successurus, mortis causa capere videtur. Nam quidquid propter alicuius mortem obuenit, mortis causa capitur, quam sententiam & Iulianus probat.*
c) *L. 6. D. de R. I.*
d) *Not. marginal. ad L. 24. D. de acqu. vel omit. hared.*
e) *Commentar. ad Tit. de Reg. Iur. ad cit. L. 6.*

cum ius suum quasi vendidisset. Attamen obtinuit, accepta pecunia hereditatem omittentem pro herede se non gerere, nam vt, in tertio loco *f*), inquit ICtus, *non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem.* Indene vero quicquam pependit, heres fit, nec ne? permultum sane, pretium enim, hereditatis omittendae causa acceptum, si velut heres accepit, & eiusdem qualitatem habet, ad onera hereditaria sustinenda & creditorum satisfactionem obligatus est: quod, cum secus esse videtur, cessat. Quo vero, pecuniam acceptam, possidet iure? respondet VLPIANVS in nostra lege: *illum mortis causa cepisse pecuniam videri:* altero in loco *g*) addens rationem, *nam, quidquid propter alicuius mortem obuenit, mortis causa capitur;* quod etiam confirmat CAIVS *h*). Quamquam autem talis pro herede se non gesserit, multo minus fit heres; obtinuit tamen simul, vt in nostra lege adhuc dicitur, eum *in Edictum Praetoris incidere:* Scilicet incidit in Edictum: si quis omissa causa testamenti ab intestato hereditatem adierit, quo Praetor voluntates defunctorum tuetur, & calliditati obviam iuit eos circumuenientium, quibus quid e iudicio defuncti deberi potuit *i*). Haec autem: *incidit in edictum,* explicat optime VLPIANVS *k*), *dandam esse*, inquiens, *in eum actionem, exemplo eius, qui omissa testamenti causa ab intestato possidet hereditatem:* igitur danda est in talem actio, a Praetore promissa, qua conueniebant omittentem, qui e testamenti tabulis sperare potuissent quicquam, quosve sua omissione fraudare voluerat, concluditque ideo ICtus: *proinde legatariis & Fideicommissariis tenebitur.* Atque haec, disputatione fori inducta, opinio, confirmata quoque, siue agnita ab Imperatore HADRIANO, cuius rescriptum memorauit ICtus. In foro vero hac de re disputatum esse patet exinde quoniam frequentes, de callitidatibus institutorum honoratos fraudandi, obueniebant querimo-niae,

f) *L. 6. D. de R. I.*
g) *L. 8. de Mort. caus. donat.*
h) *L. 31. pr. D. eod.*
i) *L. 1. pr. D. Si quis omis. caus. testam.*
k) *L. 2. D. eod.*

niae; incertum tamen esset, num vbique Praetoris edictum posset applicari.

Ne porro nobis exemplum, interpretatae per res similiter iudicatas legis, deficiat, *quinto loco* adponam id, quod VLPIANO l) debemus, cuius haec sunt verba: *Eodem autem tecto, qualiter accipiatur videamus: vtrum intra eosdem parietes, an & vltra, intra eandem diaetam, vel cubiculum, vel eandem domum, vel eosdem hortos vel totam villam? & ait Sextus, sic esse saepe iudicatum, vt quicunque eo loci fuerint, vnde vocem exaudire potuerunt, hi puniantur, quasi sub eodem tecto fuerint, licet alii validioris vocis, alii exiguioris [sunt] nec omnes vndique exaudiri possunt.* Ad SCtum Silanianum, sub AVGVSTO conditum, veterem morem de familia, occiso domino, quaestionem habendi, repetens & subrogans m), haec verba pertinent: in ipsa sanctione satis non erat terminatum, qui sint serui, qui *sub eodem tecto* cum domino fuerant, & de quibus adeo sumenda esset quaestio. Ne igitur praeter necessitatem omnes equuleo subiicerentur, rerum similium iudicatarum auctoritate obtinuit, vt ii torquerentur, qui eo loci fuerint, vnde domini potuissent exaudire vocem; igitur sub eodem tecto interpretati sunt ita, vt certus locus non subintelligatur, sed quicunque, vbi domini vox audiri potuisset, auxilium postulantis, ad cuius praestationem obligati erant serui. Tectum igitur in latiori sensu intelligitur hic, quod vidit etiam *Io.* WVNDERLICH n), & ita lenire voluerunt paene crudelem legis sanctionem, ipsius ratione tamen haud neglecta, sed

l) *L. 1. §. 27. D. de SCt. Silanian.*

m) TACITVS *Annal. Lib. XIV. cap. 42.* quaestionem de seruis in necem domini, *veterem morem* nominat, & LIPSIVS *ad d. l. Tacit.*, aliique docti Viri, epistolam SERVII SVLPICII ad CICERONEM, in HVIVS *epist. ad Div. Lib. IV. ep. 12.* huc, ob verba: *Ego tamen ad tabernaculum* (M. Marcelli a P Magio interfecti) *perrexi. Inueni duos libertos & pauculos seruos, reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset:* referre solent.

n) *De Vsu Inscription. roman. veter. maxime sepulchral. in iur. Obseruat. II. §. 15.*

obseruata potius, in eo consistente, partim vt serui cum dominorum interfectoribus coire deterreantur, partim vt, vitae suae periculo, dominum defendant. Atque, ipso fatente VLPIANO o), explicationem ratihabuit etiam HADRIANVS A. &, pro sua humanitate erga seruos, de qua alia documenta prostant p), eam admisit.

Sed haec sufficiant exempla, supersunt certo adhuc alia, quae tamen, pariter atque capita iuris e decretis nata, colligere & exponere iam non vacat. Addam igitur illa quae *Gerb.* NOODT e disputatione descendisse, putauit. Primum inuenio, Illum existimare q), e disputatione, fori interpretationem verbi RVPERIT in capite III. L. Aquiliae, venisse: scripsit VLPIANVS: *inquit lex Ruperit. Rupisse verbum fere omnes Veteres sic intellexerunt, corruperit* r). Sed licet acutissimo Viro, Veteres in disputatione, si de iure ambigeretur, cum rerum caussas, tum verborum originem, vsum, ac potestatem inquisiuisse ac definiisse, concedam; tamen, quoniam ICtus simpliciter tantum ad Veteres prouocat, vero propius esse videtur, eum interpretes veteres, atque Prudentes, mediae iurisprudentiae, si GALVANVM s) sequimur, auctores, intelligere voluisse, qui consultatoribus respondentes, quorum iniuria alterius res erant corruptae, legis verbum extensiue explicarunt: quae interpretatio postea recepta. Sic etiam CAIVS t), aliique, ad Veteres prouocantes, ad antiquiorum interpretationes haud dubie respexerunt. His ex causis, exemplum admittere haesito, licet concedam, interpretationem vsu iudiciorum firmatam esse. Alterum melius esse videtur, quando

o) *L. 1. §. 28. D. de SCt. Silanian.*
p) Vid. *L. 2. de his qui sunt sui vel alien. iur.* SPARTIAN in *Hadrian. cap. XVIII.* Cf. *Renat.* BOTTEREAV *Hadrian. legislator. ad A. V. 876.*
q) *ad L. Aquil. cap. XV.* secutus eum est G. SCHLEVOGT *de disput. for.* in collect. *de Sect. ICtor. pag. 436.*
r) *L. 27. §. 13. D. ad L. Aquil.*
s) *De Vsufruct. Cap. XXXI. n. 9.*
t) *L. 32. D. de hered. instituend.*

quando putat *u*), obtinuisse fori disputatione, in pactis adiectis contra receptam formam initis, ceteroquin vero nec iniustis, nec bonis moribus aduersantibus, interpretandis, aut, inter partes ortis de talibus, controuersiis decidendis, spectasse iudices magis ad rem gestam, quam ad verba formulasque, & eiusmodi pacta valuisse, ciuileque modo negotium immutatum, & incerti saepe agendum fuisse ciuili intentione, vt NERATIVS *x*) ait, vbi quidem stricto iure nihil actum fuisset, aut partes certum contractum nominetenus conficere voluissent. Haec quidem a ICtorum ingenio, vsuque iudiciorum non penitus abhorrent, sed, vtrum in quocunque casu id obtinuerit, in quacunque specie controuersa tale principium obseruatum, similiterque sit applicatum, vehementer equidem dubito: Supersunt nimia, quae me confirmant, ICtorum fragmenta, & ex solitarii iudicati indole, numquam regulam facere possumus. Quod, ne mihi quidem opus est, assidue probare, ipse NOODTIVS confitetur, huius generis iudicata in exemplum haud trahenda fuisse, & CELSVM *y*) in precario contrarium adfirmasse monstrat. *Sunt enim*, pergit, *fori disputatione, vno in casu Veteribus recepta, quae non statim sunt porrecta ad alios, vtcunque similes, non quod aequitas probiberet extensionem, sed quod vsus fori non admitteret.* Verum, pace manium tanti Viri dixerim, haec ratio prorsus ipsi contraria, nam, in exempla nisi trahenda sunt iudicata, e disputatione iudicum facta, nisi perpetuo similiter applicata, vnde principia, eorum tenorem constituentia, disputatione fori obtinere, dici possunt? Tandem NOODTIVS *z*) occasione SCti Iuuentiani, ab VLPIANO seruati, disputatione fori hereditatis petitionem, mixtam esse actionem factam, statuit, nullo argumento addito.

Denique subiungo e BRVNQVELLO *a*) duo fragmenta, quasi disputationis fori exempla, ab Eo laudata;

 pri-

u) *De Pactis & Transaction. Cap. XIX.*
x) *L. 6. D. de praescript. verb.*
y) *L. 12. D. de precario.*
z) *Commentar. ad tit. D. hered. petit.* init.
a) *Histor. Iur. R. P. I. C. 4. §. 5.*

primum VLPIANI *b*) e *Lib. XI. Disputat.* Ratio quare huc traxerit verba, sine dubio in extremis, *& ego dixi in auditorio, illam solam dotalem esse*, latet. Verum haec tanti non sunt, vt, sententiam Vlpianeam perpetuo deinde obtinuisse, similiterque postea semper esse iudicatum, dicamus, siquidem ne ipse quidem, an haec sua sententia admissa esset, notauerit. Igitur exemplum quidem altercationis in foro sistit, quod & PERENONIVS admisit *c*), verum non capitis iuris, disputatione inuecti. Neque etiam inscriptio, qua docente e Disputationum libro sumtum, me mouet, supra (§. 6.) perperam doctos Viros putare, in huiuscemodi libris fori disputationis specimina collecta esse, statuentem. Alterum est ARCADII AVRELII CHARISII *d*), in haec verba scribentis: *Mixta munera decaprotiae, & icosaprotiae, vt Herennius Modestinus & notando, & disputando, bene & optima ratione, decreuit:* Hoc admittendum esse censeo, & exemplum est extremi fere temporis, quemadmodum & auctorem laudantis, cuius opinio similibus decretis obtinuisse videtur. Dubitabatur quale munus Decaproti & Icosaproti gererent, quorum priores *C. A.* DVCKER *e*) cum Decemprimis eosdem esse putat, vtrique vero tributa exigunt: & mixtum munus esse obtinuit, hoc est tale quod & personale & patrimonii simul est. Ex HERMOGENIANI *f*) doctrina autem, *personale munus est, quod corporibus, labore, cum sollicitudine animi ac vigilantia solenniter*

b) *L. 78. §. 4. D. de iur. dot. Quod si marito fuerit adiudicatus*, (sc. fundus dotalis huc vsque communis, post prouocationem ad diuisionem) *pars vtique data in dotem dotalis manebit, diuortio autem facto sequetur restitutionem, propter quam ad maritum peruenit, etiam altera portio. — — Sed an constante matrimonio non sola pars dotalis, quae data fuit in dotem, sed etiam altera portio, videamus. Iulianus de parte tantum dotali loquitur; & ego dixi in auditorio, illam solam dotalem esse.*

c) *Animaduers. L. II. cap. 11.*

d) *L. 28. §. 26. D. de munerib. & honor.* (in Brunq. male alleg. §. 16.)

e) *In not. ad Opuscul. de Latinit. Veter. ICtor. p. 405.*

f) *L. 1. §. 3. D. de Munerib. & honor.*

ter extitit: patrimonii vero, in quo ſumtus maxime poſtulantur. Ergo vbi concurrit vtrumque, recte poteſt munus appellari mixtum, quod attendiſſe ne videtur quidem HERMOGENIANVS, ſimpliciter munera ciuilia in perſonalia & patrimonia diuidens g). Praeeunte vero MODESTINO, noſter ICtus CHARISIVS tertiam ſpeciem ſiſtit, mixta munera continentem, & Decaprotiam & Icoſaprotiam ad illa pertinere, hac ratione monſtrat: *nam Decaproti & Icoſaproti tributa exigentes, & corporale miniſterium gerunt & pro omnibus defunctorum fiſcalia detrimenta reſarciunt: vt & merito inter mixta hoc munus numerari debeat.*

TANTVM.

g) *L. 1. pr. D. eod.*



VIII.

IVSTI LIPSII EPISTOLA DE RECITATIONE APVD VETERES;

SCRIPTA

AD OTHONEM HARTIVM,

IN SVPREMA MECHLINIENSI CVRIA SENATOREM.

Suaue nuper fuit, mi HARTI, fermonibus veftris, fed & epulis pafci: cur negem? & hilaris illa ac libera per Liberi pocilla diffufio, eft vegetandae & recreandae noftrae menti. Scis quam adfidue in triftibus aut feriis curis fimus, fcis quam faepe in languore & caliginofa illa bile: age, vel ex SENECAE praecepto, non folum confilio, potiuncula interponatur, *non tamen vt mergat nos, fed vt curas deprimat:* quia & Cato ipfe.

Explicuit vino contractae feria frontis.

Sed in fermonibus, fedulo tunc agitatum de *Recitatione Veterum:* quam ego laudatum ibam, & pro meo voto reuocatum. Certe fi quis mos hodie vtilis in hac copia fcribentium aut fcripturientium; ille fit, vel fiftendis quibusdam ingeniis, vel dirigendis. O quam optabile, eruditorum & beniuolentium, id eft, veftris fimilium, iudiciis fenfibusque, fcripta & publicanda recenfere! quod Recitatio illa dabat, licebatque per eam

Egregio infperfos abftergere corpore naeuos.

Vt

*) *In Centuria II. ad Belgas XLVIII.*

Vt videas, cuiusmodi olim fuerit, distincte dicam: & nota ea, non dubito, quin in partes & vota mea cum OVDARTO nostro ibis.

Vetus ea Romae, saltem inter Poëtas: quod vnum aut praecipuum tunc genus scriptorum: & reperio apud VALERIVM, *Collegium Poëtarum* iam libera Republicca fuisse: quid nisi vt recitarent inter se, iudicarentur & iudicarent? Et mansit etiam postea *Schola poëtarum:* quam MARTIALIS nominat bis, ter, & agnoscit. OVIDIVS hoc amplius, etiam diem fuisse quo conuiuia annua agitarent, ipsis Liberalibus: & dolet ac queritur exsuli sibi hoc solatii ereptum. Scio nos in Batauis olim vsurpasse; & cum delectatione, dico & fructu, vsurpasse. Ab hoc exemplo, nisi fallor, propagata ad alios scriptores Recitatio; siue etiam a Graecis, quos causas & testimonia habeo, quibus inducor habuisse. Sed vndeunde origo, duplex tamen Recitatio: Priuata, & Publica. Dico illam quae domi & inter amicos tantum notesque vsurpata: istam, quae publice, inter plures, & ignotis etiam aduocatis. Haec plus speciei aut ambitionis habuit: illa prior plus fructus, & haec est, quam mihi votum vsurpari. Fecit HORATIVS: qui de sese,

Nec recito cuiquam, nisi amicis.

Fecit & AVGVSTVS, de quo SVETONIVS: *Nonnulla* (e scriptis suis) *in coetu familiarium, velut in auditoria, recitauit.* Sed auditoria igitur Publicae recitationi erant, cui primus auctor Asinius Pollio, sub AVGVSTO, cum ingenia scilicet florerent, & se efferrent, ac passim proferrent varios & suaues illos fructus. Is (vt SENECAE patris verba sunt) PRIMVS *omnium Romanorum, aduocatis hominibus, scripta sua recitauit:* nota aduocari homines, nam ita solebat: atque ii voce, codicillis, libellis inuitabantur. De voce, ridet ambitionem istam EPICTETVS Arriani, & verba quoque exprimit: Ἀκȣσόν μȣ σήμερον διαλεγομένȣ ἐν τῇ οἰκίᾳ τȣ̃ Κοδράτȣ: *Audi, sodes, me hodie differentem, in domo Quadrati.* Atque hoc quidem

 apud

apud familiares & obuios fiebat; alii monebantur per scripta. PLINIVS in *Epistolis: Nunc otiosissimus quisque, multo ante rogatus, & identidem admonitus, aut non venit; aut si venit, quaeritur se diem, quia non perdiderit, perdidisse.* Et clarius alibi: *Hunc librum, cum amicis recitare voluissem, non per Codicillos, non per Libellos, sed si commodum & valde vacaret admoniti, foedissimis insuper tempestatibus, per biduum, conuenerunt.* Distinguit autem inibi Codicillos a libellis: quia illi mitti ad amicos aut notos solent, vicem epistolae, isti, sparsim & in publico proponi. TACITVS, siue FABIVS, *Dialogo de Caussis corruptae eloquentiae: Bassus cum toto anno vnum librum extudit & elucubrauit, rogare vltro & ambire cogitur, vt sint qui dignentur audire: & nec id quidem gratis, nam & domum mutuatur, & subsellia conducit, & libellos dispergit.* Id fiebat, die edicto. IVVENALIS:

> *— — Laetam fecit cum Statius vrbem,*
> *Promisitque diem.*

Vides breuiter totam scaenam ambitionis: quam fatendum est, largiter rei initio optimae superuenisse. Itaque inuitabant audituros; sed & inducebant & alliciebant, principiis operum publicatis, velut ad gustum. PLINII verbis dici hoc videtur *Libro* II. *Epist. Nec alia ex causa principia librorum circumferuntur, quam quia existimatur pars aliqua, etiam sine caeteris, esse perfecta.* Domum etiam, vt dixit FABIVS mutuabantur, nempe teuiores, & quibus a se laxa & magna atria non erant. Nam in iis scilicet recitabant. IVVENALIS:

> *Frontonis platani conuulsaque marmora clamant.*
> *Semper & assiduo ruptae lectore columnae.*

Platanones iuxta atria, & in istis columnae: quas *rumpi* dicit a recitante, ob vim pronunciantis, vel plausum strepitumque auditorum. Ita idem de STATIO, placente:

> *— — fregit subsellia versu.*

&

& SIDONIVS de quodam: *Hunc olim perorantem & rhetorica ſedilia plauſibili oratione frangentem.* Potes & ad diuturnitatem referre, & homines, imo columnas, audiendo fatigatos & fractos. Sed de domo, idem IVVENALIS alibi:

– – at ſi dulcedine famae
Succenſus recites, Maculonus commodat aedes,
Ac longe ferrata domus ſeruire iubetur,
In qua ſollicitas imitatur ianua portas.

Vbi etiam ſatyrice ridet & naſo agit excubias, diſpoſitas ad portam, quaſi in bello, qui admittant venientes aut excludant. Addit autem FABIVS, *& ſubſellia conduci*, nimirum quae in atrio diſponerentur ſeſſui, ordine, ac theatrico exemplo. IVVENALIS iterum:

Nemo dabit, regum, quanti ſubſellia conſtant,
Et quae conducto pendent anabathra tigillo,
Quaeque reportandis poſita eſt orcheſtra cathedris.

Tria oſtendit in his Auditoriis fuiſſe, ſubſellia, Anabathra, Orcheſtram. Subſellia, in medio ac planicie atque, ita vt dicam, aequore atrii: Anabathra ad latera, quae adſurgerent gradatim & per ſcalas, theatrali more: denique Orcheſtra, e cathedris, quae ante ipſum Suggeſtum poſita recitantis. De Anabathris, quae ſic in orbem, aliquid innuere & iuuare DIOGENES LAËRTIVS videtur in *Menedemo*, quem dicit fuiſſe: ἐκκλίτυν, καὶ τὰ τῆς χολῆς ἀδιάφορον· ὅτε γὖν, inquit, τάξιν τινὰ τὶν παρ' αὐτῷ βλέπειν, ὅτε βάθρα κύκλῳ διέκειντο, ἀλλ' ὃ ἂν ἕκαςος ἔτυχε περιπατῶν ἢ καθήμενος, ἤκȣε καὶ αὐτȣ̃ τȣ̃τον τὸν τρόπον διακειμένȣ. *ſimplici negligentia, & eorum quae ad Scholam pertinerent indifferentem. Neque enim erat ordinem aliquem apud eum videre, neque ſedilia aut gradus in orbem diſpoſiti erant: ſed vbi quiſque ambulans aut ſedens forte erat, ibi & eum ſic affectum audiebat.* Sed & SVETONIVS in *Claudio*, *quem refrigeratum dicit, cum initio Recitationis, compluribus ſubſelliis obeſitate cuiuſdam defractis, riſus exortus eſſet.* Si plura ſub-

ſubſellia ab vno defracta; nonne conſequens eſt, exſtructa alia ſuper alia fuiſſe? Et plane ita decorum aptumque ad audiendum: & cur non vel in Scholis publicis hodie imitantur? Sicut & illa parua Orcheſtra in theatris fuit: in qua, primore ſcilicet parte, honeſtiores ſederent & velut Senatores. Aperte etiam ARRIANVS in hos ambitioſos recitatores *τοῦτο ἵνα γένηται, δεῖ τεθῆναι χίλια βάθρα, καὶ παρακληθῆναι τοὺς ἀκουσομένους, καὶ σὲ ἐν κομψῷ στολίῳ ἢ τριβωνίῳ ἀναβάντα ἐπὶ πούλβινον, διαγράφειν πῶς ἀχιλλεὺς ἀπέθανε· Haec vt fiant, oportet collocare mille ſubſellia, & vocare audituros, & te ipſum in nitida togula aut palliolo puluinum conſcendere, & deſcribere morientem Achillem.* Qui praeter Anabathra ſiue gradus, hominem deſcribit recitaturum,

— — pexumque, togaque recenti,

vt PERSIVS, & *aſcendentem in Puluinum*, ſiue vt idem Poëta,

— — ſede legentem Celſa.

in qua tamen Puluinus, molliori ſeſſui. In *Orcheſtra* eum ſediſſe, Scholiaſtes vetus, ad IVVENALIS hunc locum ſcribit: *Orcheſtra*, inquit, *ſpatium in theatro dicitur, quod Pantomimo ſaltanti vacat, eiuſmodi autem & Poëta eligit, in quo ſtans recitet ante tabulata.* Ita haec emendamus, etſi non approbamus, & ſedit profecto, non ſtetit Poëta, atque adeo, vt diximus, in Puluino. IVVENALIS autem mentem arbitror, Subſellia, Anabathra, & in fronte ante ipſum recitatorem *Orcheſtram* fuiſſe, plane vt in theatris, vbi inferiore & primore illa parte, primores & Senatores ſedebant. Itaque hic cathedrae aliquae diſpoſitae honeſtioribus, extra auditorium plebem. PLINIVS de ſe recitaturo: *Poſitis ante lectos cathedris amicos collocaui.* MARTIALIS vniuerſe:

— — circum pulpita noſtra
Et ſteriles cathedras baſia ſola crepant.

In

In nostris auditoriis poëtarum, nihil serium, aut ad quaestum; amores, & basia tantum. *Reportandas* autem *cathedras* eas Satyricus dixit: vel quia vsurariae, vel quia conductae: vel denique a suis locis huc collatae. Atque igitur in Domibus recitatio: fuit etiam in publico loco. Quo? Apollinis templum alii volunt, ex HORATIO:

– – haec ego ludo

Quae nec in aede sonent resonantia, iudice Tarpa.

vbi Apollinis Palatini aedem Scholia etiam vetera interpretantur, sicut & hoc eius loco.

– – & vacuam Romanis vatibus aedem.

Nec refellam: etsi de Athenaeo, magis mihi liquet. Imo & Horatianus quidam Scholiastes: *In aede, in Athenaeo* interpretatur. Haereo tantum & quaero, an Athenaeum siue Mineruium illud sit Romae antiquum. Postea tamen fuit, & huic vsui frequens. CAPITOLINVS in *Pertinace: Processionem, quam ad Athenaeum destinauerat, vt audiret Poëtam, distulit.* LAMPRIDIVS in *Alexandro: ad Athenaeum, audiendorum Graecorum & Latinorum rhetorum vel Poëtarum causa, frequenter processit.* Ac noto etiam ibi theatricam illam posituram graduum fuisse. Ita enim SIDONIVS *Athenaei cuneos dixit.* & alibi: *Quo recitante crepitantis Athenaei subsellia cuneata quaterentur.* Nota *cuneata*, nota & *quassa*, a plausu & strepitu, vt dixi. Nam hunc mire captabant. Adsurgebant, igitur, clamabant, plaudebant. De primo, MARTIALIS:

Saepius adsurgam recitanti carmina? tu stas,

Et pariter geminas tendis in astra manus.

Quod est hominum scilicet admirantium, & nec sede sua se tenentium. De clamoribus autem, & qui fuerint, idem Poëta:

Effoete, grauiter, cito, nequiter, euge, beate.

&

& saepissime, *καλῶς, σοφῶς.* De plausu autem, passim. Sed pulchrum, quod conducerent etiam id genus operas, aut iam ante praepararent IVVENALIS:

Scit dare libertos extrema in parte sedentes
Ordinis, & magnas comitum disponere voces.

Nempe isti *Sophos* illud acclamabant, & modulate laudabant, sportulis inuitati & caenis. Saepe MARTIALIS tangit, & PLINIVS *iunior:* qui etiam *Sophocles* & *Laudicaenos* facete appellat. Addit autem, quod rideant vel seueri: *Heri,* inquit, *duo nomenclatores mei,* habent sane aetatem eorum, qui nuper togas sumpserunt *ternis denariis ad laudandum trahebantur, tanti constat, vt sis disertissimus. Hoc pretio quamlibet numerosa subsellia complentur, hoc ingens corona colligitur, hoc infiniti clamores commouentur, cum μεσόχορος dedit signum. Opus est enim signo apud non intelligentes.* Lepide, & vel exscribens rideo. Sed de *Mesochoris* & *Signo,* SCHOLIASTES *Iuuenalis* illustrat. *in Sat. XI.* ad verba *Testarum crepitus. Testis nam antea,* inquit, *percutiebant saltantibus Pantomimis, quidam huc non erat, vt mesochori percuterent manus.* Legendum: *quia adhuc non erat vt mesochori.* Ergo nouitium hoc inuentum, vt ille in medio quasi laudantium & cantantium choro consisteret, & manu percussa signum daret concinendi. Haec igitur Publica Recitatio & saepe vitiosa: in qua laudes, non iudicia captabant. Sed vtebantur etiam vulgo. Vt OVIDIVS ille:

Carmina cum primum populo iuuenialia legi.

Vt Silius, de quo PLINIVS: *Nonnumquam iudicia hominum Recitationibus experiebatur.* Ipse DOMITIANVS Princeps, cum studium Poëtices adsimilaret, *recitauit etiam publice,* vt SVETONIVS scripsit. Sed & CLAVDIVS Imperator, *Historiam in adolescentia, hortante T. Liuio, scribere aggressus, frequenti auditorio commisit.* Quid, quod Principes ipsi audirent? magnus studiorum honos, aut calcar. AVGVSTVS certe (in SVETONIO) *Recitantes & benigne & patienter audiuit, nec Carmina*

mina & Historias, sed & Orationes & Dialogos. Legi alibi, & CLAVDIVM Imperatorem vel inopinato recitantibus quibusdam superuenisse. An non studia atque ingenia tali auditorio excitarentur? Sed ex SVETONII illa de AVGVSTO nota, apparet raro Orationes legi solere; plurimum Carmina Historiasque. Quod etiam PLINIVS ostendit, & damnat, *Epist. XVII. Lib. VII.* Poemata autem, ob suauitatem, recitata, & audita creberrime. Idque Iulio mense maxime vel Augusto. PLINIVS: *Julio mense, quo lites maxime interquiescunt, positis ante lectos cathedris, amicos collocaui.* Et addit, se versus suos recitasse. IVVENALIS autem quasi ex more notat.

Augusto recitantes mense poëtas,

At PLINIVS iterum *Aprilem*, vt solemnem, ingerit *Lib. II. Epist. Magnum prouentum poetarum hic annus attulit, toto mense Aprili nullus fere dies, quo non aliquis recitaret.* An quia praeuenerunt, & graue iis exspectare Iulium vel Augustum? an toto anno licebat, & solebat? Haec recitatio, & vsus eius vel abusus. Sed vsus in bona ea profecto magnus fuit: ac vere THEOPHRASTVS, *Αἱ ἀναγνώσεις ποιοῦσιν ἐπανορθώσεις. Recitationes pariunt emendationes:* quod scitum & breue dictum, LAERTIVS ei adscribit. Optima autem ratio, quam PLINIVS se vsitatum esse refert, *Lib. VII. Nullum,* inquit, *emendandi genus omitto. ac primum quae scripsi, mecum ipse pertracto, deinde duobus aut tribus lego; mox aliis trado adnotanda, notasque eorum, si dubito, cum vno rursus aut altero pensito: nouissime pluribus recito.* Macte PLINI! hi gradus ad limam sunt, hi ad vitam: atque vtinam nobis facultas (voluntas esset) imitari! Sed claudo hoc totum de Recitatione, recitatiunculis siue fabellis. SENECA narrat comiter de quodam: *Recitator historiam ingentem attulit, minutissime scriptam, arctissime explicatam; & magna parte perlecta. Desinam,* inquit, *si vultis. Acclamatur, Recita, Recita, ab his qui illum obmutescere illico cupiant.* Magis lepide, pater eius in *Suasoria*

ria pro Cicerone: Sextilius Enna fuit, homo ingeniosus magis, quam eruditus, & poëta inaequalis. is hanc ipsam proscriptionem Ciceronis recitaturus in domo Messallae Coruini, Pollionem Asinium aduocauerat. & in principio hunc versum, non sine assensu, recitauit:

Deflendus Cicero est, Latiaeque silentia linguae.

Pollio Asinius non aequo animo tulit, & ait: Messala, tu quid tibi liberum sit in domo tua, videris; ego istum auditurus non sum, cui mutus videor, atque ita consurrexit, ne interfuisset recitationi eorum. Quod Cornelium scio: cui non aeque displicuisse hunc versum quam Pollioni, apparet, quod meliorem quidem, sed non dissimilem composuit. Intelligit hunc versum;

Conticuit Latiae tristis facundia linguae.

Sed quod ad verba de Cornelio attinet, corrupta sunt: mihi sic emendanda: *consurrexit. Huic interfuisse recitationi Seuerum quoque Cornelium scio*, & sic cohaereat narratio, alias soluta aut inconcinna. Fabellam tertiam PLINIVS porrigit. *Passienus Paulus*, inquit *splendidus eques Romanus, & imprimis eruditus, scribit Elegos. Is cum recitaret, ita coepit dicere*, PRISCE IVBES. *Ad hoc Iabolenus Priscus* (aderat enim, vt Paullo amicissimus). *EGO VERO NON IVBEO. Cogita, qui risus hominum, qui loci. Quod est omnino Priscus dubiae sanitatis. Concludit, & subiicit: Tam solicite recitaturis prouidendum est, non solum vt sint ipsi sani, sed etiam vt sanos adhibeant.* Habes, quae de more hoc praecipua occurrerunt, satis ad eum noscendum: quid iuuabit? vtinam ad reducendum. Nam mihi crede, hoc nostro aeuo (iterum dico) vtile; cum Typographia statim nos protrahit & diffundit, nec vel locum poenitentiae aut emendationi relinquit. O si igitur Recitatio! sed cum Pliniana exceptione, *vt sani aduocent, & aduocentur*, TV diu inter eos mi HARTI, & mei amantes esto. Louanii, XVI. Kalend. Mart. cIↃ IↃ XCIX.

INDEX I.

LOCORVM IVRIS CIVILIS EXPLICATORVM, ILLVSTRATORVM, VINDICATORVM, ALLEGATORVM.

NOT. Numeri paginam indicant; Signum *) numeris adpositum Animadv. ad Siccamae librum notat.

E IVRE ANTEIVSTINIANEO.

E CAII Institution.

Lib. II. Tit. 2. §. 2. pag. 256

Ex VLPIANI Fragment.

Tit. I. §. 4. pag. 342
—— §. 13. 79 83
Tit. XI. §. 28. 254
Tit. XXIV. §. 11. 414
—— §. 27 413
Tit. XXV. §. 12. 237

E PAVLI Recept. Sentent.

Lib. II. Tit. 12. §. 5. 412
Lib. III. Tit. 4. §. 1. 256
Lib. IV. Tit. 1. §. 18. 237
Lib. IV. Tit. 5. §. 3. 163*
Lib. V. Tit. 5 a. §. 1. 288
Lib. V. Tit. 12. §. 5. 262 263
Lib. V. Tit. 16. §. 1. 246 259

E PARIATOR. LL. Mosaicar. & Romanar.

Tit. I. §. 3. 38*
Tit. VIII. §. 8. 101*
Tit. X. §. 7. 412.
Tit. XVI. §. 2. 251
Tit. XVI. §. 4. 251

E Codice Gregorian.

Lib. I. Tit. 2. L. 14. 288

E Codice Theodosiano.

L. 1. C. Th. de diuers. Rescript. 394
L. vlt. C. Th. de offic. iud. omn. 400
L. 2. C. Th. de inoffic. testam. 152*
L. 4. C. Th. Finium regundor. 124*

L. 3. C. Th. de tutor. & curator. 246
L. vn. C. Th. de Cretion vel B. P. 174*
L. 1. C. Th. de Re iudicat. 374
L. f. C. Th. qui bon. ced. 400
L. 1. C. Th. de legitim. hered. 174*
L. 16. C. Th. de Praetorib. 174* 265
L. vn. C. Th. de Professor. qui in Vrb. 391
L. 8. C. Th. de honorar. codicill. 363
L. 7. C. Th. de erogat. Mil. 394
L. 9. Eod. ibid.
L. 2. C. Th. de Veteran. 401
L. 1. C. Th. de his quae administr. 364 400
L. 166. C. Th. de Decurion. 342
L. 12. C. Th. de iure fisci ibid.
L. 1. C. Th. de Relation 388
L. 16. C. Th. de Appellation. 52*
L. 41. Eod. 390
L. 43. Eod. 379
L. 5. C. Th. de fid. test. 388
L. 1. C. Th. de decur. vrb. Rom. 212.
L. 2. C. Th. de Oper. publ. 387
L. 1. de infirm. his quae sub tyr. 395
L. 2. Eod. ibid.
L. 3. Eod. ibid.
L. 5. Eod. ibid.
L. 46. C. Th. de Episcop. 385
L. 62. C. Th. de haeret. ibid.
L. 63. Eod. ibid.
L. 64. Eod. ibid.
L. 1. C. Th. de Pagan 342
Nouell. I. Theodos. 391
Nouell. XV. — 394
Nouell. III. Valentinian. 369

E IVRE IVSTINIANEO.
Ex Institutionibus.

§. 6. I. de I. N. G. & Civ. 403
§. 9. Eod. 342
§. 2. I. de libertin. 23*
§. 4. I. qui & quib. ex caus. man. 23* 121*
pr. I. de Atilian. Tutor. 84*
pr. I. quib. mod. tutel. fin. 254
§. 2. I. de Vsucapion. 248
§. 3. I. de pupillar. substit. 219
pr. I. de inofficios. testam. 150* 160*
§. 6. I. de legitim. succ. agn. 315
pr. I. de acquisit. per arrog. 296
§. 5. I. de Emtion. Vendit. 129*
§. 26. I. de Actionib. 141*
§. 1. I. de publ. Iudic. 33*

E Digestis.

L. 6. D. de I. & I. 299
L. 7. Eod. 297 378
L. 9. Eod. 299
L. 11. Eod. 19. ibid.* 299
L. 1. D. de Or. Iur. 14
L. 2. §. 2. Eod. 312
—— §. 3. — 202
—— §. 5. — 292. 300. 314 345
—— §. 6 — 32* 314. 316
L. 2. §. 10. D. de O. I. 31
—— §. 11. — 401
—— §. 12. — 300. 345. 401
—— §. 16. — 36*
—— §. 22. — 98*
—— §. 26. — 187
—— §. 29. — 64. 73. 75* 88 193. 208
—— §. 30. — 75. 89
—— §. 32. 37* 236

§

L. 1. §. 35. D. de O. I. 65*
—— §. 38. — 64*
—— §. 47. — 250 255 355
L. 11. D. de Legib. SCt. 376
L. 12. Eod. ibid. 406
L. 13. Eod. ibid. 406
L. 14. Eod. 383
L. 32. §. 1. Eod. 342
L. 33. Eod. ibid.
L. 38. Eod. 342. 376
L. 1. §. 1. D. de Constitut. Princip. 378. 380. 401
L. 13. D. de statu homin. 390
L. 24. Eod. 282
L. 2. D. de his qui sui sunt vel alien. iur. 420
L. 1. D. de Offic. Consul. 120*
—— §. 1. — 121*
L. vn. §. 1. D. de Offic. Pr. Praet. 52*
L. 1. D. de Offic. Praef. Vrb. 105*
L. vn. D. de Quaestorib. 98
—— §. 2. — 100*
L. 7. pr. D. de Offic. Proconsul. 126*
L. 9. §. 3. Eod. 23. 24*
L. 12. Eod. 26*
L. 1. pr. D. de Offic. ei, cui mand. iurisd. 121*
L. 2. pr. Eod. 88. 119. 121*
L. 1. D. de Offic. Assessor. 84* 371
L. 2. Eod. 84* 381
L. 3. Eod. 88
L. 5. Eod. 88
L. 6. Eod. 360
L. 1. D. de Iurisdiction. 26* 29
L. 3. Eod. 26. 29*
L. 7. pr. Eod. 31. 34*
L. 9. Eod. 19* 31
L. 11. Eod. 19*
L. 19. §. 1. Eod. 237
L. 15. D. de in ius voc. 20*
L. 3. D. ne quis eum 25*
L. 1. D. de Feriis 125*
L. 2. Eod. ibid.
L. 4. D. de Feriis 125*
L. 10. Eod 45.
L. 1. §. 1. D. de Edendo. 31
L. 7. §. 7. D. de Pactis. 378
L. 12. Eod. 372
L. 40. §. 1. Eod. 286
L. 8. pr. D. de Transact. 122*
—— §. 18. — ibid.
L. 1. §. 1. D. de postuland. 116
—— §. 5 — 19* 25*
L. 16. D. de Procurator. 18*
L. 35. §. 2. Eod. 94. 95*
L. 75. Eod. 118
L. 1. §. 3. D. de Calumniator. 368
L. 9. §. 3. D. quod metus caus. gest. 17* 85*
L. 13. Eod. 364. 368
L. 1. pr. D. de Minorib. 96*
L. 3. pr. Eod. 52*
—— §. 1. 356
L. 11. §. 2. Eod. 407
L. 13. Eod. 18
L. 17. Eod. 52*
L. 32. Eod. 255
L. 38. Eod. 366. 388
L. 43. Eod. 19
L. 8. D. Ex quib. caus. maior. 117*
L. 23. Eod. 116. ibid* 117
L. 26. §. 7. Eod. 126
—— §. vlt. — 117*
L. 28. §. 3. — 378
L. 33. Eod. 117*
L. 2. D. de recept. qui arb. 288
L. 27. pr. Eod. 45
L. 32. §. 7. Eod. 92. 261
L. 41. Eod. 29*
L. 12. D. de Iudiciis 29*
L. 18. Eod. ibid.
L. 28. Eod. 18*
L. 34. Eod. 18
L. 36. pr. Eod. 45
L. 46. Eod. 18
L. 54. Eod. 60
L. 61. §. 1. Eod. 29*
L. 74. pr. Eod. 32

L. 76. D. de Iudiciis 29
L. 78. Eod. ibid.
L. 80. Eod. 26*
L. 81. Eod. 29
L. 2. D. de inofficiof. testam. 151. 160*
L. 3. Eod. 151
L. 4. Eod. 149. 263. 278. 281
L. 5. Eod. 147. 152
L. 6. §. 2. Eod. 138*
L. 7. Eod. 138.* 140.* 150*
L. 8. pr. Eod. 118.* 148*
—— §. 2. 163*
—— §. 8. — 155.* 156
—— §. 13. — 146*
—— §. 14. — 155. 263
—— §. 16. — 53.* 153. 263. 382
—— §. 17. — 156*
L. 9. Eod. 156*
L. 10. Eod. 107. 156. 157.* 190. 350. 373. 410
L. 12. §. 3. Eod. 147*
L. 13. Eod. 145. 190.* 237
L. 14. Eod. 150*
L. 15. §. 1. Eod. 154*
—— §. 2. — 162. 264
L. 16. pr. Eod. 154.* 162
L. 17. pr. Eod. 154. ibid.* 162. 287. 351. 410
—— §. 2. — 151
L. 19. Eod. 162
L. 23. §. 2. Eod. 154*
L. 24. Eod. 162. 163.* 264
L. 27. §. 3. Eod. 53*
L. 28. Eod. 153.* 382
L. 31. §. 1. Eod. 163*
L. 5. D. de hered. petition. 60
—— §. 1. — 48.* 50*
—— §. 2. — 46. 47.* seq.
L. 20. §. 6. Eod. 391
L. 1. D. de Rei Vindication. 18
L. 10. §. 2. D. de Vsu & habit. 255
L. 27. §. 3. D. ad L. Aquil. 420
L. 1. §. 1. D. Fam. ercifcund. 46. 48*
L. 1. D. ad exhibend. 282
L. 4. §. 1. D. de Interrogat. 19*
L. 1. §. 5. D. de Fugitiu. 361
L. 40. D. de Reb. Credit. 17.* 371
L. 41. Eod. 371
L. 35. §. 2. D. de Iureiur. 18*
L. 11. D. de Institor. action. 22
L. 8. D. Quod cum eo qui in al. pot. 366
L. 29. D. Deposit. vel contr. 412
L. 65. D. pro Socio. 140*
L. 76. D. Eod. 27*
L. 42. D. Locati conduct. 412
L. 57. Eod. 255
L. 6. D. de praescript. verb. 421
L. 16. D. Qui potior in pignor. 371
L. 1. pr. D. de Aedil. Edict. 361
—— §. 1. — ibid.
L. 39. D. de Euiction. 18
L. 2. D. de Vsuris 296
L. 3. Eod. 17*
L. 26. D. de Probation. 236
L. 43. §. 10. D. de Rit. Nupt. 34*
L. 78. §. 4. D. de Iure dot. 422
L. 32. D. de Pactis dotal. 255
L. 64. D. de Donat. int. V. & V. ibid.
L. 5. D. de agnosc. & alend. part. 93*
L. 2. §. 2. D. Qui pet. tutor. 246
L. 1. D. de suspect. tutor. 118
L. 28. pr. D. de Excusat. 119
L. 1. D. de contrar. tutel. act. 282
L. 1. D. de Reb. eor. qui sub tut. 17* 122*
L. 3. Eod. 17*
L. 5. Eod. ibid.*
L. 7. Eod. ibid.*
L. 5. D. qui Testament. fac. 256
L. 1. D. de Liber. & posth. 283
L. 19. Eod. 369
L. 25. §. 1. Eod. 226
L. 29. Eod. 283

L. 3

L. 3. D. de his quae in testam. 364
L. 11. D. de Heredib. instit. 255
L. 31. Eod. 415
L. 32. Eod. 420
L. 48. §. 1. Eod. 148*
L. 92. Eod. 366
L. 4. D. de vulgar. & pup. subst. 223
L. 16. Eod. 413
L. 24. D. acquir. vel om. her. 295. 416
L. 64. Eod. 255
L. 5. D. Testam. quemadm. aper. 159*
L. 1. pr. D. Si quis omiss. caus. test. 418
—— §. 12. — 295
L. 2. Eod. 417. 418
L. 1. §. 27. D. ad SC. Silan. 335. 419
—— §. 28. — 420
L. 28. §. 1. D. de Legat. I. 382
L. 29. pr. D. de Legat. II. 236
L. 51. §. 1. Eod. 236
L. 55. §. 1. Eod. 415
L. 76. Eod. 44. 190. 290. 373
L. 27. §. 1. D. de Legat. III. 367
L. 36. Eod. 151. 238
L. 69. Eod. 220
L. 78. §. 6. Eod. 356
L. 30. D. de alim. vel cibar. leg. 191. 258
L. 32. §. 4. de arg. aur. mund. leg. 130
L. 76. D. de condit. & demonstr. 249
L. 73. §. 1. D. ad L. Falcid. 295
L. 1. §. 12. D. ad SC. Trebellian. 288
L. 7. Eod. 149
L. 12. Eod. 365
L. 22. Eod. 367. 381
L. 24. Eod. 335
L. 63. §. 10. Eod. 149*
L. 65. §. 2. Eod. 52* 328
L. 74. §. 1. Eod. 367
L. 3. §. 1. D. vt in possess. legat. 19
L. 3. §. 8. D. de B. P. 19
—— §. 9. — 119. ibid.*
L. 3. §. 5. D. de B. P. c. t. 161. 263
L. 3. §. 2. D. de Legat. praest. c. t. 147
L. 1. pr. D. de Ventr. in poss. 18*
L. 7. Eod. ibid.*
L. 1. D. de Carbon. Edict. ibid.*
L. 8. Eod. ibid.*
L. 11. D. de B. P. sec. tab. 221
L. 1. §. vlt. Si a parent. man. 150*
L. 17. D. de Iure patronat. 368. 369
L. 2. §. 1. D. quis Ordo in B. P. 23
—— §. 2. — 116
L. 4. §. 8. D. de Damn. infect. 116
L. 19. §. vlt. D. de Donation. 149*
L. 8. D. de Donat. mort. caus. 417
L. 31. pr. D. Eod. 418
L. 24. D. de Manumiss. 96* 262
L. 4. §. 2. D. de Manum. vind. 119
L. 5. Eod. 120*
L. 6. Eod. 121*
L. 7. Eod. 23. 121*
L. 8. Eod. 23*
L. 16. pr. Eod. 83. 86
L. 19. Eod. 121*
L. 24. Eod. 121* 159*
L. 16. D. de manum. testam. 96*
L. 26. §. 1. D. de fideicom. lib. 378
L. 53. Eod. 96*
L. 9. §. 2. D. de Statuliber. 295
L. 36. Eod. 296
L. 27. §. 1. D. de liberal. caus. 104*
L. 30. Eod. 158* 260. 264. 273. 410
L. vlt. D. si ingen. ess. dic. 46

L. 2. §. 1. D. ne de stat. def. 95. 96* 268
L. 4. Eod. 382
L. 1. D. de Vsurpat. & vsucap. 282
L. 4. §. 6. Eod. 248
—— §. 29. — ibid.
L. 33. pr. Eod. ibid.
—— §. 1. — ibid.
L. 4. D. pro legato 413. 414
L. 9. Eod. 413
L. 1. D. de Re iudicat. 286
L. 5. Eod. 57. 90*
L. 15. pr. Eod. 26
L. 38. Eod. 158* 373
L. 42. Eod. 340
L. 46. Eod. ibid.
L. 55. Eod. 43. 340
L. 73. §. 1. Eod. 118
L. 27. D. de Reb. auctor. iud. 236
L. vlt. D. de Tabul. exhib. 48*
L. 12. D. de Precar. 421
L. 3. §. 2. D. de Liber. exhib. 19
—— §. 4. — ibid.
—— §. 5. — 381
L. 16. D. de Exception. 46
L. 18. D. Eod. ibid.
L. 15. D. de O. & A. 118
L. 32. Eod. 295. 411
L. 53. Eod. 411
L. 132. Eod. 283
L. 5. D. de V. O. 90*
L. 9. Eod. 18*
L. 37. Eod. 95*
L. 83. §. 5. Eod. 129*
L. 115. § 2. Eod. 296
L. 137. §. 6. Eod. 192*
L. 1. D. Arbor. furt. caes. 412
L. 1. D. de public. iudic. 35* 39* 40*
L. 6. D. de Accusation. 23
L. 11. Eod. 34*
—— §. 1. — 147*
L. 12. pr. Eod. 101*
L. 11. §. 6. D. ad L. Iul. de adulter. 23
L. 6. D. ad L. Iul. de vi publ. 147*
L. 7. D. ad L. Iul. de vi priu. 368
L. 1. §. 1. D. ad L. Cornel. de sicar. 38*
L. 3. pr. Eod. 35*
L. 15. §. 1. D. ad L. Cornel. de fals. 148*
L. 24. D. Eod. 104*
L. 18. D. de Quaestionib. 20
—— §. 10. — 23
L. 9. §. 2. D. de Poenis 116
L. 38. §. 10. Eod. 25*
L. f. pr. D. de bon. damnat. 151
L. 1. pr. D. de Appellation. 358
—— §. 3. — 26
L. 14. §. 1. Eod. 287
L. 23. §. 1. Eod. 26*
L. 1. §. 1. D. a quib. appell. n. lic. 401
—— §. 2. — 52*
—— §. 4. — ibid.*
L. 3. D. quis & a quo apellar. 50
L. vlt. Eod. 26
L. 25. D. de iure fisci 378
L. 47. Eod. 367
L. 48. Eod. ibid.
L. 50. Eod. ibid.
L. 4. D. de Captiu. 295
L. 1. pr. D. de muner. & hon. 422
—— §. 3. Eod. 423
L. 18. §. 4. Eod. 29*
—— §. 26. — 422
L. 13. §. 2. D. de vacation. & exc. mun. 29*
—— §. 3. ibid.*
L. 15. D. de V. S. 33*
L. 103. Eod. 57
L. 178. §. 2. Eod. 237
L. 215. Eod. 248
L. 220. Eod. 283
L. 240. Eod. 366
L. 6. D. de R. I. 417
L. 12. Eod. 159

L. 20.

L. 20. D. de R. I. 96* 262
L. 34. Eod. 337
L. 71. Eod. 20*
L. 106. D. de R. I. 260
L. 176. Eod. 260
L. 179. Eod. 262

E CODICE

Constitut. de confirmand. Digest. §. 18 . 375.

L. 1. C. de SS. Eccles. 159*
L. 25. §. 1. C. de Episcop. & Cler. 141*
—— §. 2. — ibid.
L. 33. pr. Eod. ibid.
L. 1. C. de Legibus 220
L. 2. Eod. 384. seq.
L. 3. Eod. 389. seq.
L. 11. Eod. 299. 365. 379. 380. 399
L. 5. C. de iur. & fact. ignor. 306
L. 1. C. de Precib. Imp. offer. 141*
L. 3. C. Vt lite pendent. 374
L. 5. C. si contra ius 387
L. 2. C. de Offic. Praef. Praetor. 408
L. 13. C. de Assessorib. 370
L. 32. C. de Transaction. 295
L. 14. C. de Aduocat. diu. iudic. 390
L. 3. C. de Error. Aduocat. 374
L. 23. C. de Procurator. 334
L. 2. C. Si aduers. rem iudic. 18
L. 3. C. in quibus caus. restitut. in integr. 296
L. 2. C. de pedan. iudicib. 266
L. vlt. Eod. 25*
L. 3. C. de Dilation. 45
L. 5. Eod. ibid.
L. 1. C. de Feriis 126
L. 2. Eod. 125
L. 4. Eod. 126
L. 11. Eod. 125
L. vn. Quand. Imp. inter. pupil. 390
L. 6. Vbi caus. stat. 261
L. 2. C. de inofficios. testament. 138*
L. 3. Eod. 147
L. 7. Eod. ibid.*
L. 11. Eod. 152*
L. 13. Eod. 162
L. 16. Eod. 156*
L. 18. Eod. 152*
L. 19. Eod. ibid.*
L. 23. Eod. ibid.*
L. 30. Eod. 147.* 150*
L. 31. Eod. 150*
L. 32. Eod. ibid.*
L. 34. Eod. 155
L. vlt. pr. C. de hered. petit. 46. 49* 60. 145. 191. 242
L. 3. C. Deposit. vel contra 412
L. 1. C. si mancip. ita ven. 266
L. 25. C. de Nupt. 334
L. 3. C. de Dot. promiss. 295
L. 3. C. Quand. tutor. vel cur. esse desin. 254
L. 1. C. de B. P. c. t. quam Praet. 148*
L. 4. C. qui Testam. fac. poss. 256
L. 15. C. de Testament. 225
L. f. C. de Liber. praeter. 145. 191
L. vlt. §. f. C. commun. de legat. 159*
L. vn. §. 9. C. de Caduc. tollend. 148*
L. 1. C. de Vindict. & ap. cons. manumis. 86. 121*
L. 4. Eod. 121*
L. 1. §. 1. de commun. seru. man. 334
L. 3. C. de Ord. cognition. 230

L. 2. C. de fentent. & interloc. 300. 376
L. 4. Eod. 287. 295
L. 9. Eod. 287. 379
L. 13. Eod. 300. 376. 408
L. 1. C. de Re iudic. 374
L. 2. Eod. ibid.
L. 4. Eod. ibid.
L. 5. Eod. 287
L. 8. C. de Execut. rei iud. ibid.
L. 6. Commination. epiftol. ibid.
L. 1. C. de Relation. 45
L. 14. C. de Appellat. 286
L. 7. C. quand. prouoc. non nec. 52*
L. 1. C. de interdictis 31
L. 1. C. de Aedific. priuat. 376
L. 1. C. quae fit long. confuetud. 342. 376
L. 2. Eod. 207. 342
L. 30. C. ad L. Iul. de adulter. 33*
L. vn. C. de Mutation. nomin. 250
L. 3. C. de Crimin. facrileg. 382
L. vn. C. quand. ciuil. act. criminal. 231
L. 3. C. de quaeftion. 379. 401
L. 12. C. de poen. 400
L. 1. C. de iur. & fid. haft. fifcal. 135
L. vlt. C. de decret. ab ord. fac. 52*
L. 2. C. de excuf. muner. 401
L. vlt. C. de decret. decur. 52*
L. 2. C. de erogation. milit. 394
L. 9. C. eod. 379

E NOVELLIS.

Nou. I. cap. 1. §. 4. 400
Nou. XXIII. cap. 2. 364
Nou. LX. cap. 2. 370
Nou. LXXXII. cap. vlt. 408
Nou. CXIII. 408
Nou. CXV. Praef. 393
——— ——— c. 5. 148*
Nou. CXXV. 408

E IVRE POSTIVSTINIANEO.

Theophilus 84. 85.* 87.* 123.* 296. 332. 345. 377. 403. 405
Bafilica 117*
Scholiaft. Bafilic. 297
Nouell. Leonis XCII. 308. 399

IN-

INDEX II.

AVCTORVM VETERVM ET RECENTIORVM

QVI

LAVDANTVR, ILLVSTRANTVR, EMENDANTVR, NOTANTVR.

A.

Adinifa (*Cand.*) pag. 386
ab Alexandro (*Alexand*) 245
ab Almeloueen (*Theod. Ianf.*) 100*. 175*
Alteferra (*Ant. Dadin*) 351
Amaya (*Franc.*) 96* 133*
Ammianus Marcellinus 372
Aaonius (*Ioan*) 132
Appianus 76*
Apuleius 111. 104* 149
Ariftides Rhet. 365
D'Arnaud (*Georg*) 213. 223 242. 311. 338
Arntzen (*Henr. Io.*) 222
Afconius Paedianus 25. 102 282. 290. 292
Auctor ad Herennium, 227. 286 337. 338. 341. 346
Auctor dialog. de cauf. corrupt. eloq. 180. 271. 305
Auctor ad Pifon. 125
Aueranius (*Iofeph*) 27*. 138*
D. *Auguftinus* 157
Auguftinus (*Anton.*) 62. 75* 100.* 208. 360
Aufonius 23. 201.

B.

Bach (*Io. Aug.*) (*15. 28. 33. 39. 48. 67. 76. 100. 138. 185.*) 194. 223. 232. 234. 261. 262. 282. 293. 296. 305. 328. 331. 333. 337. 349. 358. 362. 398. 400. 410
Balduinus (*Francifc.*) 34.* 192 207. 236. 242. 254. 296 299. 308. 331. 338. 370 375. 398. 399
Bellendenus (*Guilielm.*) 201. 206
Bertrandus (*Ioan.*) 186. 356 367. 368
a Beyma (*Jul.*) 20*
Boehmer (*Juft. Henning.*) 234
a Boeckeln (*Chr. Otto*) 301 306. 352. 369
Bottereau (*Renat.*) 153.* 393 420
Brenckman (*Henr.*) 93.* 222
Brettus (*Carol.*) 31.* 66.* 73.* 84.* 190. 232.
Briffon (*Barnab.*) 22.* 34* 40. 120.* 124.* 133. 148* 185. 231. 307. 317. 364. 400
Broidaeus (*Philip.*) (*43. 44. 56 72. 110. 115*)
Bruce (*Andr.*) 400
Brunquell (*Io. Salom.*) 232. 240 256. 301. 306. 398. 421
Budaeus (*Guil.*) 65.* 130. 138 195. 237
Burgius (*Petr.*) 370. 390
Burmann (*Petr.*) 56.* 100* 213
von den Bufch (*Gerh.*) 336
van Bynkershoeck (*Cornel.*) 126.* 149.* 190. 206. 220 279. 293. 317. 365. 371

C.

Iulius Caefar 133.* 134*

Cannegieter (*Henric.*) 249
Cannegieter (*Herman.*) 301 305. 306. 318. 352
Capitolinus 246. 363. 394
Casaubonus (*Isaac*) 38* 78* 249
Catanaeus 59*
Censorinus 276
Charondas (*Ludouic.*) 34* 93* 200. 294. 378. 382. 390 404. 417
Chladenius (*Ern. Mart.*) 244 267. 282
Cicero 26. 32. 36. 39. 45. 56 67. 72. 83. 86. 88. 89. 92 102. 103. 134. 143. 144 147. 148. 149. 165. 166 168. 169. (*14. 15. 27. 30 36. 38. 44. 52. 56. 68. 69 76. 87. 90. 92. 93. 94. 100 109. 112. 113. 123. 124. 133 148. 166. 167*) 180. 181 182. 191. 193. 194. 199 201. 205. 209. 213 seq. 220 231 seq. 241. 247. 262. 267 282. 286. 288. 289. 290. 292 302. 304. 307. 311. 320. 322. 327. 333. 336. 339 341. 342. 346. 358. 361 419
Coccen (*Gerhard*) 293. 317 399. 404
Columella 135
Conanus (*Franc.*) 153.* 155* 238. 289. 298. 305. 347 400. 405
Conradi (*Franc. Carol.*) 51* 186* 248. 294. 360
Conradi (*Io. Ludou.*) 238. 367
Contius (*Anton.*) 400
Corasius (*Ioan.*) 28
Corradus (*Sebast.*) 338. 358
Corsinius (*Eduard*) 77.* 104* 175.* 246
a Costa (*Ian.*) 54.* 140.* 264
I.B. a Cramer (*Io. Vlr.*) 193
Crell (*Chr. Lud.*) 128* 345
Cuiacius (*Iacob.*) 29. 145. 149 (*17. 23. 31. 41. 54. 73. 96 105. 116. 153. 157. 158. 162 174*) 185. 190. 191. 194. 212 236. 237. 239. 259. 293. 295 297. 317. 334. 335. 346. 364 377. 382. 390. 398
Cuperus (*Gisbert.*) 132*
Curtius (*Iacob*) 18* 20* 153* 249
Curtius (*Mich. Conrad*) 37* 175*
Cyprianus 126. 205

D.

Dempster (*Thom.*) 207
Diemar (*Io. Guil.*) 25*
Dio Cassius, 70. 74. 78. 88. 99 193. 202. 209. 250. 339
Diodorus Siculus, 205
Dionysius Halicarnas. 36. (*15 16. 21. 22. 36. 102*) 205 311. 312. 313. 329
Doodwel (*Henr.*) 109* 276
Drackenborch (*Arnold.*) 104*
Duarenus (*Franc.*) 185
Ducker (*C. A.*) 422

E.

Eberlinus (*Georg.*) 76* 293 306. 317. 361. 396
van Eck (*Cornel.*) 16*
Ernesti (*Io. Aug.*) (*15. 16. 21 29. 38. 52. 71. 87. 98. 116 129. 169*) 231. 240. 253 275
Eunapius 356

F.

Faber (*Anton.*) 50.* 157* 398 404
Faber (*Nicol.*) 114
Faber (*Petr.*) 260. 334
Fabricius (*Franc.*) 358
Fabricius (*Io. Alb.*) 383
Fenestella 133
Ferrarius (*Fr. Bern.*) 113*

Fer-

Ferratius 28*
Festus 15.* 36. 63. 66. 81. 106. 123. 134.* 135. 183. 187. 208. 231. 258. 296. 306
Florus 81. 208
Foerster (*Val. Guil.*) 377
Foquelinus (*Anton.*) 219
Fornerius (*Guilielm.*) 52.* 148.* 153* 260
Fornerius (*Radulph*) 17.* 36*

G.

Galuanus (*M. Aur.*) 315. 420
Gaudentius (*Pagan.*) 319
Gebauer (*Ge. Chr.*) 86.* 90.* 187. 356
Gellius 17.* 28. 44. 61. 75.* 87.* 102. 123.* 124.* 126.* 133. 198. 258. 316. 319. 322. 354. 360. 361. 362. 405
Gothofredus (*Dion.*) 149*. 231
Gothofredus (*Iac.*) (*32. 52. 125. 126. 174. 175.*) 231. 265. 363. 368. 379. 383. 385. 386. 388. 391. 392. 396. 417. 419
Goueanus (*Ant.*) 223. 288. 293
Graeuius (*I. G.*) 34.* 91.* 97.* 320
Granina (*Ian. Vinc.*) 149.* 301. 306
Griebner (*Mich. Henr.*) 334
Gronouius (*Io. Fr.*) 73.* 87.* 169.* 185. 194
Gronouius (*Laur. Theod.*) 17*
Grotius (*Hugo*) 193
Grotius (*Guil.*) 186. 356. 362
Gruchius (*Nic.*) 66.* 73*
Gruterus (*Ian.*) 30.* 77.* 80.* 91.* 236
Guadagni (*Car. Leop.*) 197
Gudelinus (*Petr.*) 370. 408
Gundling (*Nic. Hier.*) 18*
Gutherius (*Iac.*) 352. 369. 378. 380. 388
Gyphanius (*Hub.*) 34.* 398

H.

Haloander (*Gregor.*) 65. 121* 391
Heineccius (*Io. Theoph.*) (*12. 22. 31. 32. 54. 55. 77. 107. 186.*) 200. 201. 206. 231. 249. 296. 301. 313. 315. 378. 393. 398. 408. 413. 415
Hellfeld (*Io. Aug.*) 301. 304
Henryson (*Ed.*) 191
Heraldus (*Desid.*) 148.* 149.* 154.* 155.* 287. 293. 301. 327. 333. 340. 347. 348. 370. 375
Hesiodus 129
Hesychius 181
Hofacker (*Car. Chr.*) 305
Hoffmann (*Chr. Gott.*) 185.* 281. 301. 375. 378. 398
Hoffmann (*Io. Guil.*) 390
Hoffmann (*Io. Tob.*) 383
Hommel (*Ferd. Aug.*) 153*
Hommel (*Car. Ferd.*) 21.* 220. 293
Hopp (*Io.*) (*25. 69. 75. 77. 85. 90. 93. 174.*) 240. 266
Hotmanus (*Franc.*) 56.* 62. 91.* 199. 281
Horatius 28. 126.* 127. 128
Huber (*Vlr.*) 48.* 399
D. Hyronimus 258

I.

de Ianuario (*Aur.*) 211
Iauchius (*Sigm. Reich.*) 53.* 417
Ienichen (*Gotl. Aug.*) 256
Iensius (*Io.*) 389. 390. 414
Isidorus 21
Iuretus (*Franc.*) 275
Iust (*Coel. Aug.*) 301. 302. 305. 333. 360. 410
Iustinus 132*
Iuuenalis 135. 219. 262. 338

K.

Keuffel (*Car. Ant.*) 309
Knorre (*Car. Gottl.*) 25*

Krebs

Krebs (Io. Tob.) 39* 74*
Küstner (Chr. Guil.) 51*

L.

Labittus (Iac.) 417
Lactantius 17* 368
Lampridius 17* 196. 363
van Leewen (Simon.) 73*
van Leuwen (Io. Dietr.) 17* 85*
a Leyser (Augustin) 225. 227. 302
Lipsius (Iust.) 22* 77* 80. 100* 104* 160* 240. 419
Livius 15* 20. 36. 73* 89. 99. 102* 106. 154. 194. 200. 279. 281. 312. Epitom. Liu. 101*
Louardus (Car.) 149* 281. 282
Lucanus 132

M.

Macrobius 124* 206. 344
Madihn (Ge. Sam.) 305
Madihn (Gotfr. Lud.) 36*
Manutius (Paul.) 62. 79. 199
Marlianus 131
Martialis 22* 113* 127. 131* 136. 188. 209
Martini (Car. Ant.) 305
Maternus de Cilano (Ge. Chr.) 54* 67. 267
Mascov (Gotfr.) (*31. 116. 149. 153*) 222. 255. 296. 356. 366
Masson (Io.) (*59. 77. 79. 80. 90. 109*)
Menagius (Aegid.) 250. 390
Menken (Io. Burch.) 133*
Merillius (Emund.) 34* 222. 228. 254. 255. 329. 379. 411
Meursius (Io.) 187
Midleton (Conyer.) 308. 358
Minutius Felix 125
Moinardus (Ios.) 126*
van der Muelen (Guil.) 19* 54* 232. 250. 293. 298. 280. 403
Muretus (M. A.) 37* 192. 193. 317. 400. 404
Mylius (Io. Henr.) 187. 360

N.

Nerius (Ios.) 247
Nettelbladt (Dan.) 318. 354 355
Noodt (Gerh.) (*16. 17. 38. 83. 84. 91. 93. 121. 153. 155. 157. 163. 185*) 232. 235. 260. 266. 378. 394. 421
Noordkerck (Herm.) 93* 157* 147* 190. 260. 262. 265. 301. 305

O.

Comes ab Oettingen (Fr. Lud.) 235
Olearius (Io. Gottl.) 12*
Orizellarius (Bernard) 66* 70*
de Oroz. (Hyronim.) 400
Otto (Everard) 62* 96* 148* 299. 365. 368
Ouidius (*52. 54. 55 56. 59. 77. 90. 124*) 70. 128. 129. 132. 134. 192. 310. 312. 315

P.

Pacius a Beriga (Iul.) 153* 154* 300. 330. 406
Pagi (Anton.) 386
Panzirollus (Guid.) 133* 185. 282. 369. 394
Pauw (Guiliel.) 95*
Perenonius (Petr.) 116* 367. 372. 442
Perizonius (Iac.) 15*, 21*, 249. 315
Persius 338
Phaedrus 51* 268
Pighius (Steph. Vinand.) 63* 203
Piriscus (Sam.) 208
Plautus 31. ibid.* 87.* 89. 124. 126. 330
Plinius Maior 28. 98* 282. 332
Plinius Secundus 17* 42. 44. 45. 48* 57. 58* 60* 70. 72. 104. 108. 110. 111. 112. 113. 114. 125* 128. 130. 139. 141. 142* 144.

144. 155. 161. 163. 172. 180. 189. 194. 209. 210. 257. 276
Plutarchus 98. 129
Pollettus (*Franc.*) (*17. 26. 28. 56. 65. 69. 70. 73. 110. 111. 115. 126*) 188. 196. 210. 231
Polybius 65* 316
Prateius (*Pardulph*) 186
Preuotius (*Ae.*) 188
Püttmann (*Iof. Lud. Ern.*) 112* 138* 140* 156* 193. 270. 295. 307. 323. 351

Q.

Quinctilianus 21. 22. 30. 32. 42. 43*. 46*. 48*. 56. 57. 67. 68*. 71. 72*. 95*. 107 108*. 110. 128. 136. 138*. 144. 148. 150. 158*. 161. 189. 209. 213. 232. 237. 253. 271. 290. 309. 322. 325. 344 372. 374

R.

Raeuard (*Iac.*) 18. 29. 31*. 33. 52*. 54. 73*. 78*. 88. 91*. 93*. 104*. 107. 119,* 122. 135. 137. 191. 232. 290. 301
Rau (*Chrift.*) 238
Reinold (*Bern. Henr.*) 75*. 186. 194. 360
Reland (*Petr.*) 386
v. Renneffe (*Conftant. Iac.*) 139
Richei (*Ioan.*) 332
Richter (*Io. Godofr.*) 346
Ritter (*Io. Dan.*) 32*. 77*. 362
Rittershufius (*Conrad*) 41*. 393 408
Rivinus (*Andr. Flor.*) 248
a Rosbach (*Emeric.*) 293
Rofinus (*Io.*) 73*. 188. 200
Rupertus (*Ge. Ad.*) (*37. 89. 105. 159. 161*) 194. 250. 293. 314. 318

S.

Salluftius 65*
Schilter (*Io.*) 50*
Schleuogt (*Gottl.*) 301. 302 306. 334. 352. 420
Schoepflin (*Io. Dan.*) 133*
Scholiaftes Iuuenal. 127*
Schorch (*Hier. Fr.*) 129* 188
Schorch (*Chr. Fr. Im.*) 317
Schubarth (*Georg.*) 54*. 56*. 76* 281. 301. 352
Schulting (*Anton.*) (*37. 38. 39 46. 84. 101. 105. 116. 161 170* 186. 227. 231. 254. 259 365. 383. 394
Seeger (*Io. Theoph.*) 301. 356
a Segner (*Io. And.*) 111*
Seneca 20. 21. 22. 25. 27* 28 32. 45. 46*. 121. 133*. 135. 148*. 158* 164. 231. 274. 390
Sidonius Apollinaris, 17*. 77*. 189
Sigonius (*Carol.*) 33*. 35* 37 40. 42. 69*. 91* 97. 101* 104*. 116. 136. 191. 207 232
Socrates 386
Spartianus 17* 77* 196. 363. 370. 420
Statius 125. 136
Stenger (*Io. Hyron.*) 32*
Stieglitz (*Io. Conr.*) 19*
Strauch (*Io.*) 372. 380
Suetonius 16. 17* 20. 22* 29* 38* 46* 51. 54. 58* 59* 87* 103. 125* 126* 131* 136. 169* 195. 209. 210. 231. 236. 250. 251. 256. 261. 273. 324
Symmachus 140* 175* 275. 369. 379. 383. 388. 390

T.

Tacitus (*37. 57. 58. 59. 74*) 80. 99. 101. 124. 187. 245. 249. 279. 353. 362. 419
Taubmann (*Frider.*) 31*

Teren-

Terentius 260
Terrasson (*Anton.*) 66* 149*
Tertullianus 114. 119. 149
Thomasius (*Christ.*) 11* 313. 318
Torrentius (*Lev.*) 73* 78
de Toullieu (*Petr.*) 156* 413
Turnebus (*Adrian.*) 29. (*31. 42. 54. 69. 70*) 189. 199. 290

V.

Vaillant 149*
Valerius Maximus 22. 69* 71. 89. 104. 136. 138. 140* 163* 167. 170. 171. 209. 210. 245. 268. 322. 410
Valerius Probus 22*
Varro 39. 66* 99. 106. 124* 131. 306
Velleius Paterculus 101* 221. 334
a Vidania (*Didac. Vinc.*) 385
Viglius Zuichemus 229
Virgilius 38* 71*
Vinnius (*Arnold.*) 223. 413
Vitruuius 21. 129*
Vizzanius (*Car. Eman.*) 375
Voetius (*Io.*) 47* 259. 40[illegible] 411. 4[illegible]
van Vryhof (*Hub. Georg*) 2[illegible]
Vulcatius Gallicanus 13[illegible]

W.

van Wachendorf (*Io. Car.*) 37[illegible] 3[illegible]
Wachter 1[illegible]
Waechtler (*Christfr.*) 3[illegible]
van Wesel (*Gerh.*) 5[illegible]
Westenberg (*Io. Ortw.*) 24[illegible] 3[illegible]
Wieling (*Abrah.*) 63* 18[illegible] 200. 247. 261. 278. 360. 3[illegible]
Winckler (*Car. Godfr.*) 1[illegible]
Wohlfardt (*Paul. Phil.*) 2[illegible]
Wunderlich (*Io.*) 367. 4[illegible]

X.

Xiphilinus 58* 365. 3[illegible]

Z.

Zasius (*Vlr.*) 1[illegible]
Zonaras

INDEX III.
RERVM MEMORABILIVM.

A.

Accipere litem 18*
Acclamationes in CVirali iudicio 113
Accuſatio inofficioſi teſtamenti 147*
Actiones accuratas CViri exigebant, & quare 60. 139*
—— plurib. ex vno delicto prouenientib. experir. lic. auct. rer. iud. obtin. 411
—— legum 32. eas tantum pontifices non interpretati ſunt 317. an cum iis ſimul diſp. fori orta 314
Actio inofficioſi teſtamenti 147*
—— nomen generale eſt & interdictum & praeiudic. complectitur. 95*
Actorum partes in conſiſtorio habitor. 400. ſeq.
Aduocati in CVirali iudicio num iuuenes 180
Adoptiones gentibus obſuerunt 249. fictae. 249
Aebutia lex. v. *Lex Aebutia.*
Aelia Sentia lex. v. *Lex Aelia Sentia.*
Aequitas, ciuilis quaſi fuit interdum 349
—— ſaepe ſuſpicioſa 221
—— eam an redoleant capita iur. civ. diſp. for. inducta 349 ſeq.
—— eam ſecuti Impp. in iudicando 379. ſeq.
Agnationum cauſae v. *Cauſ. agnat.*
—— ceſſarunt ſub Impp. fere, & quare 249
Album Praetoris 30 ſeq. num duplex. 31*
Animus repudiantis hereditat. patern. 154*
Annorum numerus ad inducendam auctor. rer. iud. haud definiendus 341
—— cur a Iuſtiniano in pubertate certus ſit conſtitutus 255
Appellatio a CViris ſub Rep. non permiſſa. 50
—— ſub Impp. licita. 52* ſeq.
—— Impp. CViris obſuit 244
—— an Diſputationem for. ſuſtulerit 358
—— a Principe non fit 403
Applicationis ius 169*
Arbiter rem iudicatam non facit 288
Arbitrorum duplex genus 27*
Arbitrium 27* eius a iudicio ſtrict. iur. diſcrimen *ibid.*
Aſſeſſores, qui 17* iudicum *ibid.* magiſtratuum *ibid.* Principum *ibid.* 363
—— de iure diſputarunt, in priuatis iudic. 319. in audit. Praefect. Pr. 371. in conſiſtor. Princip. 365

Aſſeſſo-

L. 2. §. 1. D. ne de ſtat. def. 95. 96* 268
L. 4. Eod. 382
L. 1. D. de Vſurpat. & vſucap. 282
L. 4. §. 6. Eod. 248
—— §. 29. — ibid.
L. 33. pr. Eod. ibid.
—— §. 1. — ibid.
L. 4. D. pro legato 413. 414
L. 9. Eod. 413
L. 1. D. de Re iudicat. 286
L. 5. Eod. 57. 90*
L. 15. pr. Eod. 26
L. 38. Eod. 158* 373
L. 42. Eod. 340
L. 46. Eod. ibid.
L. 55. Eod. 43. 340
L. 73. §. 1. Eod. 118
L. 27. D. de Reb. auctor. iud. 236
L. vlt. D. de Tabul. exhib. 48*
L. 12. D. de Precar. 421
L. 3. §. 2. D. de Liber. exhib. 19
—— §. 4. — ibid.
—— §. 5. — 381
L. 16. D. de Exception. 46
L. 18. D. Eod. ibid.
L. 15. D. de O. & A. 118
L. 32. Eod. 295. 411
L. 53. Eod. 411
L. 132. Eod. 283
L. 5. D. de V. O. 90*
L. 9. Eod. 18*
L. 37. Eod. 95*
L. 83. §. 5. Eod. 129*
L. 115. § 2. Eod. 296
L. 137. §. 6. Eod. 192*
L. 1. D. Arbor. furt. caeſ. 412
L. 1. D. de public. iudic. 35* 39* 40*
L. 6. D. de Accuſation. 23
L. 11. Eod. 34*
—— §. 1. — 147*
L. 12. pr. Eod. 101*
L. 11. §. 6. D. ad L. Iul. de adulter. 23
L. 6. D. ad L. Iul. de vi pub 147
L. 7. D. ad L. Iul. de vi pri 36
L. 1. §. 1. D. ad L. Cornel. de car. 38
L. 3. pr. Eod. 35
L. 15. §. 1. D. ad L. Cornel. falſ. 146
L. 24. D. Eod. 104
L. 18. D. de Quaeſtionib. 2
—— §. 10. — 2
L. 9. §. 2. D. de Poenis 11
L. 38. §. 10. Eod. 2
L. f. pr. D. de bon. damnat. 1
L. 1. pr. D. de Appellation. 3
—— §. 3. —
L. 14. §. 1. Eod. 2
L. 23. §. 1. Eod. 2
L. 1. §. 1. D. a quib. appell. n. l 4
—— §. 2. — 5
—— §. 4. — ibi
L. 3. D. quis & a quo apell
L. vlt. Eod.
L. 25. D. de iure fiſci 3
L. 47. Eod. 3
L. 48. Eod. ib
L. 50. Eod. ib
L. 4. D. de Captiu. 2
L. 1. pr. D. de muner. & hon. 4
—— §. 3. Eod. 4
L. 18. §. 4. Eod. 2
—— §. 26. — 4
L. 13. §. 2. D. de vacation. exc. mun. 2
—— §. 3. ibi
L. 15. D. de V. S. 3
L. 103. Eod.
L. 178. §. 2. Eod.
L. 215. Eod. 2
L. 220. Eod. 2
L. 240. Eod. 3
L. 6. D. de R. I.
L. 12. Eod.

L.

L. 20. D. de R. I. 96* 262
L. 34. Eod. 337
L. 71. Eod. 20*
L. 106. D. de R. I. 260
L. 176. Eod. 260
L. 179. Eod. 262

E CODICE

Constitut. de confirmand. Digest. §. 18 375.

L. 1. C. de SS. Eccles. 159*
L. 25. §. 1. C. de Episcop. & Cler. 141*
—— §. 2. — ibid.
L. 33. pr. Eod. ibid.
L. 1. C. de Legibus 220
L. 2. Eod. 384. seq.
L. 3. Eod. 389. seq.
L. 11. Eod. 299. 365. 379. 380. 399
L. 5. C. de iur. & fact. ignor. 306
L. 1. C. de Precib. Imp. offer. 141*
L. 3. C. Vt lite pendent. 374
L. 5. C. si contra ius 387
L. 2. C. de Offic. Praef. Praetor. 408
L. 13. C. de Assessorib. 370
L. 32. C. de Transaction. 295
L. 14. C. de Aduocat. diu. iudic. 390
L. 3. C. de Error. Aduocat. 374
L. 23. C. de Procurator. 334
L. 2. C. Si aduers. rem iudic. 18
L. 3. C. in quibus caus. restitut. in integr. 296
L. 2. C. de pedan. iudicib. 266
L. vlt. Eod. 25*
L. 3. C. de Dilation. 45
L. 5. Eod. ibid.
L. 1. C. de Feriis 126
L. 2. Eod. 125
L. 4. Eod. 126
L. 11. Eod. 125
L. vn. Quand. Imp. inter. pupil. 390
L. 6. Vbi caus. stat. 261
L. 2. C. de inofficios. testament. 138*
L. 3. Eod. 147
L. 7. Eod. ibid.*
L. 11. Eod. 152*
L. 13. Eod. 162
L. 16. Eod. 156*
L. 18. Eod. 152*
L. 19. Eod. ibid.*
L. 23. Eod. ibid.*
L. 30. Eod. 147.* 150*
L. 31. Eod. 150*
L. 32. Eod. ibid.*
L. 34. Eod. 155
L. vlt. pr. C. de hered. petit. 46. 49* 60. 145. 191. 242
L. 3. C. Deposit. vel contra 412
L. 1. C. si mancip. ita ven. 266
L. 25. C. de Nupt. 334
L. 3. C. de Dot. promiss. 295
L. 3. C. Quand. tutor. vel cur. esse desin. 254
L. 1. C. de B. P. c. t. quam Praet. 148*
L. 4. C. qui Testam. fac. poss. 256
L. 15. C. de Testament. 225
L. f. C. de Liber. praeter. 145. 191
L. vlt. §. f. C. commun. de legat. 159*
L. vn. §. 9. C. de Caduc. tollend. 148*
L. 1. C. de Vindict. & ap. cons. manumis. 86. 121*
L. 4. Eod. 121*
L. 1. §. 1. de commun. seru. man. 334
L. 3. C. de Ord. cognition. 230

L. 2. C. de ſentent. & interloc. 300. 376
L. 4. Eod. 287. 295
L. 9. Eod. 287. 379
L. 13. Eod. 300. 376. 408
L. 1. C. de Re iudic. 374
L. 2. Eod. ibid.
L. 4. Eod. ibid.
L. 5. Eod. 287
L. 8. C. de Execut. rei iud. ibid.
L. 6. Commination. epiſtol. ibid.
L. 1. C. de Relation. 45
L. 14. C. de Appellat. 286
L. 7. C. quand. prouoc. non nec. 52*
L. 1. C. de interdictis 31
L. 1. C. de Aedific. priuat. 376
L. 1. C. quae ſit long. conſuetud. 342. 376
L. 2. Eod. 207. 34
L. 30. C. ad L. Iul. de adulte 33
L. vn. C. de Mutation. nomi 25
L. 3. C. de Crimin. ſacrileg. 38
L. vn. C. quand. ciuil. act. cr minal. 23
L. 3. C. de quaeſtion. 379. 40
L. 12. C. de poen. 40
L. 1. C. de iur. & fid. haſt. fiſca 13
L. vlt. C. de decret. ab ord. fa 52
L. 2. C. de excuſ. muner. 40
L. vlt. C. de decret. decur. 52
L. 2. C. de erogation. mil 35
L. 9. C. eod. 37

E NOVELLIS.

Nou. I. cap. 1. §. 4. 400
Nou. XXIII. cap. 2. 364
Nou. LX. cap. 2. 370
Nou. LXXXII. cap. vlt. 408
Nou. CXIII. 40
Nou. CXV. Praef. 35
——— ——— c. 5. 14
Nou. CXXV. 40

E IVRE POSTIVSTINIANEO.

Theophilus 84. 85.* 87.* 123.* 296. 332. 345. 377. 403. 405
Baſilica 11
Scholiaſt. Baſilic. 29
Nouell. Leonis XCII. 308. 35

IN

INDEX II.

AVCTORVM VETERVM ET RECENTIORVM QVI LAVDANTVR, ILLVSTRANTVR, EMENDANTVR, NOTANTVR.

A.

Adinifa (*Cand.*) pag. 386
ab Alexandro (*Alexand*) 245
ab Almeloueen (*Theod. Ianf.*) 100*. 175*
Alteferra (*Ant. Dadin*) 351
Amaya (*Franc.*) 96* 133*
Ammianus Marcellinus 372
Aaonius (*Ioan*) 132
Appianus 76*
Apuleius 111. 104* 149
Aristides Rhet. 365
D'Arnaud (*Georg*) 213. 223 242. 311. 338
Arntzen (*Henr. Io.*) 222
Asconius Paedianus 25. 102 282. 290. 292
Auctor ad Herennium, 227. 286 337. 338. 341. 346
Auctor dialog. de cauf. corrupt. eloq. 180. 271. 305
Auctor ad Pifon. 125
Aueranius (*Ioseph*) 27*. 138*
D. *Augustinus* 187
Augustinus (*Anton.*) 62. 75* 100.* 208. 360
Aufonius 23. 201. 410

B.

Bach (*Io. Aug.*) (*15. 28. 33. 39. 48. 67. 76. 100. 138. 185.*) 194. 223. 232. 234. 261. 262. 282. 293. 296. 305. 328. 331. 333. 337. 349. 358. 362. 398. 400.
Balduinus (*Francifc.*) 34.* 192 207. 236. 242. 254. 296 299. 308. 331. 338. 370 375. 398. 399
Bellendenus (*Guilielm.*) 201. 206
Bertrandus (*Ioan.*) 186. 356 367. 368
a Beyma (*Jul.*) 20*
Boehmer (*Just. Henning.*) 23*
a Boeckeln (*Chr. Otto*) 301 306. 352. 369
Bottereau (*Renat.*) 153.* 393 *420
Brenckman (*Henr.*) 93.* 222
Brettus (*Carol.*) 31.* 66.* 73.* 84.* 190. 232.
Briffon (*Barnab.*) 22.* 34* 40. 120.* 124.* 133. 148* 185. 231. 307. 317. 364. 400
Broidaeus (*Philip.*) (*43. 44. 56 72. 110. 115*)
Bruce (*Andr.*) 400
Brunquell (*Io. Salom.*) 232. 240 256. 301. 306. 398. 421
Budaeus (*Guil.*) 65.* 130. 138 195. 237
Burgius (*Petr.*) 370. 390
Burmann (*Petr.*) 56.* 100* 213
von den Bufch (*Gerh.*) 336
van Bynkershoeck (*Cornel.*) 126.* 149.* 190. 206. 220 279. 293. 317. 365. 371

C.

Iulius Caefar 133.* 134*

Cannegieter (*Henric.*) 249
Cannegieter (*Herman.*) 301 305. 306. 318. 352
Capitolinus 246. 363. 394
Casaubonus (*Isaac*) 38* 78* 249
Cataneus 59*
Censorinus 276
Charondas (*Ludouic.*) 34* 93* 200. 294. 378. 382. 390 404. 417
Chladenius (*Ern. Mart.*) 244 267. 282
Cicero 26. 32. 36. 39. 45. 56 67. 72. 83. 86. 88. 89. 92 102. 103. 134. 143. 144 147. 148. 149. 165. 166 168. 169. (*14. 15. 27. 30 36. 38. 44. 52. 56. 68. 69 76. 87. 90. 92. 93. 94. 100 109. 112. 113. 123. 124. 133 148. 166. 167*) 180. 181 182. 191. 193. 194. 199 201. 205. 209. 213 seq. 220 231 seq. 241. 247. 262. 267 282. 286. 288. 289. 290. 292 302. 304. 307. 311. 320. 322. 327. 333. 336. 339 341. 342. 346. 358. 361 419
Cocceii (*Gerhard*) 293. 317 399. 404
Columella 135
Conanus (*Franc.*) 153.* 155* 238. 289. 298. 305. 347 400. 405
Conradi (*Franc. Carol.*) 51* 186* 248. 294. 360
Conradi (*Io. Ludou.*) 238. 367
Contius (*Anton.*) 400
Corasius (*Ioan.*) 28
Corradus (*Sebast.*) 338. 358
Corsinius (*Eduard*) 77.* 104* 175.* 246
a Costa (*Ian.*) 54.* 140.* 264
I.B. a Cramer (*Io. Vlr.*) 193
Crell (*Chr. Lud.*) 128* 345
Cuiacius (*Iacob.*) 29. 145. 149 (*17. 23. 31. 41. 54. 73. 96 105. 116. 153. 157. 158. 162 174*) 185. 190. 191. 194. 212 236. 237. 239. 259. 293. 295 297. 317. 334. 335. 346. 364 377. 382. 390. 398
Cuperus (*Gisbert.*) 131*
Curtius (*Iacob*) 18* 20* 153* 249
Curtius (*Mich. Conrad*) 37* 175*
Cyprianus 126. 205

D.

Dempster (*Thom.*) 207
Diemar (*Io. Guil.*) 25*
Dio Cassius, 70. 74. 78. 88. 99 193. 202. 209. 250. 335
Diodorus Siculus, 205
Dionysius Halicarnas. 36. (*15 16. 21. 22. 36. 102*) 205 311. 312. 313. 32[illegible]
Doodwel (*Henr.*) 109* 27[illegible]
Drackenborch (*Arnold.*) 104[illegible]
Duarenus (*Franc.*) 18[illegible]
Ducker (*C. A.*) 42[illegible]

E.

Eberlinus (*Georg.*) 76* 29[illegible] 306. 317. 361. 39[illegible]
van Eck (*Cornel.*) 16[illegible]
Ernesti (*Io. Aug.*) (*15. 16. 21 29. 38. 52. 71. 87. 98. 11[illegible] 129. 169*) 231. 240. 25[illegible] 27[illegible]
Eunapius 35[illegible]

F.

Faber (*Anton.*) 50.* 157* 39[illegible] 40[illegible]
Faber (*Nicol.*) 11
Faber (*Petr.*) 260. 33[illegible]
Fabricius (*Franc.*) 35
Fabricius (*Jo. Alb.*) 38
Fenestella 13
Ferrarius (*Fr. Bern.*) 11[illegible]
F[illegible]

Ferratius 28*
Festus 15.* 36. 63. 66. 81. 106. 123. 134.* 135. 183. 187. 208. 231. 258. 296. 306
Florus 81. 208
Foerster (*Val. Guil.*) 377
Foquelinus (*Anton.*) 219
Fornerius (*Guilielm.*) 52.* 148.* 153* 260
Fornerius (*Radulph*) 17.* 36*

G.

Galuanus (*M. Aur.*) 315. 420
Gaudentius (*Pagan.*) 319
Gebauer (*Ge. Chr.*) 86.* 90.* 187. 356
Gellius 17.* 28. 44. 61. 75.* 87.* 102. 123.* 124.* 126.* 133. 198. 258. 316. 319. 322. 354. 360. 361. 362. 405
Gothofredus (*Dion.*) 149*. 231
Gothofredus (*Iac.*) (*32. 52. 125. 126. 174. 175.*) 231. 265. 363. 368. 379. 383. 385. 386. 388. 391. 392. 396. 417. 419
Goueanus (*Ant.*) 223. 288. 293
Graeuius (*I. G.*) 34.* 91.* 97.* 320
Grauina (*Ian. Vinc.*) 149.* 301. 306
Griebner (*Mich. Henr.*) 334
Gronouius (*Io. Fr.*) 73.* 87.* 169.* 185. 194
Gronouius (*Laur. Theod.*) 17*
Grotius (*Hugo*) 193
Grotius (*Guil.*) 186. 356. 362
Gruchius (*Nic.*) 66.* 73*
Gruterus (*Ian.*) 30.* 77.* 80.* 91.* 236
Guadagni (*Car. Leop.*) 197
Gudelinus (*Petr.*) 370. 408
Gundling (*Nic. Hier.*) 18*
Gutherius (*Iac.*) 352. 369. 378. 380. 388
Gyphanius (*Hub.*) 34.* 398

H.

Haloander (*Gregor.*) 65. 121* 391
Heineccius (*Io. Theoph.*) (*12. 22. 31. 32. 54. 55. 77. 107. 186.*) 200. 201. 206. 231. 249. 296. 301. 313. 315. 378. 393. 398. 408. 413. 415
Hellfeld (*Io. Aug.*) 301. 304
Henryson (*Ed.*) 191
Heraldus (*Desid.*) 148.* 149.* 154.* 155.* 287. 293. 301. 327. 333. 340. 347. 348. 370. 375
Hesiodus 129
Hesychius 181
Hofacker (*Car. Chr.*) 305
Hoffmann (*Chr. Gott.*) 185.* 281. 301. 375. 378. 398
Hoffmann (*Io. Guil.*) 390
Hoffmann (*Io. Tob.*) 383
Hommel (*Ferd. Aug.*) 153*
Hommel (*Car. Ferd.*) 21.* 220. 293
Hopp (*Io.*) (*25. 69. 75. 77. 85. 90. 93. 174.*) 240. 266
Hotmanus (*Franc.*) 56.* 62. 91.* 199. 281
Horatius 28. 126.* 127. 128
Huber (*Vlr.*) 48.* 399
D. Hyronimus 258

I.

de Ianuario (*Aur.*) 211
Iauchius (*Sigm. Reich.*) 53.* 417
Ienichen (*Gotl. Aug.*) 256
Iensius (*Io.*) 389. 390. 414
Isidorus 21
Iuretus (*Franc.*) 275
Iust (*Coel. Aug.*) 301. 302. 305. 333. 360. 410
Iustinus 132*
Iuuenalis 135. 219. 262. 338

K.

Keuffel (*Car. Ant.*) 309
Knorre (*Car. Gottl.*) 25*

Krebs

Krebs (*Io. Tob.*) 39* 74*
Küstner (*Chr. Guil.*) 51*

L.

Labittus (*Iac.*) 417
Lactantius 17* 368
Lampridius 17* 196. 363
van Leewen (*Simon.*) 73*
van Leuwen (*Io. Dietr.*) 17* 85*
a Leyser (*Augustin*) 225. 227. 302
Lipsius (*Iust.*) 22* 77* 80. 100* 104* 160* 240, 419
Livius 15* 20. 36. 73* 89. 99. 102* 106. 134. 194. 200. 279. 281. 312. *Epitom. Liu.* 101*
Louardus (*Car.*) 149* 281. 282
Lucanus 132

M.

Macrobius 124* 206. 344
Madihn (*Ge. Sam.*) 305
Madihn (*Gotfr. Lud.*) 36*
Manutius (*Paul.*) 62. 79. 199
Marlianus 131
Martialis 22* 113* 127. 131* 136. 188. 209
Martini (*Car. Ant.*) 305
Maternus de Cilano (*Ge. Chr.*) 54* 67. 267
Mascov (*Gotfr.*) (*31. 116. 149. 153*) 222. 255. 296. 356. 366
Masson (*Io.*) (*59. 77. 79. 80. 90. 109*)
Menagius (*Aegid.*) 250. 390
Menken (*Io. Burch.*) 133*
Merillius (*Emund.*) 34* 222. 228. 254. 255. 329. 379. 411
Meursius (*Io.*) 187
Midleton (*Conyer.*) 308. 358
Minutius Felix 125
Moinardus (*Ios.*) 126*
van der Muelen (*Guil.*) 19* 54* 232. 250. 293. 298. 280. 403
Muretus (*M. A.*) 37* 192. 193. 317. 400. 404
Mylius (*Io. Henr.*) 187. 360

N.

Nerius (*Ios.*) 247
Nettelbladt (*Dan.*) 318. 354 355
Noodt (*Gerh.*) (*16. 17. 38. 83. 84. 91. 93. 121. 153. 155. 157. 163. 185*) 232. 235. 260. 266. 378. 394. 421
Noordkerck (*Herm.*) 93* 157* 147* 190. 260. 262. 265. 301. 305

O.

Comes ab Oettingen (*Fr. Lud.*) 235
Olearius (*Io. Gottl.*) 12*
Orizellarius (*Bernard*) 66* 70*
de Oroz. (*Hyronim.*) 400
Otto (*Everard*) 62* 96* 148* 299. 365. 368
Ouidius (*52. 54. 55. 56. 59. 77. 90. 124*) 70. 128. 129. 132. 134. 192. 310. 312. 315

P.

Pacius a Beriga (*Iul.*) 153* 154* 300. 330. 406
Pagi (*Anton.*) 386
Panzirollus (*Guid.*) 133* 185. 282. 369. 394
Pauw (*Guiliel.*) 95*
Perenonius (*Petr.*) 116* 367. 372. 442
Perizonius (*Iac.*) 15*. 21*. 249. 315
Persius 338
Phaedrus 51* 268
Pighius (*Steph. Vinand.*) 63* 203
Pitiscus (*Sam.*) 208
Plautus 31. ibid.* 87.* 89. 124. 126. 330
Plinius Maior 28. 98* 282. 332
Plinius Secundus 17* 42. 44. 45. 48* 57. 58* 60* 70. 72. 104. 108. 110. 111. 112. 113. 114. 125* 128. 130. 139. 141. 142* 144.

144. 155. 161. 163. 172. 180. 189. 194. 209. 210. 257. 276
Plutarchus 98, 129
Pollettus (*Franc.*) (*17. 26. 28. 56. 65. 69. 70. 73. 110. 111. 115. 126*) 188. 196. 210. 231
Polybius 65* 316
Prateius (*Pardulph*) 186
Preuotius (*Ae.*) 188
Püttmann (*Iof. Lud. Ern.*) 112* 138* 140* 156* 193. 270. 295. 307. 323. 351

Q.

Quinctilianus 21. 22. 30. 32. 42. 43*. 46*. 48*. 56. 57. 67. 68*. 71. 72*. 95*. 107 108*. 110. 128. 136. 138*. 144. 148. 150. 158*. 161. 189. 209. 213. 232. 237. 253. 271. 290. 309. 322. 325. 344 372. 374

R.

Raenard (*Iac.*) 18. 29. 31*. 33. 52*. 54. 73*. 78*. 88. 91*. 93*. 104*. 107. 119.* 122. 135. 137. 191. 232. 290. 301
Rau (*Chrift.*) 238
Reinold (*Bern. Henr.*) 75*. 186. 194. 360
Reland (*Petr.*) 386
v. Renneffe (*Conftant. Iac.*) 139
Richei (*Ioan.*) 332
Richter (*Io. Godofr.*) 346
Ritter (*Io. Dan.*) 32*. 77*. 362
Rittershufius (*Conrad*) 41*. 393 408
Rivinus (*Andr. Flor.*) 248
a Rosbach (*Emeric.*) 293
Rofinus (*Io.*) 73*. 188. 200
Rupertus (*Ge. Ad.*) (*37. 89. 105. 159. 161*) 194. 250. 293. 314. 318

S.

Salluftius 65*
Schilter (*Io.*) 50*
Schleuogt (*Gottl.*) 301. 302 306. 334. 352. 420
Schoepflin (*Io. Dan.*) 133*
Scholiaftes Iuuenal. 127*
Schorch (*Hier. Fr.*) 129* 188
Schorch (*Chr. Fr. Im.*) 317
Schubarth (*Georg.*) 54*. 56*. 76* 281. 301. 352
Schulting (*Anton.*) (*37. 38. 39 46. 84. 101. 105. 116. 161 170* 186. 227. 231. 254. 259 365. 383. 394
Seeger (*Io. Theoph.*) 301. 356
a Segner (*Io. And.*) 111*
Seneca 20. 21. 22. 25. 27* 28 32. 45. 46*. 121. 133*. 135. 148*. 158* 164. 231. 274. 390
Sidonius Apollinaris, 17*. 77*. 189
Sigonius (*Carol.*) 33*. 35* 37 40. 42. 69*. 91* 97. 101* 104*. 116. 136. 191. 207 232
Socrates 386
Spartianus 17* 77* 196. 363. 370. 420
Statius 125. 136
Stenger (*Io. Hyron.*) 32*
Stieglitz (*Io. Conr.*) 19*
Strauch (*Io.*) 372. 380
Suetonius 16. 17* 20. 22* 29* 38* 46* 51. 54. 58* 59* 87* 103. 125* 126* 131* 136. 169* 195. 209. 210. 231. 236. 250. 251. 256. 261. 273. 324
Symmachus 140* 175* 275. 369. 379. 383. 388. 390

T.

Tacitus (*37. 57. 58. 59. 74*) 80. 99. 101. 124. 187. 245. 249. 279. 353. 362. 419
Taubmann (*Frider.*) 31*

Teren-

INDEX III.
RERVM MEMORABILIVM.

A.

Accipere litem 18*
Acclamationes in CVirali iudicio 113
Accusatio inofficiosi testamenti 147*
Actiones accuratas CViri exigebant, & quare 60. 139*
—— plurib. ex vno delicto prouenientib. experir. lic. auct. rer. iud. obtin. 411
—— legum 32. eas tantum pontifices non interpretati sunt 317. an cum iis simul disp. fori orta 314
Actio inofficiosi testamenti 147*
—— nomen generale est & interdictum & praeiudic. complectitur. 95*
Actorum partes in consistorio habitor. 400. seq.
Aduocati in CVirali iudicio num iuuenes 180
Adoptiones gentibus obfuerunt 249. fictae. 249
Aebutia lex. v. *Lex Aebutia.*
Aelia Sentia lex. v. *Lex Aelia Sentia.*
Aequitas, ciuilis quasi fuit interdum 349
—— saepe suspiciosa 221
—— eam an redoleant capita iur. civ. disp. for. inducta 349 seq.
—— eam secuti Impp. in iudicando 379. seq.
Agnationum causae v. *Caus. agnat.*
—— cessarunt sub Impp. fere, & quare 249
Album Praetoris 30 seq. num duplex. 31*
Animus repudiantis hereditat. patern. 154*
Annorum numerus ad inducendam auctor. rer. iud. haud definiendus 341
—— cur a Iustiniano in pubertate certus sit constitutus 255
Appellatio a CViris sub Rep. non permissa. 50
—— sub Impp. licita. 52* seq.
—— Impp. CViris obfuit 244
—— an Disputationem for. sustulerit 358
—— a Principe non fit 403
Applicationis ius 169*
Arbiter rem iudicatam non facit 288
Arbitrorum duplex genus 27*
Arbitrium 27* eius a iudicio strict. iur. discrimen *ibid.*
Assessores, qui 17* iudicum *ibid.* magistratuum *ibid.* Principum *ibid.* 363
—— de iure disputarunt, in priuatis iudic. 319. in audit. Praefect. Pr. 371. in consistor. Princip. 365

Assesso-

Affeffores CViri non habuerunt. 65*
—— pluribus magiftratibus adfider. fub Iuftin. non potuerunt 370
—— Salaria a ciuitatibus acceperunt 371
Auctoritas rei iudicatae 278. rerum iudicatarum 291. rer. a CViris iudicatar. 291
—— feparatum fontem iuris civ. conftituit 292. & ob quas rationes 330 feq. in fpecie quoad CViros 334. feq.
—— a Papiniano in definitione I. C. omiffa 297. feq.
—— eius fpecies eft difp. fori 306. 307. antiquior difputatione for. 329. feq.
—— aequum ius num conftitutum ea 349. an certum 347
—— e decretis Principum venit 396. feq.
Auctoritatis rer. iud. requifita 335. feq.
—— exempla 409 feq. Vid. *difputat. fori. iudicatum. Res iudic.*
Augufti lex, vt fententias a ICtis petant iudices, num difp. for. & auctorit. rer. iud. fuftuler. 355. feq.
Auditorium Principis locus iudicii 364. in eo difputatum 366
—— Praefector. Praetor. 371

B.

Bafilicae, quid 129. vnde dictae *ibid.* ftructura *ibid.* Argentariorum 130* in eis CViri non foli fuerunt 128. feq.
Bafilica Iulia 131.
Biennio an querela inofficiof. teftam. exclufa olim 155. 156*
Bonorum poffeff. Praefect. Vrb. non dedit. 104* feq.

C.

Capita legum inftar legum fingular. laudantur 36*
Capitales caufae, quae, 56. an in CVirali iudicio principaliter tractat. 54. feq. an incidenter 49*
Caufa, quid 55* publica, *ibid.* priuata *ibid.* quatenus exilis dicatur 68
Caufae agnationum CVirales fuerunt 143. quare fub Impp. defierunt effe 245
—— cognitio antecedit decretum princip. 379
—— extraord. cognitionis 18. 19
Caufae CVirales quae 231. agebantur vel in duplici vel quadruplici iudicio 109. feq. an definitae olim 232. nominantur iudicia 135. 231. 252. funt apud iudic. pedan. actae 30* 332. fub Impp. deminutae & ex quibus caufis 244. Ad eas crimina principaliter non fpectarunt 54. incidenter tamen 49* Diuerfi generis fub Impp. 251. 257. feq. diuerfae apud vtramque haftam eodem tempore actae 110. leuis momenti & exiles 108. CViralium partes an duplicia confilia Xvirûm & CVirûm habuerint 107
Cau-

Causae gentilitatum, CVirales 143. quare cessauerint 244. 250
—— hereditariae, an duntaxat apud CViros sub Impp actae 144. 240 seq.
—— libertatis. v. *liberalis causa.*
—— seruitutum CVirales 143. magis definitae 248.
—— stillicidiorum, CVirales 143. etiam a priuato iudice cognitae 30* 233
—— tutelares, CVirales 143. ante M. Antoninum adhuc tales fuerunt 256. quare postea esse cessarunt 246 seq.
—— vsucapionum, CVirales 143. quare tales esse desiisse videntur 347 seq.
Causidica ambulatio 131
Centumuir & priuatus iudex an differant 43
Centumuirale iudicium, quid 40. 41* quando & quare institutum 63. 64* num a priuatis iudiciis differat 42 seq. an populare dici queat 41* 54. non habuit formam publici iudicii, & quare 54 seq. quae personae illud constituerunt 61. quibus diebus actum 126. an ei praeiudicium fieri potuerit v. *Praeiudicium.* Ei praesidebat Praetor vrbanus 104 seq. quod munus in eo Xviri stlit. iud. obierint 97. quis cogit 69. quatenus splendore aliorum iudicior. obrutum 67. 68* in non quatuor tribunalia tributum 67. differri potuit 45. an ab eo appellatio admissa vid. *Appellatio.* quosque floruerit 173. an eo solennis conuentus a Praetore indictus 123. in eo disputatum. vid. *Disputatio* & *CVir.*
CViralis hasta v. *hasta.* sententiae formula 163. 164
—— iudicii partes duae 109. Subscriptio 140 seq.
CViri vnde dicti 66. quomodo creati *ibid.* an in comitiis tributis *ibid.* an magistratus *ibid.* vbi conuenerunt 130 seq. quando a Praetore adhibiti 46* 234. num tempore Ciceronis diuisis tribunalibus iudicauerint 67. num crimina cognouerint 49* 54* num de facto 46* causas iuris grauissimas iudicarunt 46. an ad certum tempus iudicauerint secus ac iudices priuati 44. 181. quas causas cognouerunt vid. *Causae CViral.* merita conquerentium ponderarunt 152. dignitatem heredum aestimarunt 162. 163* quae in iudicando praesertim obseruarunt 156 seq. in tribunalibus sederunt 44. 181. Eorum numerus auctus 70. sollicitas actiones exegerunt 60. 139* quare iis hasta praefixa 137. Eorum ambitiosa decreta 52* 54. 112* Disputarunt ipsi de iure & quare 321 seq. de pubertate 254. 256. etiam sub Impp. 372 seq. quando desierint disputare 373. Leges in iudicando obseruarunt 325. Commenta & fictiones in sententiis fecerunt 351. de seruis hereditariis quaestionem habere potuerunt 259. causam Curianam perperam deciderunt 221. Orationes speciosas saepe nimie aestimarunt 112* Laudabant patronorumorationes 112

Certum ius vid. *ius certum.*
Cicero Decemuir stlit. iudic. non fuit 76*
Clepsidra 111
Cogere iudicium 69*
Cognitio proprie quae 15. extraordinaria 16* quae causae cognit. extr. sint 18. 19. de fideicommissis cui competebat 236 seq.
—— planaria 19. praetoria a iudicio discernitur 16. a iurisdictione *ibid.*
Cognitionales dies 116 seq.
Commentitium ius, a ICtis tantum non est profectum 351.
Commenta fecerunt CViri 351
Comites consistoriani consultationes dederunt Impp. 360. ex eorum suggestione decreta facta 368. Principi cognoscenti adstiterunt 363. 388
Confabulationes, an ICtorum in auditoriis Princip. disputationes dici queant 369
Consensus tacitus populi ad conciliandam rebus iudicatis vim legalem necessarius 341. vnde eliciatur *ibid.* an vniuersi populi requiratur 344 seq.
Consensu receptum ius vid. *receptum.*
Consiliarii Principum vid. *Assessores.*
Consilium absolute positum de Manumissione e L. Ael. Sent. intelligend. 85* exercere & praebere num differant 119* seq. cur exercere nequeat is cui mandata iurisdictio 121*
—— iudicium quid 71* CVirorum quid *ibid.* an ab initio talia adfuerint 67 seq. quot fuerunt 71* Duplex ab vtraque parte Praetor habuit 107. Singulis hastae praefixa *ibid.*
—— Principum e ICtis 364. ex eius opinione decret. fact. 368. cum consilio se collocutos esse Impp. testantur in decretis 364
—— Praetoris ordinarium 17* 84* in Manumissione e L. Aelia Sentia an Xviri stlit. iud. effecerint. 84*
—— Praesidis in prouinciis XX recuperator. peregrin. 86
Consistorium principis, iudicium est 364. an apud illud summa iudiciorum potestas post Constantinum M. 173* 175. in Consistorio habitorum actorum partes 400 seq. disputationes ICtor. 366
Constitutio Principis cur Lex dicatur 401
Constitutiones Principum saepe nominantur decreta 378
—— —— —— personales 405 seq.
Consuetudinis epitheta 342
Consuetudinarii iuris pars est auctoritas rer. iudic. 292. 345
Consultatio, quid? 388
Consules olim nominati Praetores 15* suffecti a ICtis saepe laudantur 101
Contestari litem 18*

Conuentus varii significatus 87* in prouinciis tantum habitus 123. an illum in Vrbe Praetor indixerit 122. 123* num talis fuerit CVirorum consessus 123
Crimina publica directe in Remp. commissa 35. Reges ipsi cognouerunt olim 36. quis deinde ante quaestiones perpetuas 36. *ibid**. CViri haud cognouerunt principaliter 49*. 54*

D.

Dare iudices ad iurisdictionem spectat 26*
Decaprotiae munus mixtum disp. for. 421
Decemuiri stlitibus iudicandis, quando creati 63. 73* an eodem tempore, quo triumuiri capitales, orti 81. Quare instituti 73* cur stlitib. iudicand. dicantur 73* 81. a Praetore tamquam iudices adhibiti 90* an iidem cum Xviris in consilium a Praetore in manumissione e L. Aelia Sentia adhibendis 83. seq. num ab initio magistratum gesserint & e XXVIviris fuerint 73. quando tales facti 76* an ex Equitibus lecti 78 79. Eorum numerus an auctus 74* quousque durauerint 77* an maiores iudices nominentur 92. 93* 95
—— iudicia exercuerunt 82. an iurisdictionem habuerint 88. 90* quas causas cognouerint 91. seq. num de solis liberalibus 92. 94* sub Impp. iudicandi munus amisisse videntur 75*
—— e CVirorum corpore non fuerunt 78. CViros coegerunt 69. illud munus ab initio non habuerunt *ibid.** singulis tribunalibus CViror. assederunt 97. 142. quali munere in CViral. iudicio functi 97. 98* num idem in CVirale iudicio praestiterint, quod iudex quaestionis in publicis *ibid.* 142
Decemuiratus inter dignitates minima 77* ante quaesturam in inscriptionib. ponitur 80
Decemuirûm magister 97. 98*
Decreta varia Praetores in eadem causa dare non debebant 339
—— ambitiosa 52*
Decreti dies vid. *dies decreti*
Decretum Principis quid 377. causae cognitionem postulat 379
Decreta saepe denotant omnes species constitutionum principalium 378. interdum rescripta nominantur ita 379. allegantur a ICtis & quomodo 381. seq. e consiliis ICtorum & disputatione facta 363 vt & ex consultatione Comit. Consist. 368. Leges edictales non fuerunt 381. generales esse leges negauit Valentinian. Imp. 387. 393 seq. quando ab initio tales fuerunt 380. 390. quomodo vim legum nacta 396 seq. constituunt auctoritatem rer. iudic. & disp. fori sub Impp. 397. a Iustiniano vim legum acceperunt 399
Decretorum exempla 400. seq. libri Pauli vid. *Libri decretor.*
Decuriae iudicum selectorum quid 38* 39*
—— priuator iudicum num adfuerint 28* seq.
Decurias iudicum expungere 179

Decurias Scribarum 117*
Delicta priuata 40*
Dies cognitionales 118* iis CVirale iudicium edictum 126. decreti 115 seq. 118. feriati 124. intercisi 124* iudicarii & sessionales 15. nefasti 124* ominosi *ibid**. postulationum die quid fiebat 116 seq. sessionales v. *iudiciarii.*
Disputatio fori, quid 308 seq. species auctoritatis rer. iudicatar. 306 seq. 326. formulae quibus denotatur 295. an sola doctrinalis de XII. Tabb. 303 seq. an a Pontificibus instituta 303. 304. non omnis dissensio in iudicio eam efficit 304. Disputationes patronorum ad eam non pertinet 305. 326. Assessorum 319. 365. 371. Eius origo coniicitur 315 seq. de Legibus & aequitate fuit 309. 316. statim post XII. Tabb. non fuit 313. an simul cum actionibus legum nata 314. ad mediam pertinet iurisprudentiam 315. philosophiae studio exculta 318. in CVirale iudicio fuit & quare 46*. 321. adhuc sub Impp. 371. quando ibi desierit 373. in reliquis priuatis iudiciis sub rep. 320. sub Caesaribus fuit 363. e decretis Princip. venit 397. post Constantini M. deferbuisse videtur 368 seq.
Disputationis fori interitum sub Impp. an statuere possimus 357. an orationes principum effecerint 352. an sectae ICtor. *ibid.* an Augusti lex qua vetuit iudicibus a ICtor. respons. recedere 355. an imperitia iudicum 358 seq. an appellationes ad Impp. *ibid.* an relationes ad Impp. 407. exempla in Principum auditoriis 366. in Praefectorum Praetor 371. CVirorum 321. 373. an ex ea praecepta iuris nata 406 seq. an e CViror 408. quomodo nata 323 seq. Requisita vid. *auctoritat. rer. iudic. requisit.* exempla capitum iuris disputatione for. constitutor. 409 seq.
Dissimilia iudicata, quae? 337. ius certum efficere non possunt 340 seq.
Duplex album v. *Album duplex.*
Duumuiri 89. iudicarunt de crimine perduellionis. *ibid.*

E.

Edicta magistratuum post Edictum perpetuum num cessauerint 375
—— Praefectorum Praetorio magnam auctoritatem habuerunt 408
—— Principum leges sunt generales 392. SCtis non sunt confirmata 402
Exceptio inofficiosi testamenti 146*
—— praeiudicialis an a CViris admissa 47* seq.
Exempla capitum quae disputatione fori & auctorit. rer. iudic. obtinuer. 409 seq. decretorum Princip. 460. disputationum in auditorio Principum 366. in Magistratuum iudiciis 371. in CVirali 373

Exhe-

Exheredare liberos & praeterire parentibus olim licuit 146
Exheredatio iniuria 148*
Exheredatorum merita ponderarunt CViri 15.*
nec Exheredatus, nec institutus a parente, heres vt sit, an disputatione fori obtinuerit 410
Expedire per libellum & de pleno cognoscere idem est 20*
non possunt quae causae cognitionem exigunt ibid.*
Expungere decurias 179

F.

Fata causarum 390
Feriarum diuersae species 124 seq.
Feriae messis & vindemar. ante M. Antonin. adfuerunt 125*
num statiuae sint ibid.*
Feriae indictiuae sub Rep. fuerunt 126*
Feritati dies qui 124
Fictiones CViri in sententiis fecerunt 351
Fideicommissa a CViris non cognita & quare 236. apud quem petenda 237. formula non petuntur 237
Fori disputatio vid. *Disputat. fori.*
Formae Praefector. Praetor. 408
Formula acclamandi patronis causar. 139. postulandi iudices a Praetore 25. Praetoris in dando iudice 26. qui cadebat, causa cadebat 32. quis cecidisse videbatur *ibid.* pronunciatae a CViris sententiae 163. 164* futurae sententiae CViri non habuerunt 138* FCissa non petuntur 237. post magnas varietates obtinuit, disputatione fori aliquid inductum esse designat 295. Diu dubitatum, tandem obtinuit *ibid.* etiam de Sectarum dissensionibus vsurpatur *ibid.* cum consilio 364
Formulae solennes quibus partes iur. ciuilis secernuntur 295. quibus auctoritas rer. iud. & disputat. fori indicatur *ibid.* actionum in albo a praetore propositae 30
Formulariae iurisprudentiae causa 32*
Fortunae iudicium 390. de priuatis causis etiam dici potest 55*
Forum iudicium notat 306. in foro conuenerunt olim CViri 128. in eo tribunal. fuit 21*. pax in foro 305

G.

Gentes sub Impp. confusae 249
Gentilitatum causae CVirales 143. quare desiisse videntur 244. 250
Gentilitia successio exoleuit 251
Gesta tyrannorum infirmarunt legitimi Principes 395
Gladius iudicii publici index 37

Glaucia lex. v. *Lex Glaucia.*
Glicia lex. v. *Lex Glicia.*

H.

Hasta vnde dicta 132. origo *ibid.* quotuplex *ibid.* supremae potestatis index 137. quare CViris praefixa *ibid.*
—— CViralis an eadem cum decemuirali & praetoria 135 seq. Decemuiralis an propria fuerit 137. in hastas duas diuisae partes CViralium causarum 107. hastae singulae duplicibus consiliis CVirorum praefixae. *ibid.* Hastae iudicium 136
Heredis institutio honor 148
Hereditarias controuersias solas an sub Impp. CViri iudicauerint 144. 240 seq.
ad Hereditatem solus admittitur, qui in querela inofficiosi obtinuit & quare 153. 154
Hereditatem pecunia accepta omittentem pro herede se non gerere d. f. obtinuit 417 seq.
Hereditatis petitio num absolute vocetur CVirale iudicium 145. 243
Heredum merita ponderarunt CViri 162 163*
Honor institutionis 148

I.

Iauolenus Prisci nomine venit 255
Icosaprotiae munus, mixtum fori disputatione 422
Imperatores aequitatem in iudic. obseruarunt 379. nominantur iudices 365. Decreta saepe ex alio quam constituto iure fecerunt. 379. 382. legitimi tyrannorum gesta infirmarunt 395. constitutiones easdem repetierunt 394. Eorum aetate an cessauerit disputatio 351 seq. res iudicatas aestimarunt 374. Eorum aetate auctoritas iudicii CViralis decreuit & quare 244. Vid. & *Princeps.*
Iudex priuatus qui 25. pedaneus vnde dicatur *ibid.** priuatus & pedaneus idem 24. 42. simpliciter talis 26. priuatus & CVir num inter se differant 44. 181. priuatus qui sententiam dixit iudex esse definit 41. Priuatus de iure cognouit 46* 182
—— Maior 93*
—— Nummarius 52*
—— Tutelaris 246
—— Quaestionis & eius munus 37. num magistratus iste fuerit 38* vocatus princeps iudicum 37
Iudices a praetore dati formulis adstricti 26. an ab initio adfuerint 15*
—— selecti in quaestionibus perpetuis adhibiti 38. 39

Iudices dare ad iurisdictionem spectat 26
—— LL. interpretes dicuntur & quo sensu 333
—— priuati in subselliis sedebant 44. 81
Iudicum nomina speciatim a ICtis non expressa 263. priuatorum decuriae 28* selectorum decuriae 38* imperitia an disputat. fori sustulerit 358. Consilia 71* Princeps 37. lectio per praetorem iuratum 39. selectorum sortitio 39. reiectio & subsortitio *ibid.* Disputatio, fori disputationem efficit 308
Iudicatum quid 286. CVirale 287. e legibus & consuetudine num diuersum 346
Iudicata ad partes I. C. referuntur 292. plura ad ius constituendum necessaria 336. Similia quae 339. Dissimilia 337. ex iis ius certum constitui nequit 340. Eorum tenor spectandus 340. Vid. *Res iudicata.*
Iudiciarii dies v. *Dies.*
Iudiciorum mos v. *Mos.*
Iudicium quid 15* priuatum *ibid.** 24. ordinarium quid 25* ab initio non adfuit 15* stricti iuris 26. eius ab arbitrio discrimen 27. in eo causae cognitio necessaria *ibid.** bonae fidei 26* in eo saepe disputatum 320. extraordinarii iuris 14* Iudicium populare 34*
Iudicium publicum quid 15* 33* ordinar. 33.* extraordinarium *ibid.* 34* a quo olim exercitum 36. de eius forma leges 40. tale non fuit CVirale 54 seq. ipsius ordo aliquo modo cum CVirali conuenit 138*
Iudicium CVirale pro causa CVirali 195. 231. 252
Iudicium Curianum 165. 212. de eo testimonia Veterum 215 seq. male a CViris iudicatum 221 seq.
Iudicium Septemuirale 192. seq. num pro CVirali substituendum 185 seq.
Iurisconsulti nomothetae 334. ad disputandum in foro non conuocati 302. Principum consiliarii & Assessores 363. decreta Principum laudant & quomodo 381. decreta Principum diiudicant, non reliquas leges 382. principia e decretis in assiduam Iurisdictionem deduxerunt 397. formulis discernunt iuris ciuilis partes 295
Iurisconsultorum dissensiones omnes ad disputationem fori non pertinent 306. Consensus ad ius e moribus constituendum inprimis spectatur 345. Sectae, an disputationem fori extinxerint 352. 353 seq. Responsa succinctim sunt explicanda 96.* disputationes in auditorio Principum 366. Libri in indice florentino omissi 280. Vid. *Libri.*
Iurisdictio a cognitione Praetoris distincta 16. differt a notione mera 90* Vrbani & peregrini praetoris distincta 106. Praetoris tribus verbis inclusa 107. mandabatur quaestoribus prouincia-

Lex Iulia de vi 248
— Iudiciorum priuatorum 29*
— Metella de fullonibus a cognomine dicta 282
— Petillia XII. Tabb. derogauit 332
— Petronia ad CVir. pertinuit 262
— Plotia 248
— Porcia, ea data poenae quaedam in XII. Tab. positae cessarunt 332
— Publilia 101*
— Sempronia iudiciaria equites iudicia accipiunt 39
— Syluani & Carbonis a cognomine appellata 282
per Libellum expedire 20*
Liberales caufae, an a XViris ftlit. iud. tantum cognitae 92. 94* an a folis CViris 233. a CViris fub Impp. tractatae 260 feq.
Liberalis Praetor an adfuerit 269
Libertatis fummus fauor 96* 260. tutela publica 96*
Libri affefforiorum 3.1 feq. difputationum 306. Labeonis Praetor. Vrb. & peregr. 360 feq. Pauli decretorum 365. Codices Conftitutionum non fuerunt 382. Scaeuolae quaeftionum publ. tract. 367. Calliftrati cognitionum 368. Maeciani quaeftion. de Fideicommiffis 367. Vlpiani protribunalium 16* Eparchicon 408
Lis Vrbiniana 271
Lites legibus occafionem dederunt 392
Ludorum caufa Praetores poft Conftantin. M. inprimis adfuerunt 174*

M.

Magiftratus, iudices dicuntur 93* tales num fuerint Xviri ftlit. iud. 76* num CViri 66. Quatuor minores in XXviratu contenti, an omnes fimul creati 74* 77
cui Mandata iurisdictio, confilium exercere nequit 121* nec ea quae e fpeciali lege veniunt 122
Media Iurisprudentia 315
Merita heredum CViri ponderarunt 161 feq. exheredatorum 152
Mos iudiciorum 295. legum *ibid.** maiorum a Praetoribus in Edict transl. 332. moribus varia LL. XII. Tab. capita exoleuerunt *ibid.*
Munus decaprotiae & icofaprotiae mixtum difp. for. factum 420. iudicum non facile admittit excufationem 29*

N.

Nominatio in fcena iniuriofa 338
Nomen LL. a cognomine auctoris petitum 281

Nominum confusio sub Impp. 249. mutatio in testament. inposita 149. licita sub Impp. 250

O.

Occasionem legum continent lites 392
Orationes, speciosae CViros interdum seduxerunt 114. 221. principum num disp. fori sustulerint 352 seq. ad senatum missae leges generales sunt 392
Oratorum fides non vbique certa 222
Origo disput. for. 315
Optimum ius legati 414

P.

Pacta contra formam receptam inita an Disp. For. seruata 421
Papirianum ius exoleuit 312 continuit omnes LL. Regias *ibid.*
Paribus sententiis mota querela existentibus, quid CViri fecerint 158* in liberalibus causis *ibid.*
Patricii an studio ius incertum fecerint 311
Patroni causarum a CViris laudati 112. varia defendunt 222. 307 eorum disputationes ad fori Disp. non pertinent 305 307 326
Patronis causarum in CVirali iudicio certum orandi spatium praefixum 111. a CViris & populi corona acclamabatur 112. ab iis CViri exigebant accuratas actiones 60. 139*
Paulus Decreta Impp. taxauit 383. frequenter in auditorio Princip. disputauit 366. in Praefect. praetor. 371. eius libri Decret. 365
Philosophiae vtilitas in Disp. Fori 318
Pedaneus iudex 25* 181. idem ac priuatus 25* cognouit de causis CViralib. 30* 332
Peregrini recuperatores, qui 87* 80 num continui *ibid*
Peregrinus praetor, quo tempore creatus 63
Planaria cognitio, quomodo differat a cognitione pro tribunali 19. a summaria 20*
de Plano, quae causae cognoscebantur 139* seq. 23. Quod fit, extra ordinem fit 19. vnde recte legi possint 23
Pluralitas iudicatorum, cur ad ius inducendum necessaria 336
Poenae acerbiores LL. XII. Tabb. statutae cessarunt & mutatae sunt 332
Pomponiani fragmenti connexiones, non attendendae 75* 314
Pomponius ortum Disp. Fori non certe definit. 314 Xviros stlit. iud. sub Rep. magistrat. fuisse affirmare non videtur 74*
Pontifices de iure non disputarunt 303. quid fecerint ad dissensum euitandum 316. seq. an legum actionum notitiam tantum habuerint 317. ex eorum decretis ius sacrum constitutum 328

Populi consensus ad auctoritatem rer. iudic. constituendam necessarius 343. vnde eliciatur ibid.
Postulare in iure quid. 116
Postulationum dies, qui 115. iis quid fieret 117
Praefectus Praetorio obfuit Praetoribus 174. in eius auditorio disputatio 371. eius assessores 17* disputarunt 371. eius edicta magnam auctoritatem habuerunt 408. eorum sententiae ne LL. instar obseruentur Iustin. vetuit ibid.
Praefectus Vrbi, non dedit B. P. 104* seq. de criminibus cognouit 105* assessores siue consilium habuit 17* sub republ., Praetore instituto, absentibus Coss. non creatus 74* obfuit Praetoribus 174*. ad Impp. causas graues retulit 387
Praeiudicium, quid? 110. 290. quatenus ab actione distinguitur 95*. CVirali iud. fieri non potuit 47. Quomodo id intelligendum 48* seq. priuatis iudicibus fieri potuit 46
Praeiudicia secuti sunt antiqui 329. 330
Praeiudicatum 290
Praeiudicialis actio prior mouenda 95
——— exceptio, an a CViris admissa 47* seq.
Praetor, ita consul nominatus est 15* vrbanus, maior dictus 106. primus qui fuerit ibid. quas causas cognouerit 16. sententiam iudicis e tabella pronunciauit 33. praesidebat CViris 104. 105 medius inter CViros sedebat 107. sententias CVirorum exequebatur 107. 164. quando CViros adhibuerit 46* 234. an in albo actionum formulas proposuerit 30 seq. eius consilium in manumissione e Lege Aelia Sentia 85* eius iurisdictio tribus verbis continebatur 106. 107. eius Decreta diuersa in eadem causa prohibita 339. In edicta mores transtulit 332. Eius auctoritas post Constantin M. valde deminuta 174* Ludorum curam tunc habuit ibid*.
Praetor fideicommissarius 236
——— Peregrinus vid. *Peregrin. Praetor.*
——— Tutelaris 246. seq. obfuit CViris *ibid.* 256
——— Liberalis num adfuerit 265
Princeps iudicum quis? 37
Principum cognitiones, an CViris obfuerint 171*. constitutiones decreta nominantur 378. quando leges generales sint 392. constitutio lex est, quomodo intelligendum 401 seq. Edicta SCtis non sunt confirmata 402. vide *Constit. Princ. Edicta Princ. Imperat.*
Principes, iudices appellantur 365. aequitatem in iudicando obseruarunt 379 seq. in extraordinariis criminibus poenas constituerunt 35*
Priscus, ita Iauolenus a ICtis nominatus esse videtur 255
Priuilegia quaenam sub Constit. personal. continerantur 405 seq.

Pro-

Proceres vocantur Comites consistoriani 388
Prouocatio, a CViris, vide *Appellatio*
Pubertas annis an habitu corporis aestimetur, CViri disputarunt 254. 325
Publica iudicia vid. *Iudicium publicum*

Q.

Quadruplex iudicum Vid. *iudicium quadruplex*
Quaesitores parricidii 36
Quaesitorum munus 37
Quaestiones perpetuae quando coeperint 36. ratio institutionis earum 37* publicas quis ante perpetuas quaestiones exercuerit 36. Sulla auxit non primus instituit 37*
Quaestionem de seruis hereditar. CViri habere poterant 259
Quaestorum origo 98. nomen vnde 99. numerus *ibid.*
Quaestores vrbani 99. a quo electi *ibid.* de quibus causis cognouerint 103. prouinciales qui, eorum quod munus 100. quando instituti ex Vlpiano coniectum *ibid** seq. iis saepe mandata iurisdictio 103
Quaestores palatii homines iurium periti 369. delatas a Principe causas cognouerunt *ibid.*
Quaestura functi CViros olim coëgerunt 69*. 103. huius magistratus petendi annus 80
Querela inofficiosi testamenti, quid sit? 146. intra quod tempus instituenda 155. 156* querelae nomen, an actione de inofficioso testamento proprium 147* an lege inducta 149. frequenter apud CViros instituta 144
Receptum ius, an ita ius quod disp. for. obtinuit nominetur 296
Recitatio Veterum 424 seq.
Recuperatorum duplex genus 87*. peregrini 86. 88*. de quibus causis cognouerint 87*
Reges olim capitales causas cognouerunt 36
Relationes a magistratibus ad Impp. de causis grauior. 387. 407. obfuerunt disp. for. *ibid.* saepe causam Nouellis Iustinian. dederunt 393. sublatae a Iustiniano 408
Rei trepidi 55*
Res iudicata, quid, 286. 289. Eius auctoritas 287
Rerum iudicatarum magna apud Romanos aestimatio 228. 327. sub Impp. 374. Earum auctoritas 291. CViralium *ibid.* a Papiniano in partium I. C. enumeratione omissa 287 seq. cur ei vis legum tributa tandem 330 seq. speciatim quoad CViros 334. Eius requisita 335
Repetitae constitutiones Impp. frequentes sunt 394
Rescripta nominantur interdum decreta 379. particulares leges sunt 394

Respon-

Respondendi de iure libertas ab Hadriano restituta 356
Responsa ICtorum succinctim explicanda 96*
Rumpere in L. Aquilia an disp. fori per corrumpere explicat. 420

S.

Scribarum munus actionem editam actis inserere 116. magnus numerus 117*
Sedere in aliquem, quid 181
Sella curulis dignitatis signum 22* ea posita quid fieri dicatur 23
Senatus, venerabilis coetus 392
Senatusconsultum de quaestorib. prouincial. 100* seq. de XXviris temporarium fuit 78* 79* Memmianum 249. Neronianum 414. Silanianum 419
SCtis edicta Principum confirmata non sunt 402
Sententiae definitiuae iudicata appellantur 287. CVirorum Praetor exsequebatur 107. 164. CViralis forma 163. 164* formulam non dedit CViris praetor 138* eius formam accepit arbiter & iudex 32. Earum tenor spectandus & quare 340
Sententiis paribus existentibus querela mota quid CViri fecerint 158* in liberali causa *ibid.*
Septemuirale iudicium quid 192 seq. an in CVirale mutandum 185
Seruitutum causae CVirales 143. definitae magis 248
Seruorum conditio sub Impp. lenior. 260. erga eos Hadrianus humanus 420. hereditariorum quaestionem CViri habere poterant 259
Similia iudicata 339. cur ad inducendum ius necessaria 337
Solitarium iudicatum 336
Stillicidiorum causae CVirales 143. priuatus etiam iudex cognouit 30* 233
Subscriptio mutua iudicii CViralis 139. an eandem subscriptionem in public. iudiciis 140* seq. coniectura de ea 142* seq.
Successio gentilium exoleuit 251
Summatim cognoscere 20*

T.

Tectum in SCto Silaniano certum locum non designare disp. fori obtinuit 419
Tenor sententiarum cur spectandus 340
Theodosius iun. Imp. de iurisprudentia optime meritus 391
Testamenta inofficiosa quae 148. a Romanis quoad fieri poterat sustineri solebant 159* ex aliorum testamentis accipere apud Romanos honor. 148. in testamentis confirmandis rescindendisue quae CViri obseruarunt 175 seq.

Teſtatus aliquis pro parte inteſtatus mota querela decedere potverat 162
Tractare, quid apud ICtos 368
Tribunal pro loco excelſo 21* Praetoris forma 21. in caſtris 21*
Tribunalia Vrbana 175* CVirorum plura an ſub Rep. 67. illorum duo a dextra Praetoris, duo a ſiniſtra 107. coram omnibus quae cauſae actae 110. ſingulis haſtae praefixae 107. ſingulis Xviri ſtlit. iud. praefuiſſe videntur 97
Tributis comitiis an CViri creati 66
Triumuiri capitales quae crimina cognouerint 89. 90
Tutela publica libertatis 96*
Tutelares cauſae CVirales 143. ab Impp. emendatae 246
Tutelaris iudex 246. Praetor. *ibid.*
Tyrannorum geſta ab Impp. infirmata 395

V.

Venerabilis coetus, qui 392
Veteres ICti, antiqui ICti 420
Videri verbum in iudicum ſententiis pronunciandis vſitatum 163. 164*
Vigintiuiratus primus ad ceteros honores gradus 80. eius capiendi annus legitimus *ibid.* Illius pars quando Xviri ſtlit. iud. facti 76. E Vigintiſexuiratu factus 78
Vlpiani libri protribunalium 16*
Voluntatem defuncti ſcripturae praeferendam eſſe, a Craſſo in iudicio Curiano defenditur 218. ſaepe incerta eſt *ibid.*
Vrbiniana lis 271
Vrbana tribunalia 175*
Vſucapio pro legato in quo caſu per fori diſputation. inducta 412. Earum cauſae CVirales 143. emendatae & certiores redditae 247
Vſus diuturnus ad ius e reb. iudic. introducendum neceſſarius 341 ſeq.

ERRATA.

Pag. 16. lin. 11. ab infr. pro *tit. 16.* leg. *tit. 13.*
— 17. — 9. pro *retractaueris* leg. *re tractauer.*
— 85. — 7. pro *L. 3. §. 9.* leg. *L. 9. §. 3.*
— 93. — 14. pro *Var. III, 29. Var. III. 20.*
— 255. — 16. ab infr. pro *certam* leg. *certum.*
— 379. — . ab infr. pr. *L. 9.* C. *de poen.* leg. *L. 3.* C. *de poen.*

Digitized by Google